BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
LX
9
10
NAPOLI

LEGATORIA
Fiola Salvator
Via Giovanni Paladino, 1
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

MANUSCRIPTORUM CODICUM
BIBLIOTHECÆ
APOSTOLICÆ VATICANÆ
CATALOGUS.

Digitized by Google

BIBLIOTHECÆ
APOSTOLICÆ VATICANÆ
CODICUM MANUSCRIPTORUM
CATALOGUS
IN TRES PARTES DISTRIBUTUS

IN QUARUM PRIMA ORIENTALES IN ALTERA GRÆCI IN TERTIA LATINI ITALICI ALIORUMQUE EUROPÆORUM IDIOMATUM CODICES

STEPHANUS EVODIUS ASSEMANUS ARCHIEPISCOPUS APAMENSIS

E T

JOSEPH SIMONIUS ASSEMANUS EJUSDEM BIBLIOTH. PRÆFECTUS
Et Sacroſanctæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe Canonicus

RECENSUERUNT DIGESSERUNT ANIMADVERSIONIBUSQUE ILLUSTRARUNT

PARTIS PRIMÆ

TOMUS SECUNDUS

COMPLECTENS

CODICES CHALDAICOS SIVE SYRIACOS

B. R. NEAPOLIS

ROMÆ, MDCCLVIII.
EX TYPOGRAPHIA LINGUARUM ORIENTALIUM
APUD HÆREDES BARBIELLINI AD FORUM PASQUINI.
SUPERIORUM FACULTATE.

LUDOVICO XV.

REGI CHRISTIANISSIMO DILECTO

PIO VICTORI PACIFICO.

STEPHANUS EVODIUS ASSEMANUS ARCHIEPISCOPUS APAMENSIS, ET JOSEPH SIMONIUS ASSEMANUS BIBLIOTH. VATIC. PRÆFECTUS.

SEMPITERNAM FELICITATEM.

QUod diutiſſime in votis habuimus, LUDOVICE REX MAXIME, ut nempe, aliquam Sacræ Majeſtati Tuæ obſequentiſſimi animi noſtri ſignificationem exhiberemus: id nobis fauſte, feliciterque contigit, quum Opus, quod magno Nomini Tuo dicare peroptabamus, per Parem Franciæ Epiſcopum Laudunenſem, Johannem Franciſcum de Rochechovart, Majeſtatis Tuæ apud Sanctam Sedem Legatum, nobis, Te volenti, lubentique animo excepturum, ſignificaviſti. Enimvero excellenti, qua es, perſpicacique mente intellexiſti, nulli convenientius, nullique æquius, quam Galliarum Regi, Regum omnium principi, offerri poſſe Volumina, quorum ſive authores, ſive res, de quibus agitur, conſiderentur; utrumque quodam jure ad poteſtatem, majeſtatem-

temque Gallici nominis pertinere videatur. Primum enim ſi nos inſpicis, noſtramque Syrorum Maronitarum nationem, quin imo ſi gentes omnes perpendis, quæ in Oriente Chriſtiano nomine cenſentur, tot eaſdem tantiſque titulis obſtrictas ſibi Galliarum Reges devinxere, ut animo non minus, quam nomine, Tui eſſe quodammodo, Tuo Patrocinio frui, Tuorum more, & obſequio vivere maxime glorientur. Franci ſiquidem omnes, qui in Oriente vere Chriſtiani ſunt, nuncupantur, præclaro hoc nomine Mahometanis Principibus in reſpectu habiti, atque adeo accepti: quodque Majeſtati Tuæ multo eſt honorificentius, apud eas gentes Rex Francorum idem eſſe reputatur, atque Rex, aut Imperator Chriſtianorum. Quæ ſi de Galliarum Rege noſtratum ſententia eſt, & tanta æſtimatio, quanta eſſe debet noſtra ergaTe, LUDOVICE REX GLORIOSISSIME, quorum auribus propius cominuſque laudes Tuæ quotidie perſonant, qui ſtudiis in Te, totamque Regiam Familiam Tuam Urbis magiſtræ Religionis interſumus, quos denique honore maximo adficere, ac Regio tueri patrocinio non dedignaris? Tum vero ſi res expenduntur, Syriacis, ſeu Chaldaicis paſſim Voluminibus comprehenſæ, multas Francorum res geſtas ea Volumina complectuntur, multa Regum Galliæ in omne genus hominum promerita, multa denique illuſtrium populorum, quibus feliciſſime imperas, egregia facinora, commendationemque perſequuntur. Quid de Francis Evangelii Præconibus dicam, quos omni tempore plurimos, ac præſtantiſſimos Chriſtianiſſimi Reges, in beneficiis ad ærarium delatos, Orientalium nationum ſaluti procurandæ addixerunt? Eos autem maxime celebrari & Syris authoribus, & Syriaca lingua decuit; ea nimirum lingua, quam Chriſtus Dominus agendo in humanis, docendoque adhibuit, qua Evangelium ipſum conſcriptum, traditumque, ad nos uſque pervenit, qua demum adjutrice ii profecto indigent, qui genuino illius ſenſui explanando ſtudent, quique erroribus confutandis, aut cavillatoribus heterodoxis evertendis ſuam hucuſque operam navaverunt. Nec enim, ſi ſuperiorum temporum faſtos pervolvamus,

mus, ſallaces hujus ſurſuris interpretes deſuere, qui ſi fundamentum hoc Fidei maximum longiſſime petitis opinionibus evertiſſent, univerſum Eccleſiæ ædificium, quantumcumque eſt, facile ſe deſtructuros ſperaſſent. Ad cumulum malorum & illud adceſſit luctuoſiſſimum, quod Orientales Principes, quibus ſartum tectum illud fuerat adſervandum, conlatis ſæpe viribus, cum illius hoſtibus percutere fœdus auſi ſunt, illique & ejus adſeclis non inſidiari ſolum, ſed & impium æque ac crudele bellum indicere atque adminiſtrare voluerunt. Verumtamen quum portæ inferi prævalere veritati non poſſint, Divino certe beneficio factum eſt, ut Francorum Reges, atque Imperatores magnis illius defenſionem animis ſuſciperent, atque ab impiis, transfugiſque hoſtibus ſtrenue vindicarent. Hinc non ſolum Francorum Regum geſta commemorant Syriaca Volumina noſtra, ſed, ſicuti illorum liberalitatem atque beneficentiam prædicant, ſic etiam ſuam ipſa iiſdem Regibus acceptam referunt conſervationem atque incolumitatem. Qua enim opera, quibus auxiliis, qua via ex tam diverſis locis, tanto temporum intervallo, tot caſibus & ruinis erepta, ad Vaticanam Bibliothecam, majori ſaltem ex parte, pervenerunt, niſi Francorum Regum munificentia, quibus nec aditus ad Orientem, nec opum copia, nec doctorum virorum multitudo, nec denique ſtudium ornandæ Romanæ Eccleſiæ unquam deſuerunt? Tua ſunt itaque, Rex Christianissime, ſunt illuſtrium Majorum Tuorum munera Syriaca & Chaldaica Volumina, quorum ex Vaticana Bibliotheca Tibi ſingulorum adcuratum Catalogum atque Synopſim in Tomo hoc, ac ſequenti exhibemus.

Singularia ſunt quidem ea, atque pretioſa munera, ſi Rempublicam Literariam conſideremus: ſi vero Civilem, quis vel numerando recenſere poſſit univerſa beneficia, quibus Francorum Reges atque Imperatores Romanam Eccleſiam omni tempore cumularunt? Ut autem a primo Rege Chriſtianiſſimo rem ordiamur, Chlodovæus (1) Eccleſiæ Rex Primogenitus,

(1) Anaſtaſ. in vita Hormiſdæ PP. Baron. ad an. 514. n. 14. Hincmar. in vita Remigii apud Surium Tom. 1. die 13. Januar.

Digitized by Google

nitus, ad Romanos Pontifices Coronam auream miſit, gemmis diſtinctam, quæ *Regnum* adpellata eſt primum, deinde duabus aliis Coronis aucta, *Triregni* nomen accepit. Hoc illud ipſum ſtemma eſt, toti terrarum orbi maxime venerandum, utpote quod ſignum eſt ſummæ in terris Poteſtatis, Fideique ac ſpei Chriſtianorum firmamentum, quum videant innixas in eo claves Regni Cælorum. Præſtans hoc primi Chriſtianiſſimi Regis donum poſteros Galliarum Reges edocuit, quales erga Apoſtolicam Sedem eos eſſe oporteret. Et profecto munus hoc præclariſſimum eam in illius Succeſſoribus officii, ſtudiique æmulationem excitavit, ut ſi in fabulas abiret aliquando Conſtantini Magni Donatio, de Donatione, amplificatione, confirmatione Regum atque Imperatorum Gallorum minime ſane dubitaretur. Nam Stephanus II. Pontifex Maximus, quum Sacri Olei unctione Pipinum Regem inauguraſſet, fœdus, juxta pacta inter Gregorium Pontificem, & Carolum Martellum confecta, ſancivit, ut Pontifex Pipinum, ejuſque in Regno Succeſſores, conlata *Patriciatus* dignitate, Patronos ac Defenſores Apoſtolicæ Sedis conſtitueret: Pipinus vero, atque alii deinceps Francorum Reges ſacramento adigerentur, ad eam contra quoſcumque adverſariorum impetus tuendam, fovendamque. Quo ex tempore plenam rerum civilium adminiſtrationem, ſicuti olim Romæ, ita & in Exarchatu Ravennatenſi, Romanos Pontifices obtinuiſſe, compertum eſt, ex (1) Donatione Pipini ipſius, ejuſque filii Caroli Magni, cujus quidem in pervulgato Codice, contentiſque in eo, & inſertis nonaginta novem Epiſtolis Romanorum Pontificum, decora hæc Regum Galliæ prædicantur.

Eaſdem porro Donationes, a Pipino Rege, & Carolo Magno Apoſtolicæ Sedi datas, confirmavit Ludovicus (2) Pius Imperator atque amplificavit; quippe qui Pactionem, a Patre, Avoque initam cum Romanis Pontificibus, inſtaurans, non ſolum rata eſſe juſſit quæcumque a Majoribus ſuis Romanæ

(1) Hæc Anaſtaſii Bibliothecarii, ſive ejus, qui Vitas Pontificum deſcripſit, ætate in Tabulario Romanæ Eccleſiæ ſervabatur; uti in Vita Hadriani I. Papæ legere eſt.

(2) Leo Oſtien. in Chron. Caſin. lib. 1. Cap. 18.

næ Eccleſiæ conceſſa, vel reſtituta fuerant, ſed ea, pro ſuo in Sedem Apoſtolicam obſequio, non ſatis ampla exiſtimans, duo Regna adjecit, Siciliam, atque Sardiniam. Antiquas itaque cum recenti hac donatione conjungens, legem tulit, ut mutuam cum Romanis Pontificibus amicitiam, ſocietatemque Francorum Reges perpetuo colerent, inviolatamque conſervarent. Societas autem hæc (1) duabus potiſſimum rebus innitebatur, quarum altera ad Romanos Pontifices, ad Galliarum Reges altera referebatur. Sicuti utrinque verba ſacra, rata atque ſolemnia ſunt habita, ita majori pondere, ac religione ſignari non poterant. Gallis enim præceptum monitumque eſt: quemadmodum in Lotharii Imperatoris Capitulo nono accepimus: *Ut omnis homo, ſicut Dei gratiam, & ſuam ipſorum Regum habere deſiderat; ita præſtet in omnibus obedientiam, atque reverentiam Romano Pontifici*. Statutum autem ſancitumque eſt Apoſtolicæ Sedi; *Romanus vero Pontifex, Populuſque Romanus Regibus Francorum, tamquam Defenſoribus ac Protectoribus, promittunt, in eorum amicitia ſe permanſuros, adeoque conſtanter, eoſdem, quos illi, cum amicos, tum inimicos eſſe habituros*.

Quantum vero ſolemne hoc Fœdus difficillimis temporibus Romanos Pontifices juverit, neminem plane fugit, quum ea ſit ampla ſuperiorum temporum & materies & ornamentum. Nam ſive in Urbe tumultu ac ſeditione Civium tempeſtas domeſtica exorta eſt, Gallorum illico Regum authoritate eſt compreſſa: ſive externi Eccleſiæ hoſtes, aut tyranni infeſtis armis Apoſtolicam Sedem oppugnare adgreſſi ſunt, eorundem Regum partim conſilio, partim viribus exſtincti ſunt atque deleti: ſive incertorum eventuum, atque periculorum ſortem veriti, Roma, Italiaque relicta, Pontifices Maximi ſeſe in Galliam contulerunt, ibidem in Francorum Regum fide, potentia, dilectione certum perfugium, ac præſidium ampliſſimum reperere. Neque in Gallia ſolum, veluti in domus ſuæ laribus, ſecuritate omni, omni officiorum genere

 cos

(1) Cointius in Annal. Eccleſ. ad ann. 824.

Digitized by Google

eos perfrui licuit, ſed inde comparatis auxiliis, commeatibuſque rei opportunis, ditionem repetere ſuam, fugatis fuſiſque hoſtibus, poſt offenſiones, fugas, exilia longe, quam fuerant antea, feliciores, atque glorioſiores. Plenæ ſunt tabulæ, pleni libri, plena monumenta Romanæ Curiæ illuſtribus ejuſmodi Francorum geſtis, ac vindiciis, omni tempore, omnique laude celebrandis. Neque quiſquam eſt tam novus in Eccleſiaſtica hiſtoria, qui ignoret tanta in Romanam Eccleſiam, tam multiplicia, tam diuturna Francorum Regum beneficia; qui aut non legerit, aut non audiverit, quam gratis animis, quam magnis privilegiis Romani Pontifices eadem hæc liberalitatis monumenta rependerint. Sanctum Ludovicum IX. per literas Alexander IV. magnificis hiſce adloquitur verbis: *Sublime Regnum Franciæ, ſolium præeminentiæ, coruſcans titulis, generoſitate, magnanimitate, ac ſtrenuitate, clarius ceteris, & excelſius innoteſcit: ſed dum Fidei ſuæ ſolem, devotionis ignem, & ſpeculum operum, quibus præfulget, attendimus, aſpicimus ipſum bis tribus luminaribus copioſius radiare, ac exempli fulgorem ad alios effundere potiorem. Claritate quippe ſanguinis rutilat; ſed animi puritate prælucet. Magnum quidem eſt dignitatis honore; ſed geſtorum nobilitate magnificum: conſpicuum, inquam, altitudine ſtatus; ſed præcellentia bonitatis illuſtre.*

Cum Itali hominis Alexandri IV. teſtimonio concinit teſtimonium aliud Galli Pontificis Urbani IV. qui indigena, fereque perpetuo oculatus teſtis, & ſanctiſſimum Regem, & Regnum ampliſſimum hiſce encomiis, non fucatis quidem, nec adſentatoriis, quod ambos integerrimos homines dedeceret, extollit, & celebrat: *Sane, Fili cariſſime, hoc ſemper optavit Romana mater Eccleſia, & ad hoc ſtudium efficax, & attentam vigilantiam inceſſanter impendit, ut Chriſtianiſſimum, & famoſiſſimnm Regnum tuum, cui ex alto Dominus in omnibus benedixit, cujuslibet exinde turbationis nube fugata, ſerena continuæ pacis amoenitate gauderet, & quibuſvis diſcordiarum ſurculis ab eo funditus exſtirpatis, ac concordiæ inibi ſemina-*

minario ſuperfuſo, ejus incolis quietæ tranquillitatis, & tranquillæ quietis fructus produceret amabiles & prædulces. Nec immerito: quia hoc eſt Regnum, in cujus integritatis odore prædicta Eccleſia, in ceterorum fère Regnorum & Provinciarum orbis terræ ſciſſuris afflicta, & animo fatigata, reſpirat. Hoc eſt Regnum, cujus potentia eidem Eccleſiæ contra ejus perſecutores in cunctis ipſius tribulationibus, conſtantia ſemper adfuit inconcuſſa. De hoc etiam Regno ſemper Reges prodiere Catholici, qui claris Fidei, & Devotionis titulis præſigniti, Deo ſe gratos per ſanctæ converſationis merita, & Eccleſiæ prædictæ acceptos per obedientiæ promptitudinem exhibere, multipliciter curaverunt.

Sed nos tempus deficeret, ſi Pontificum Romanorum teſtimonia prope infinita Galliarum Regibus honorificentiſſima perſequi vellemus, eorumque univerſa in Apoſtolicam Sedem promerita vel feſtinanter numerare. Quapropter, REX CHRISTIANISSIME, ſinas, ut heic jam de Orientalibus rebus noſtris aliqua delibemus: non enim minus de Orientali Eccleſia benemeriti ſunt Galliarum Reges, quam de Occidentali, atque adeo de ſua ipſa Gallicana. Nos ipſi primum gratias habemus, quam maximas poſſumus, Majeſtati Tuæ, quod anno hujus Seculi trigeſimo ſeptimo, Literis Tuis nos, noſtramque Syrorum Maronitarum Nationem in potentiſſima Protectione Tua ſalvos eſſe voluiſti, & ſoſpites: quo tempore LUDOVICI MAGNI Proavi Tui veſtigia repetis, ut cujus geſta maxima ſequutus es, etiam clementiam imitareris, dum eadem, quibus uſus ille eſt, verba reſcribis, nobis non ſolum glorioſiſſima, ſed loco poſita tutelæ ſempiternæ. *Nous* (1) *les prenons*, inquis, *& mettons en notre Protection, & Sauve-garde*, &c. Nihil nobis contingere poterat optatius, nihil ampliſſimo hoc Majeſtatis Tuæ Diplomate illuſtrius, aut nobis apud univerſos Orientis Principes tutius, atque potentius. Eidem enim Clementiæ Tuæ, eidem Tibi referendum eſt, ſi compreſſis ea in regione Infidelium ſimultatibus, quæ maximæ antea fuerant

(1) Lettres de Protection accordèes au Reverendiſſime Patriarche d'Antioche & a la Nation des Maronites, du 12. Avril 1737.

rant ac periculoſæ, ſi Tui Nominis authoritate, veluti fræno quodam illorum aviditate compreſſa, clades atque rapinas in diem minitante, Orientalis Eccleſia primævæ Diſciplinæ tenax, antiquæ Pietatis æmulatrix, in pace, in otio, in ſecuritate viget, floret, augetur. Ut vero ad antiqua ab recentioribus, a peculiaribus ad univerſa veniamus: ubi primum, teſte (1) Cardinali Baronio, innotuit in Oriente Caroli Magni Regis Chriſtianiſſimi Pietas, atque Potentia, adeo ut ad hunc unum reſpicerent omnes gentes, tamquam unicum Chriſtianæ Religionis, perditis illis temporibus, quibus ſub Saracenorum jugo gemebant, decus & ornamentum; ſtatim e Palæſtina ad ipſum inſtituta eſt Legatio, quam religioſiſſimus Rex perhumaniter excipiens, ſe, quæ petebant, omnia præſtiturum ſpopondit, præſtititque incunctanter, & generoſiſſime. Nam & ipſe ad Orientales Principes Legationem decrevit præclariſſimam, omnibuſque non in Aſia modo, ſed & in Africa Chriſtifidelibus, qua commendatione, qua manu juvandis ac ſublevandis præſto fuit. Enim vero Eginhardus in ejus Vita: *Circa pauperes ſuſtentandos*, inquit, *& gratuitam liberalitatem, quam Græci Eleemoſynam vocant, devotiſſimus, ut qui non in patria ſua ſolum, & in ſuo Regno eam facere curaverit; verum etiam trans maria in Syriam, & Ægyptum, atque Africam, Hieroſolymis, Alexandriæ, atque Carthagine, ubi Chriſtianos in paupertate vivere compererat, penuriæ illorum compatiens, pecuniam mittere ſolebat*. Ut autem miſeros ita recreatos, & erectos in Religione confirmaret, ſacrum Chriſti Domini Sepulcrum ab Saracenorum Rege obtinuit, quo libere, voti cauſſa, omnes undique Chriſtifideles confluerent. Non grave ſit ejuſdem Eginhardi (2) verba audire, rem narrantis æterna memoria digniſſimam. *Monachus quidam de Hieroſolymis veniens, Benedictionem, & Reliquias de loco Reſurrectionis Dominicæ, quæ Patriarcha Regi miſerat, detulit. Rex eundem reverti volentem abſolvens, Zachariam Presbyterum de Palatio ſuo cum eodem ire juſſit, cui & donaria ſua ad illa veneranda Loca deferen-*

(1) In Annal. Ad ann. 799.
(2) Ad ann. 799. & ſeq.

ferenda commiſit ... Quoniam vero Rex Carolus cum Aarone Rege Perſarum, Chalipha videlicet Saracenorum, *qui, excepta India, totum pene Orientem tenebat, talem habuit in amicitia concordiam, ut is gratiam ejus omnium, qui in toto orbe terrarum erant, Regum & Principum amicitiæ præponeret, ſolumque illum honore, ac munificentia ſibi colendum judicaret: Hinc factum eſt, ut quum Legati Caroli Regis, quos cum donariis ad ſacratiſſimum Domini ac Salvatoris noſtri Sepulcrum, locumque Reſurrectionis miſerat, ad eum veniſſent, & eidem*, Aaroni Chaliphæ nimirum, *Domini ſui voluntatem indicaſſent, non ſolum quæ petebantur fieri permiſit; ſed etiam ſacrum illum, & ſalutarem locum, ut illius poteſtati adſcriberetur, conceſſit: & revertentibus Legatis ſuos adjungens, inter veſtes, & aromata, & ceteras Orientalium terrarum opes, ingentia illi dona direxit*. Acceptum itaque referre debemus Regi Galliarum Carolo Magno, quod Chriſti Domini Sepulcro, præſtantiſſimo omnium Chriſtianæ Religionis monumento, tranquille glorioſeque per mille annos potiamur.

Cujus quidem Regis, vere Pii, vere Magni, veſtigiis inſiſtentes reliqui Francorum Reges, non ſolum Hieroſolymitanum Templum omni tempore tutati ſunt, atque ſplendide ornaverunt; verum etiam Orientales Chriſtianos Regia munificentia proſequuti, illos quidem, qui Catholicam Fidem profiterentur, veluti ſuos, patrocinio omni, omnique auxilio fovere nunquam deſtiterunt; eos vero, qui ſchiſmatis, aut hæreſeos labe infecti eſſent, ad ſinum ſanctæ matris Eccleſiæ reducere, omni ope contenderunt. Quid ingens ille Ludovici VII. adparatus belli, quid traductæ in Orientem Francorum vires, quid magni illius Regis animi, & invicta in rebus adverſis conſtantia præſeferebant, niſi, ut Orientis totius Fides in tuto poſita, ad ſplendorem priſtinum revocaretur, ſollicitudinem atque pietatem? Quod ſi, ignoto obſcuroque Dei judicio, ea belli offenſio contigit, qua felix rei exitus præpeditus eſt; non minor hinc Regis gloria fuit, non ingentis belli impenſæ parciores: quin imo qui fructus victoriæ defuit,

defuit, totus magno Regis animo, totus florentiſſimi exercitus voluntati adſcribi debuit. Præſtitit enim uterque quod in utroque fuerat exoptandum. Quod vero res humano judicio male verterit, bene vertiſſe Divino, S. Bernardus (1), author belli præcipuus, plane demonſtrat. Quid de Abnepote Ludovici VII. de magno illo, inquam, ſanctiſſimoque Rege Ludovico IX. qui in Oriente Apoſtoli potius, quam Regis munere perfunctus eſt? Hic, quum Hieroſolymitanam expeditionem adverſus Saracenos ſuſcepiſſet, ad Cyprum (2) inſulam adpulſus, concordiam inter Regem, inſulæque viros principes diſſidentes, conſtituit, eoſdemque vinculo Chriſtianæ caritatis copulavit: nec non Græcos inter, Latinoſque Cyprios inveteratas inimicitias compeſcuit; eoſque, qui anathemate percuſſi erant, Eccleſiæ gremio reſtitui ſategit: illudque & Bonorum vota, & Regionis felicitatem eventu proſpero cumulavit, quod exhortante eo, naviterque peragente, ingens Saracenorum multitudo ab ſordibus ſuis fonte Baptiſmatis abluta eſt. Quum vero in Syriam perveniſſet Rex ſanctiſſimus, quot virtutum exempla ubique exhibuerit, quanto mœrore confectas atque proſtratas pene res Chriſtianorum erexerit, Gaufridus, teſtis locuples atque oculatus, memoriæ tradit, cujus heic, operæ pretium puto, non prætermittere verba, ædificandis Chriſtianorum animis maxime opportuna. *Moratus eſt*, inquit, *in Terra Sancta per annos quinque, vel circa. Nec mora ſua fuit inanis & vacua. Nam in ſpatio illo cum magnis ſumptibus ædificavit Cæſaream muris fortiſſimis in circuitu civitatis. Eodem modo* Joppen, *& Sidonem. Multa inſuper poſuit in ampliando, & fortificando muros civitatis Achon*, Ptolemaidis videlicet. *Ubi dum aggeribus moliendis, moenibuſque erigendis occupatus erat, ipſi inſinuatum fuit, Sultanum Damaſci, dato fidei & ſecuritatis pignore, ut Hieroſolymas adiret, permiſſurum. Sed ab eo conſilio a proceribus revocatus fuit: non enim ipſius dignitati conſentaneum exiſtimabant, ut Urbem Sanctam, impiorum poteſtati, diſceſſurus relinqueret. At, ſi Sepulcrum Domini luſtrare*

(1) Gaufrid in Vita S. Bernardi Lib. 3.
(2) Nangius in ejus Vita. Raynald. ad ann. 1248. num. 33.

ſtrare non potuit, Nazarethanam tamen Domum, in qua Divinæ Incarnationis myſterium peractum eſt, adiit. Quo autem pietatis ſenſu eam Peregrinationem obierit, idem Gaufridus his verbis declarat. *Nec ſilendum arbitror, quam humiliter, quam Catholice ſe habuit Rex devotus in Peregrinatione, quam fecit de Achon in ſanctam civitatem Nazareth, Nam in Vigilia Annunciationis Dominicæ ivit, indutus ad carnem cilicio. De Sephora, ubi ea nocte jacuerat, in Cana Galilææ: inde per montem Thabor: inde eadem Vigilia deſcendit in Nazareth. Quum autem a longe locum ſanctum videret, deſcendens de equo, flexis genibus devotiſſime adoravit: & ſic pedes inceſſit, donec humiliter Civitatem ſacram & pium locum Incarnationis intravit. Ea die in pane & aqua devote jejunavit, quamvis plurimum laboraſſet. Quam devote ibidem ſe habuerit, quam ſolemniter & glorioſe fecerit celebrari Veſperas, Matutinas, Miſſam, & cetera, quæ ad ſolemnitatem tam celebrem pertinebant, teſtes eſſe poſſunt, qui adfuerunt: de quibus multi atteſtari veraciter, ſive edere potuerunt, quod poſtquam Filius Dei in eodem loco de glorioſa Virgine carnem aſſumpſit, nunquam tam ſolemne, tamque devotum Officium fuerit ibi factum*. Tum vero quæ deinde iis in regionibus geſta ſunt, pius Author proſequitur, percenſetque ea univerſa, quæ, ſanctiſſimo eodem Rege bellum adminiſtrante, confecta ſunt fortiter gnaviterque. Nazarethana autem Domus hæc ſacratiſſima, annis circiter quinquaginta poſt eam, quam a S. Ludovico celebratam, retulimus ſolemnitatem, Lauretum, uti ferunt, Divinitus deportata eſt: in qua Regum Galliæ, & ex Gente Borbonia præcipue, dona pretioſiſſima, Regiæ & pietatis & munificentiæ luculenta teſtimonia, oſtenduntur.

Ab eo Rege ſanctiſſimo, glorioſiſſimoque ejus Sanguine Rex es vigeſimus ſecundus, LUDOVICE optime, ab Hugone Capeto, potentiſſimæ Gentis Tuæ authore, trigeſimus; quadrageſimus ſecundus a Carolo Magno: quinquageſimus octavus ab Chlodovæo, primo Rege Chriſtianiſſimo. Ab his Heroibus, & Auguſtiſſimis Majoribus non tam Sanguinem, & Re-

Regnum, quam Virtutem, & Religionem accepiſti. Horum alius, ſeu propter mores, ſeu propter res geſtas, *Magnus* adpellatus eſt, alius *Juſtus*. Hic *Devotus*, ille *Pius*. Carolus Quintus *Sapiens*, Septimus *Victor*, Octavus *Affabilis*. Ceteri denique Titulis aliis ornati, atque diſtincti. Tu vero, LUDOVICE Clementiſſime, Nationis univerſæ conſenſione & concentu, *DILECTUS* nuncupatus es, quo melius, atque maturius uno cognomine, cetera vel honorificentiſſima comprehenſa eſſe videantur. Si quis enim Princeps Religionem ac bonas artes nedum in ſuis omni ſtudio, ſed & in exteris maxime & liberaliter foveat, tueatur, amplificet; ſi comis idem in adloquendo ſit, largus in tribuendo, in opitulando promtus, facilis in parcendo, in puniendo tardus, magnificus in remunerando; ſi fortis in bello, moderatus in victoria, in adverſis conſtans, non elatus in proſperis, omnium gentium linguis, judicioque proferatur; ſi dignitatem oris, & Imperii majeſtatem cum ſerenitate frontis conjungat, cum ſermonis comitate, cum nitore animi, cum ſincera illa bonitate, qua ſubditorum ſibi populorum animos non tam Regio Magiſtratu moderetur, quam Paterna caritate adliciat ac trahat; ſi denique unus omnes omnium Principum virtutes animo, conſilio, factis complectatur; hunc profecto, ac talem Regem, putandum eſt, ab univerſo, quam late patet, hominum genere nedum amari, verum & diligi, quodque Dilecti cognomentum adſequutus eſt, optimo ſane jure promereri. Quoniam vero nec inſtitutam vitæ noſtræ rationem, nec Eccleſiaſticam, in qua ſumus, dignitatem decet adſentatio, fatebimur ingenue, totam hanc, quam enumeravimus, virtutum ſupellectilem, Regio muneri ſuſtinendo, tantæque Perſonæ tam ſanctæ, tam gravi, tam ſeveræ, fuiſſe quam maxime neceſſariam, qua cumulatus, LUDOVICE Rex ampliſſime, ſpectandum Te, qualem omnino eſſe oportebat, præbuiſti. Sunt vero alia quædam Regiæ virtutis ornamenta, quæ a ſapientibus etiam Principibus laudatiſque abeſſe, ut plurimum ſolent, ſine famæ detrimento, & ſine jactura virtutum:

quæ

quæ quidem ornamenta ſtatuimus, in conſtanti, adſiduaque Populi ſui ornandi, augendique ſollicitudine, ſtudio, diligentia. Quamvis enim his procurandis boni ſemper Principes animo ſtudeant, temporum tamen, occaſionumque varietatibus detenti, nec omnia ſimul, nec aliqua interdum ſtudio illo ſuo pariunt. Menti autem Tuæ hoc debes, Regum maxime, ut, quod ſemel animo conceperis, idem effectu carere non deſinas, ſapiens, efficax, & liberalis. At vero quis ingentium hujuſmodi curarum congeriem vel dicendo adtingat, vel enumerando adſequatur? Ad ſapientiam enim Populorum Tuorum Bibliothecam illam Tuam, inſignem quidem, & Vaticanæ ipſius æmulam, auxiſti, conquiſitis undique gentium Libris, Codicibus undequaque advectis, præcipueque Orientalibus magno atque incredibili ſumtu comparatis; ad illorum eruditionem ſignatorum Lapidum, ac Numiſmatum antiquorum vim maximam collegiſti, additis præterea naturæ, aut artis miraculis quaquaverſum perfectiſſimis, ut eodem in loco & largus videreris, & magnificus bonarum artium adſertor: ad illorum doctrinam, renovatæ partim, partim etiam erectæ, Te volente, atque curante, Academiæ prodiere, ſummo ſplendore domibus, ſumma liberalitate redditibus adſignatis, ſtatutis præmiis, conditis legibus, viris ſapientiſſimis cuicumque præfectis, ne cuncta ex varietate doctrinarum ulla unquam diſciplina præſtanti, ac quaſi Divino Gallorum ingenio deeſſet: ad ornatum Urbium Tuarum ædificia, & plurima, & maxima, immortalitati reſervata, conſtruxiſti, in quibus, ſive ſacris, ſive regiis, ſive publicis, ſive privatis, majeſtas inſidet, ac Principis indoles ſalutaris: ad Commercii utilitatem, atque ſplendorem adparent ſtratæ viæ, inſtauratæ, conſtructæ, directæ, muniti portus, claſſibus refertum mare, bello ſecuritas procurata: ad Regni totius defenſionem firmiſſimas arces, atque ad impetum hoſtium ſuſtinendum paratiſſimas, excitaſti, bellicæ artis non minus portenta, quam exemplaria, ut ſingularia præſidii munera ditioni Tuæ, inimicis vero maxima poteſtatis argumenta videantur. Hanc, LUDO-

VICE Rex Dilecte, hanc qui famam de Te audiunt, hanc, inquam, eſſe imaginem Tuam, coloribus ſuis delineatam agnoſcunt, & confitentur. Adverſos caſus (neque enim quiſquam in vita hac undique miſera, quiſquam vel in ſummo dignitatis gradu locatus, iis quandoque non ſubjaceat, nec potis eſt felix eſſe perpetuo), adverſos, inquam, caſus, ſi qui Tibi contigerunt, quis fuit non in Gallia ſolum, ſed etiam in Europa, & ubicumque ſunt homines, qui non veluti damnum ſuum ſenſerit, non palam conqueſtus fuerit, non tulerit acerbiſſime? Ex quo certiſſima promanant argumenta, LUDOVICE Regum optime, Te non Gallis ſolum Tuis Dilectiſſimum eſſe, ſed omni, ut ita dicam, humano generi, & noſtris præcipue Orientalibus Chriſtianis, quos commendatione, commercio, ope omni protegere ſtudes, ac ſublevare. Quod ſi Tuæ Te Regiæ virtutes, ac decora privatæ excellentiæ & Tuis, & alienis gentibus commendant plurimum, Pietas ſane Tua in Eccleſiam, Tua in Deum reſque ſacras Religio faciunt apud bonos omnes commendatiſſimum. Vix ſeptennis eras, quum jam maturus conſilio, pro tuenda ſuprema in omnes Eccleſiæ poteſtate, lege lata, declaraviſti: verbis Tuis ipſis utar (1) Tuaque lingua toto in orbe terrarum celebratiſſima: *Plus ſoumis aux Deciſions de l'Egliſe, que le moindre de nos ſujets, Nous ſommes perſuadés, que c'eſt par elle, que les Rois, & les Peuples doivent apprendre egalement les verités neceſſaires au ſalut, & Nous n'avons garde de vouloir etendre notre pouvoir ſur ce, qui concerne la Doctrine, d'ont le depôt ſacré a été confié a une autre Puiſſance*, &c. Imbutus a teneris, ut Græci dicunt, unguiculis Chriſtianiſſima hac perſuaſione, inſtructus monitis ſanctiſſimis, & confirmatus exemplis luculentiſſimis LUDOVICI Magni Proavi Tui, per octo luſtra non ſolum ab hac ſententia non deflexiſti unquam, ſed Te, veluti Eccleſiæ Catholicæ Primogenitum, Romani Pontifices coluere, obſequii, obedientiæque ſignificatione amantiſſimum. Studentes rebus novis, turbandæque Religioni, homi-

(1) Declarat. 1717.

homines, qua per æquitatem minis, & pœnis, qua per clementiam hortatione, & imperio cohibuiſti atque compreſſiſti. Quo ſpectavit illa tot ſeculis optata, illa bonorum omnium votis expetita Borboniæ Domus, & Austriacæ in fœdus coitio, niſi ut per eam pax & publica tranquillitas ſalva ſemper & incolumis in Europa adſervaretur, bonæque artes ſecurius florerent, latius propagarentur? Sed nimis multa ſunt de Laudibus Tuis, Rex Christianissime, nimis explicatu difficilia hoc loco, non ſatis voluntati noſtræ, nec rerum præclariſſimarum multitudini opportuno. Quam ob rem omnia ad unum referimus; quum nempe ad Solium Tuum, gloria, & virtutibus (quæ ſolæ hominum beatitatem efficiunt) undequaque circumſeptum, obſequentiſſimam animi noſtri venerationem profitemur, perpetuamque duobus hiſce in Voluminibus noſtris expreſſam Regii beneficii, Regiæque gratiæ recordationem. Nullo enim nomine ornatius, ac luculentius Opus hoc noſtrum in lucem prodire potuit, quam inſcriptum Tibi, LUDOVICE Dilecte, Francorum Rex potentiſſime, quem in fine dicendi, adloqui gloriamur aureis verbis S. Gregorii (1) Magni ad Childebertum Deceſſorem Tuum, primæ Stirpis Regem ſextum: *Quanto ceteros homines Regia dignitas, tanto ceterarum gentium Regna Regni veſtri culmen excellit*.

Romæ ex Ædibus Bibliothecæ Apoſtolicæ Vaticanæ
Idibus Martiis Anno MDCCLVIII.

 A D-

(1) Epiſt. 5. lib. 4.

ADPROBATIONES

IN Chaldaicis ſive Syriacis Mſs. Codd. recenſendis idem præſtant Illuſtriſſimi doctiſſimique Præſules Stephanus, Evodius, & Joſephus Simonius, Aſſemani, quod in Ebraicis ac Samaritanis effecerunt; ut ſimul Theſaurum, qualis opulentiſſima Bibliotheca continetur, defodiant efferantque in hominum conſpectum; & diligentiam atque eruditionem ſuam jampridem cognitam teſtatamque demonſtrent; idque omnino ſalva Fide boniſque moribus; quæ etiam iſto litterarum genere adjuvare ac fovere maxime dicendi ſunt. Quamobrem cum Reverendiſſimi Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri mandato laborioſiſſimi eorum Operis Partis Primæ Tomum alterum legerim, dignum eum cenſeo, qui in publicam lucem, communi litteratorum hominum bono, atque ad Urbis etiam & Bibliothecæ omnium maximæ dignitatem tuendam amplificandamque, emittatur.

Ex Collegio Romano V. Non. Febr. MDCCLVIII.

Petrus Lazeri Soc. Jeſu.

RECenſitis in Primæ Partis Tomo Priori Hebraicis & Samaritanis Bibliothecæ Apoſtolicæ Vaticanæ Codicibus Manuſcriptis, Chaldaicorum ſive Syriacorum ultra centum Catalogus atque Synopſis in hoc Secundo Tomo exhibetur, in quo in primis ea, quæ ad Eccleſiarum Orientalium, ſive Orthodoxarum, ſive malo ipſarum a recta Fide (heu tamdiu!) abhorrentium dogmata, diſciplinam, ritus, ac mores pertinent, Catalogi ejuſdem Auctores doctiſſimi, iidemque harumce rerum peritiſſimi declarant, & ad vivum reſecant. In lucem igitur publicam prodeat & Tomus iſte, Reverendiſſimi Patris Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri juſſu a me perlectus, & in omnibus religioni ac regulis morum conſonus (quod ego quidem viderim) inventus; cui ut ceteri quamprimum ſuccedant, univerſi ubicumque gentium conſtituti Litterati in optatis habent.

Romæ VI. Idus Februarii MDCCLVIII.

Dominicus Theoli.

I M P R I M A T U R.

Si Videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

F. M. de Rubeis Patriarch. Conſtantinop. Viceſgerens.

I M P R I M A T U R.

Fr. Vincentius Elena Magiſter Socius Reverendiſſimi Patris Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri Ord. Prædicatorum.

C A-

CATALOGI
CODICUM MANUSCRIPTORUM
BIBLIOTHECÆ APOSTOLICÆ
VATICANÆ
PARTIS PRIMÆ
TOMUS SECUNDUS
COMPLECTENS
CODICES CHALDAICOS SIVE SYRIACOS

ADMONITIO.

MAnuſcripti Chaldaicæ, ſive Syriacæ, aliarumque Orientalium Linguarum Vaticani Codices, biſariam diviſi, ad extremum ampliſſimæ Aulæ, quæ duas toto orbe celeberrimas Bibliothecas, Palatinam, nimirum, & Urbinatem continet, duobus ferme ab hinc annis cuſtodiebantur. Prima Pars complectebatur Codices, qui ante noſtram ætatem, vel Bibliothecæ Vaticanæ ſumtibus fuerant comparati, vel ab ejuſdem adminiſtris elaborati, atque deſcripti. Pars altera Codices eos, qui; auſpice Clemente XI. pietate ac ſapientia Pontifice vere Maximo, cui in hoc præſertim genere monumentorum incrementum ſuum Vaticana Biblio-

Bibliotheca refert acceptum, atque deinceps eidem Bibliothecæ fuerunt addicti; de quorum origine, atque comparatione alibi fuſe diſſeruimus.

Porro Index Codicum, in Prima Parte contentorum, a cl. V. Abrahamo Ecchellenſi Maronita, quem primum Orientalium Linguarum Scriptorem, atque Interpretem Alexander VII. Pont. Max. conſtituit, Anno 1660. inceptus, & ab ejus ſucceſſore Joh. Matthæo Nairono Baneſio, quamquam non admodum fauſte, nec feliciter, Anno 1686. abſolutus, in Archivo Bibliothecæ Vaticanæ adſervatur.

Codices Secundæ Partis, ſi quidem paucos excipias, qui ab Anno 1729. ad hoc uſque tempus Vaticanæ ceſſerunt, jam pridem nos ipſi recenſuimus ad calcem priorum quatuor Orientalis Bibliothecæ Tomorum, qui Romæ ex Typographia Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, Ann. 1719. 1721. 1725. & 1728. in folio, ut dicunt, prodiere; ibique omnes invenies, ſummatim deſcriptos, & novem in Claſſes deſtributos, prout diverſis ex locis expromti ſunt, aut juxta eorum nomina, quorum opera fuerunt in Vaticanam Bibliothecam inlati.

Et in prima quidem Claſſe recenſentur Nitrienſes Codices, quos, ſcilicet, Elias Simonius Archipresbyter Antiochenus, conſanguineus noſter, ex Monaſteriis Nitriæ in Ægypto, Clementis XI. juſſu, conquiſitos, atque e cœnoſo Nili fluminis imo, in quod naviculam, quæ tantum theſaurum deferebat, ſæva repente exorta procella demerſerat, extractos, Anno 1707. in Vaticanam tranſmiſit.

In ſecunda continentur Codices Ecchellenſes, nempe ad prælaudatum Abrahamum ſpectantes, qui deinde ab ejus herede, & in Syriaca Archigymnaſii Romani Cathedra ſucceſſore, Fauſto Nairono Maronita coemti, ab eodem Clemente XI. Vaticanæ adjecti ſunt.

Claſſis tertia exhibet Codices, ex Bibliotheca Joſephi I. Patriarchæ Chaldæorum, Romæ Anno 1713. demortui, ſelectos, quos, ab urbe Amida, unde genus Joſeph ipſe trahebat, & ubi deinceps Orthodoxi Chaldæorum Patriarchæ reſidere conſueverunt, Amidenſes Codices vocare libuit.

In quarta Claſſe proſtant Codices Berœnſes, quos Gabriel Heva Maronita Cypri Archiepiſcopus, tum S. Mauræ in Monte Libano Cænobiarcha, ad componenda quædam inter gentem ſuam diſſidia, a Clemente XI. in Syriam miſſus, ex urbe Berœa (Alepum vocant indigenæ) Romam reverſus importavit.

Habes in quinta Claſſe Codices, quos Petrus a Valle Patricius Romanus, conſanguineorum nobilis, lectæque feminæ Maani Gioeridiæ uxoris ſuæ, necnon amicorum, quos ſibi in Oriente plures comparaverat, ope & ſtudio, collectos, ſecum Romam aſportavit. Eos vero ab ejuſdem Petri ex filia nepote, Raynaldo Marchione de Bubalo oblatos ſibi, Clemens XI. Vaticanæ addixit.

Sexta, omnium uberrima, ſiſtit Codices, quos, voluntati Clementis XI. obſequuti, nos ipſi non niſi ingenti labore parique impendio ex Syria, Ægyptoque collegimus, atque in Vaticanam Bibliothecam intulimus.

Septimæ Claſſi adſcripti ſunt Codices, Innocentii XIII. juſſu, Vaticanæ adjuncti, quos Andreas Scandar Cyprius Sacerdos Maronita, Arabicæ Linguæ in Romano Archigymnaſio Profeſſor, & Linguarum Orientalium apud Sacram Congregationem de Propaganda Fide Interpres, Clementis XI. ſumtibus, ex Meſopotamia coemerat. Quem quidem præclarum Virum, & de Bibliotheca Vaticana non minus, quam de Catholica Religione optime meritum, ob intercepta, invidi cujuſdam hominis, malorum ſeminatoris, nominiſque Orientalium inimici, arcibus,

bus; ſtipendia, quæ tamdiu vigiliis ac laboribus indeſeſſis meruerat, angore animi ſaucium, non ita pridem occubuiſſe, vehementer dolemus.

Octavam Claſſem conſtituunt Codices, quos Petrus Aloyſius Caraſa Archiepiſcopus Lariſſæus, a Secretis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, deinde S. R. E. Cardinalis, ac demum Sacri Collegii Decanus, Miſſorum Apoſtolicorum opera coegit, & Clementi XI. in Vaticana Bibliotheca conlocandos obtulit.

Nona denique Claſſis comprehendit Codices, ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide ex Oriente tranſmiſſos, ejuſdemque Decreto, die 20. Novembris An. 1723. in Vaticanam Bibliothecam inlatos, non ſolum ut ad Bibliothecæ, ſed & ad ipſius Congregationis uſus adſervarentur.

At quum Benedicto XIV. Pont. Max. cui Apoſtolicæ Vaticanæ Bibliothecæ decus & amplitudo maxime cordi ſunt, in mentem venerit, eandem Bibliothecam Chriſtiani Muſei acceſſione illuſtrare, illudque ea in parte conſtruere, qua Orientales Codices continebantur, ii nobis fuerunt transferendi in ultimum Conclave, ad partem dexteram a Clemente XII. excitatum, atque additum Bibliothecæ Alexandrinæ. Ea vero occaſione, ne inter tot, tam multiplices, tamque varias Claſſes confuſio aliqua oriretur: inhærentes methodo peritiſſimorum hiſce in rebus hominum, opportunum duximus, in unum cogere omnes unius linguæ Codices, Claſſemque conficere continuis numeris ſuis diſtributam, obſervato, quoad poterat exactius, rerum ordine & ſerie. Non enim id, ſecundum Bibliothecas Latinas, adamuſſim præſtari poteſt, quum Orientales plerique Codices, ut alibi diximus, & varios authores, & varias res complectantur, ut non tam unius argumenti Codices, quam Miſcellanea poſſint nuncupari. Ne autem ordinis, quo antea in prædictis Indicibus recenſebantur, memoria interiret; in deſcriptione cujuſque Codicis, antiquum ejuſdem Numerum, Claſſemque priſtinam adpoſuimus, ſervato in reliquis inſtituto noſtro, religioſeque retenta methodo, quam in Generali Præfatione ſeuximus, ac potiſſimum in iis, quæ ad integram, perfectamque Codicum, rerumque in eiſdem deſcriptarum notitiam ſpectare poſſe judicavimus.

Ad hanc itaque novam diſpoſitionem, novamque Codicum Orientalium Bibliothecæ Vaticanæ recenſionem aptavimus Catalogum, tum Chaldaicorum ſive Syriacorum, quem majori, qua potuimmus, diligentia concinnatum, Latinaque plerorumque initiorum materiarum interpretatione auctum & inſtructum, Tibi, Lector benevole, in hoc Secundo, & conſequente Tertio Tomo exhibemus, tum aliarum Orientalium Linguarum Manuſcriptorum Codicum, quem deinceps, ſi quidem a Deo Optimo Maximo vitam habuerimus, ab hominibus Mæcenates, abſque intermiſſione vulgabimus.

Unum ſupereſt, ut Te monitum velimus; ſicuti inter Codices Ebraicos adnumerantur ii Codices, qui quamquam aliarum Linguarum ſint, ſunt tamen Ebraico charactere deſcripti, ita & Nos, aliarum Bibliothecarum normam ſequentes, in hunc Chaldaicorum, ſive Syriacorum Codicum album retuliſſe Codices Arabicos, Syriacis literis exaratos, qui vel a Syro quodam, nomine Carſciun, *ex Meſopotamia oriundo, quem, poſt invectam in maritimas Syriæ Provincias a Saracenis Arabicam linguam, primum hac ſcribendi ratione uſum fuiſſe, adfirmant Gabriel Sionita, & Fauſtus Naironus in Præfatione Novi Teſtamenti Syriaco-Arabici, Romæ typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, Anno 1703. editi; vel, quod nobis vero ſimilius eſt, a voce* [illegible] Garſcion, *quæ adventitium*

Digitized by Google

titium ſonat, Garſcionici; *ſeu* Garſciunici, *i. e. Exotici, ac Peregrini, vulgo nuncupantur*.

Interea laboribus noſtris, LUDOVICO XV. Rege Chriſtianiſſimo auſpicante, in lucem prolatis, utere feliciter, & vale.

CODICES CHALDAICI
SIVE
SYRIACI MSS.

CODEX I.

Codex antiquiſſimus, in quarto membraneus, foliis conſtans 210. Chaldaico, ſive pervetuſto Syrorum charactere, quem στρογγύλον, i. e. *rotundum* vocant, elegantiſſime exaratus, inter Codd. Syriacos, ex Oriente in Bibliothecam Vaticanam a nobis inlatos, num. XVII. notatus; quo continetur,

ܟܬܒܐ ܕܢܡܘܣܐ LIBER LEGIS, ſive Pentateuchus Moſis, verſionis ſimplicis, ſeu vulgatæ & communis Syriacæ, quæ ex Ebraicis fontibus hauſta eſt, editaque legitur in Polyglottis Pariſienſibus & Londinenſibus, & cujus authores, partim Salomon, deprecante Hiram Rege Tyriorum, partim S. Thaddæus Syrorum Apoſtolus, creduntur; ut in Catalogo noſtro Bibliothecæ Mediceæ Cod. I. pag. 49. admonuimus.

[illegible] *Geneſis, Liber primus Legis*, incipit fol. I. hiſce verbis: ܒܪܫܝܬ ܒܪܐ ܐܠܗܐ ܝܬ ܫܡܝܐ ܘܝܬ ܐܪܥܐ ܘܐܪܥܐ ܗܘܬ

[illegible] *Exodus, Liber ſecundus Legis*, incipit fol. 54. a terg. [illegible]

Imperitus recentior calligraphus, qui folia undecim Exodi, a fol. nempe, 49. ad 60. ſupplevit, pro [illegible] *Liber ſecundus Legis*, perperam ſubſtituit [illegible] *Liber ſecundus Lucis*.

[illegible] *Leviticus, Liber tertius Legis*, incipit fol. 96. [illegible]

[illegible] *Numeri, Liber quartus Legis*, incip. fol. 128. a terg. [illegible]

[illegible] *Deuteronomium, Liber quintus Legis*, incipit fol. 174. [illegible]

Totus Pentateuchus Capita CXXVI. complectitur, quæ in margine adnotata reperias. Videlicet Geneſis habet Capp. XXXIV. Exodus Capp. XXVI. Leviticus Capp. XX. Numeri Capp. XXVI. Deuteronomium Capp. XX. Ea titulis carent. Sed qui nonnullis Capitibus inſtar argumenti præfiguntur minio deſcripti, tituli hujuſmodi ſunt.

In Geneſi. Fol. 9. a tergo [illegible] *Generationes filiorum Noe*.

Fol. 10. a terg. [illegible] *Diviſio Linguarum*.

Fol. 14. a terg. [illegible] *Promiſſio Abrahami*,

Fol. 20. [illegible] *Tentatio Abrahami*.

Digitized by Google

Fol. 20. a terg. [illegible] *Obitus Saræ.*

Fol. 24. [illegible] *Obitus Abrahami.*

Ibid. [illegible] *Generationes Iſmaëlis.*

Fol. 26. [illegible] *Divinæ in Jacobum Benedictiones.*

Fol. 28. [illegible] *Jacobo patefacta a Deo revelatio.*

Fol. 36. [illegible] *Peccatum Ruben.*

Ibid. [illegible] *Generationes Jacobi.*

Ibid. [illegible] *Obitus Iſaaci.*

Ibid. [illegible] *Generationes Eſau in terra Chanaan.*

Fol. 36. a terg. [illegible] *Generationes Eſau in terra Seir.*

Fol. 37. a terg. [illegible] *Quando Joſephum fratres vendidere.*

Fol. 44. [illegible] *Tentatio Joſephi; unde inclaruit.*

Fol. 47. [illegible] *Quomodo Joſeph fratribus ſuis ſe manifeſtavit.*

Fol. 52. a terg. [illegible] *Benedictiones a Jacobo propheticè prolatæ.*

In Exodo. Fol. 69. a terg. [illegible] *Canticum populi pro ſui ſalute.*

Fol. 74. [illegible] *Decem verba.*

Fol. 75. [illegible] *De Legibus & Judiciis.*

Fol. 78. [illegible] *Constructio Tabernaculi.*

In Levitico. Fol. 100. a tergo [illegible] *De ſacro igne, ne extinguatur.*

Fol. 102. a tergo [illegible] *Unctio Aaronis & filiorum ejus.*

Fol. 106. [illegible] *De diſcrimine ciborum.*

Fol. 107. [illegible] *Lex puerperæ.*

Fol. 107. a tergo [illegible] *Lex leproſi.*

Fol. 112. [illegible] *Lex de pollutione fluxus ſeminis.*

Fol. 113. a t. [illegible] *Lex expiationis peccatorum Synagogæ, quæ fiebat ſemel in anno luna decima Theſcri prioris.*

Fol. 114. a tergo [illegible] *De expiatione.*

Fol. 115. [illegible] *Lex Oblationum & ſacrificiorum; ne immolentur extra Tabernaculum ſæderis: quoniam Iſraëlitæ dæmoniis ſacrificare conſueverant: atque adeo mortis pœnam in eum indixit, qui ſanguinem funderet.*

Fol. 115. a tergo [illegible] *Lex peccatorum, quæ pœna mortis plectuntur, & in omnibus generationibus implentur.*

Fol. 118. [illegible] *Pœna mortis in omnibus generationibus.*

Fol. 119. [illegible] *Lex Sacerdotum.*

Fol. 120. a tergo [illegible] *Lex votorum, & oblationum; ut ſine macula Domino offerantur.*

Fol. 121. [illegible] *De Feſtis.*

Ibid. [illegible] *De Sabbatho.*

Ibid. [illegible] *De Paſchate.*

Fol. 121. a tergo [illegible] *De manipulo meſſis.*

Fol. 122. [illegible] *De commemoratione vocationis.*

Ibib. [illegible] *De expiatione.*

Fol. 122.

Fol. 122. a tergo ܕܥܠ ܥܐܕܐ ܕܡܛܠܠܐ *De feſto Tabernaculorum*.

Ibid. ܕܥܠ ܫܪ̈ܓܐ *De lucernis*.

Fol. 123. ܥܘܠܐ ܕܚܛܝܬܐ ܘܓܘܕܦܐ ܕܒܪ ܐܢܬܬܐ ܐܝܣܪܝܠܝܬܐ ܘܕܐܬܦܣܩ ܥܠܘܗܝ ܕܝܢܐ ܕܡܘܬܐ *Impietas peccati, & blaſphemia filii mulieris Iſraëlitæ; & quod in eum lata ſit pœna mortis*.

Fol. 123. a t. ܢܡܘܣܐ ܕܐܪܥܐ ܕܒܫܒܥ ܫܢܝܢ ܬܬܢܝܚ ܘܬܗܘܐ ܠܡܣܟܢܐ ܘܒܚܡܫܝܢ ܫܢܝܢ ܬܗܦܘܟ ܠܡܪܘܬܗ̇ *Lex de terra; quod ſeptimo anno quieſcat, ſitque in uſum pauperis: & quod quinquageſimo anno ad dominos ſuos revertatur*.

Fol. 125. a tergo ܦܘܪܥܢܐ ܕܥܒ̈ܕܐ ܛܒ̈ܐ *Retributio bonorum operum*.

Fol. 126. ܬܒܥܬܐ ܘܦܘܪܥܢܐ ܕܥܒ̈ܕܐ ܒܝ̈ܫܐ *Vindicta & ultio malorum operum*.

Fol. 127. a tergo ܢܡܘܣܐ ܕܢܕܪ̈ܐ ܘܕܢܦ̈ܫܬܐ ܕܡܬܦܪܩܢ ܒܕܡܝ̈ܐ ܘܕܒܥܝܪܐ ܘܕܒܝܬܐ *Lex votorum, & animarum, quæ redimuntur pretio & jumenti, & domus*, ubi calligraphus pro ܕܡܬܦܪܩܢ *quæ redimuntur*, perperam ſcribit ܕܡܬܦܪܫ *quod ſeparatur*.

In libro Numerorum. Fol. 135. ܢܡܘܣܐ ܕܥܠ ܛܢܢܐ *Lex zelotypiæ*.

Fol. 136. ܢܡܘܣܐ ܕܥܠ ܢܙܝܪ̈ܐ *Lex de Nazaræis*.

Fol. 136. a tergo ܒܘܪܟܬܐ ܕܥܡܐ *Benedictio populi*.

Fol. 137. ܚܘܕܬܐ ܕܡܫܟܢܐ *Dedicatio Tabernaculi*.

Fol. 137. a tergo ܚܘܕܬܐ *Dedicatio Altaris*.

Fol. 139. a tergo ܫܠܡܬ ܚܘܕܬܐ ܗܘ ܩܘܪܒܢܐ ܕܚܘܕܬܐ ܕܡܕܒܚܐ *explicit oblatio dedicationis Altaris*.

Fol. 140. ܕܥܠ ܫܪ̈ܓܐ *De lucernis*.

Ibid. ܓܒܝܬܐ ܕܠܘܝ̈ܐ *Electio Levitarum*.

Fol. 141. ܕܥܠ ܦܨܚܐ *De Paſchate*.

Fol. 149. ܢܡܘܣܐ ܕܥܠ ܬܟܠܬܐ *Lex de Phylacteriis*:

Ibid. ܐܬܪܐ ܕܦܠܓܘܬܗ ܕܩܘܪܚ ܘܕܟܠܗ̇ ܟܢܘܫܬܗ ܟܕ ܐܬܚܪܝܘ ܥܠ ܡܪܝܐ ܘܒܠܥܬ ܐܢܘܢ ܐܪܥܐ ܘܐܢܫ ܡܢܗܘܢ ܒܢܘܪܐ ܝܩܕܘ *Locus ſchiſmatis Core, & univerſæ Synagogæ ejus, quum adverſus Dominum rebellarunt, & devoravit eos terra, & nonnulli ex eis igne conflagrarunt*.

Fol. 153. ܥܠܬܐ ܕܬܘܪܬܐ ܕܐܬܩܪܒܬ ܕܒܚܐ ܫܡܠܝܐ ܕܚܘܣܝܐ *Holocauſtum vitulæ, ſeu perfectum ſacrificium expiationis*.

Fol. 154. ܡܘܬܗ̇ ܕܡܪܝܡ *Obitus Mariæ*.

Ibid. ܟܐܦܐ ܕܡܝ̈ܐ *Lapis aquarum*.

Fol. 154. a tergo ܡܘܬܗ ܕܐܗܪܘܢ *obitus Aaronis*.

Fol. 155. ܚܘܝܐ ܕܢܚܫܐ *Serpens æneus*.

Fol. 155. a tergo ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܥܠ ܓܘܒܐ *Canticum ad puteum*.

Fol. 162. a tergo ܐܬܪܐ ܕܨܠܦܚܕ *locus Selphehed*.

Fol. 166. ܕܥܠ ܢܕܪ̈ܐ ܘܐܣܘܪ̈ܐ *De votis, & vinculis*:

Fol. 169. a tergo ܡܫܩܠܢܐ ܕܒܢܝ̈ ܐܝܣܪܝܠ *Migrationes filiorum Iſraëlis*.

In Deuteronomio. Fol. 180. ܥܣܪܐ ܦܬܓܡ̈ܝܢ *Decem verba*.

Fol. 189. ܦܘܪܫܢ ܡܐܟܘܠܬܐ *Delectus ciborum*.

Fol. 189. a tergo ܕܥܠ ܡܥܣܪ̈ܐ *De decimis*.

Fol. 190. a tergo ܕܥܠ ܒܘܟܪ̈ܐ *De primogenitis*.

Fol. 191. ܕܥܠ ܦܨܚܐ ܕܦܛܝܪ̈ܐ *De Paſchate Azymorum*.

Ibid. ܕܥܠ ܦܢܛܩܘܣܛܐ *De Pentecoſte*.

Fol. 191. a tergo ܕܥܠ ܥܐܕܐ ܕܡܛܠܠܐ *De feſto Tabernaculorum*.

Fol. 191. a tergo ܕܥܠ ܕܝ̈ܢܐ ܘܣܦܪ̈ܐ *De Judicibus, & Scribis*.

Fol. 197. a tergo ܠܘܛ̈ܬܐ *Maledictiones*.

Fol. 201. ܒܘܪ̈ܟܬܐ *Benedictiones*.

Hi Tituli, paucis mutatis, concordant cum iis, qui in Polyglottis Lon-

dinenſibus ſunt editi. Sed Capitum Pentateuchi diviſio, quæ in hoc Codice, aliiſque manu exaratis obſervatur, ab editis eſt omnino diverſa.

Is vero Codex deſcriptus eſt Anno Chriſti 929. ut hæc oſtendit epigraphe, quæ in ejuſdem clauſula, fol. 210. a tergo, legitur: [illegible]

[illegible]

" Explicit Deuteronomium, liber quintus Legis. Laus uni virtuti, quæ agno-
„ ſcitur, & creditur in tribus perſonis, Patris ſcilicet, Filii, & Spiritus
„ Sancti, in ſecula, Amen. Exaratus eſt liber iſte Legis in Monaſterio San-
„ cti Patris noſtri Domini Eliæ apud Civitatem Moſul, *Ninivem*, cujus ſi-
„ tum Spiritus Sanctus cuſtodiat: Anno Alexandri Macedonis, filii Philippi,
„ milleſimo ducenteſimo quadrageſimo, qui eſt Iſmaelitarum annus trecen-
„ teſimus decimus octavus. Scripſit autem, imo corrupit hunc librum Elias
„ peccator, glorioſæ cupidus, nomine quidem Monachus, ſed reipſa ſecu-
„ laribus negotiis implicitus, ad uſum veri ac fidelis ſui amici dilecti, caſti,
„ ac prudentis Fratris noſtri Fumuſi, ex genere Marhaſan, cuſtodiat eum
„ Dominus noſter. Deus pro ſua pietate miſereatur ſcriptoris, & poſſeſſoris
„ in die Judicii. Recolatur memoria omnium Peregrinorum, & Anacho-
„ retarum, heic & ubique locorum commorantium: quorum precibus ad-
„ juvetur peccator, qui ſcripſit, & juſtus, qui poſſedit, Amen. Benedi-
„ ctus Deus in ſeculum, & laudabile nomen ejus in generationem gene-
„ rationum. „

Epocha Alexandræa, huic Codici adſcripta, qua Orientales paſſim utuntur, quamque Syri *Seleucidarum*, & *Græcorum*, Arabes vero تاريخ ذي القرنين *Tharieh Dilkarnain*, i. e. *Cornigeri Epocham*, adpellant, Solaris eſt; cæpitque Kalendis Octobris, anno Periodi Julianæ 4402. Cyclo Solis 6. Lunæ 13. Indictione 7. Epocha vero Iſmaelitarum, ſive Mohammedanorum, quam ab الهجرة *Hegira*, ſeu *fuga* ſui Pſeudo-prophetæ auſpicantur, Lunaris eſt, ejuſque exordium adcidit die 16. Julii, anno Periodi Julianæ 5335. Chriſti 622. Cyclo Solis 15. Lunæ 15. Indictione 10. Videſis quæ de Epochis Orientalibus alibi a nobis fuerunt adnotata.

I I.

Codex in fol. bombycinus, foliorum 177. Syriacis Neſtorianorum, ſeu Chaldæorum literis exaratus, inter Syriacos Vaticanos Codd. olim Secundus; ubi continetur,

[illegible] TESTAMENTI VETERIS Tomus primus, ſiſtens Pentateuchum, verſionis Syriacæ vulgatæ, ut in præcedenti Codice; videlicet,

[illegible] *Geneſis*, *liber primus Legis*, Capitibus conſtans XXXIV, incipit fol. 2. a tergo: [illegible]

[illegible] *Exodus*, *liber ſecundus Legis*, Capp. XXVI. incip. fol. 44. [illegible]

[illegible]

[illegible] *Leviticus, liber tertius Legis*, Capp. XX. incipit fol. 81. a tergo [illegible]

[illegible] *Numeri, liber quartus Legis*, Capp. XXVI. incipit fol. 107. [illegible]

[illegible] *Deuteronomium, liber quintus Legis*, Capp. XX. incipit fol. 144. a tergo [illegible]

Univerſim totus Pentateuchus continet Capita centum viginti ſex.

Argumenta, ut in Codice præcedenti. Sed in Geneſi deeſt Titulus [illegible] *Generationes filiorum Noë*. In Numeris, [illegible] *Obitus Aaronis*, & [illegible] *De votis, & vinculis*. In Deuteronomio [illegible] *Maledictiones*.

Contra vero nonnulla in hoc Codice Argumenta occurrunt, quæ in proxime antecedenti deſiderantur. Videlicet, in Exodo. Fol. 64. a t. Cap. XIV. [illegible] *De feſto Azymorum*. Fol. 75. Cap. XXII. [illegible] *De Paſchate*.

In Levitico. Fol. 99. Cap. XV. [illegible] *De præceptis, judiciis, & legibus*.

In Numeris. Fol. 112. Cap. IV. [illegible] *Lex de peccatis*. Fol. 118. Cap. VII. [illegible] *Lex de Cornibus*, fol. 130. Cap. XVI. [illegible] *Prophetia Balaam*.

Is Codex conſcriptus eſt Anno Chr. 1558. ut hæc docent calligraphi verba, quæ fol. 176. a t. leguntur [illegible]

" Explicit Deuteronomium, Liber quintus Legis. Gloria Patri, & Filio, ,, & Spiritui Sancto in ſecula, Amen. Abſolutus eſt ope Domini ac Dei no- ,, ſtri Liber iſte Teſtamenti Veteris. Uni autem Naturæ abſconditæ glorioſæ ,, & ſempiternæ Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, quæ in Trinitate cre- ,, ditur, & in unitate confitetur, quæ in Templo ſancto homogeneo noſtro, ,, quod ſibi conjunxit, & ſecum univit, admirabiliter inhabitavit, & in eo, ,, & cum eo adoratur, glorificatur, & exaltatur in una perſona duarum na- ,, turarum Divinitatis ſimul, & Humanitatis, quæ voluntarie conjunctæ ſunt ,, in unam unionem unius Dominationis ſine commiſtione, & honoratur ab ,, omnibus iis, quæ gratia ſua creavit, & ſapientia ſua condidit: gloria, &

,, Lo-

„ honor, gratiarum actio & adoratio, exaltatio & jubilatio in ſecula. Cu-
„ jus miſerationibus fretus incepi, & ope gratiæ ejus adjutus perfeci. Ipſi
„ gloria ab omnibus Sanctis Domini noſtri, qui ubique locorum ſunt: nos
„ autem humiles peccatores ac viles precibus eorum adjuvemur, Amen,
„ Amen, Abſolutus eſt ſanctus iſte Teſtamenti Codex in Eccleſia Sanctæ
„ Mariæ, matris Lucis & Vitæ, in benedicta Civitate Angamali, feria ſe-
„ cunda, die nona benedicti menſis Jar, *Maji*, Anno Nativitatis Domini
„ ac Servatoris noſtri Jeſu Chriſti milleſimo quingenteſimo quinquageſimo
„ octavo: Græcorum milleſimo octingenteſimo ſexageſimo nono: & Chu-
„ lam anno ſeptingenteſimo trigeſimo tertio. Corrupit, delevit, inqui-
„ navit, vitiavit, contaminavit, & exaravit hominum viliſſimus, pauper,
„ inops, vitiiſque omnibus inquinatus, & indignus qui vocetur & nomine-
„ tur inter homines, propter multitudinem peccatorum ac debitorum ſuo-
„ rum, nomine quidem Presbyter & Monachus, propter gradum hujuſmo-
„ di, quo inſignitus fuit; ſed operibus tantum remotus, quantum diſtat
„ oriens ab occaſu. Rogo & deprecor omnes, qui in hoc libro legerint,
„ aut ex ipſo quidquam deſcripſerint, ut quum defectum, aut errorem of-
„ fenderint, ne reprehenſioni locum dent, aut detractioni; ſed corrigant &
„ emendent, ſi quidem valent: quoniam natura humana defectibus ſubja-
„ cet, & erroribus eſt involuta. Ego vero pro viribus meis laboravi, men-
„ temque meam & cogitationes errorum ſordibus eſſe inquinatas fateor. Ora
„ pro me, Electe Chriſti, propter amorem Chriſti, ut tuis fortaſſe preci-
„ bus adjuver, Domine propitius eſto Poſſeſſori, Lectori, & Scriptori, pro
„ pietate ac miſerationibus tuis, Amen. Benedictus Dominus Deus in ſe-
„ cula, & laudabile nomen ejus in generationem generationum. Qui non
„ diligit Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, anathema ſit in cœlo & in
„ terra. Et dicant corporei, atque incorporei, etiam, Amen, Amen, Amen.
„ Orate pro peccatore, qui ſcripſit, Amen. „

Nomina Amanuenſis, & Poſſeſſoris, folio 2. præfixa ſunt, in hæc verba: ܐܝܬܘܗܝ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܕܪܒܢ ܕܘܝܕ ܕܩܢܝܗܝ ܡܢ ܟܝܣܗ ܕܝܠܗ. ܘܐܬܟܬܒ ܗܘ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܒܐܝܕ ܪܒܢ ܓܝܘܪܓܝܣ ܩܫܝܫܐ " Liber iſte pertinet ad Magiſtrum noſtrum Davidem, qui ipſum
„ ære ſuo ſibi comparavit. Deſcriptus eſt Liber iſte a Magiſtro noſtro Geor-
„ gio vero Presbytero.

Ex hac prolixa calligraphi Georgii adnotatione adparet, primo, quæ fue-rit in Malabaria per ea tempora Chriſtianorum Chaldæorum circa Trinitatis & Incarnationis myſterium confeſſio. Secundo, quibus illi Epochis uterentur, Græcorum ſcilicet, Chriſti, & Indorum. Tertio, quam adcurate calligraphi Syri ad calcem librorum a ſe deſcriptorum, Civitatem, Monaſterium ſeu Eccleſiam, annum, ſuam conditionem, & quæcumque ſuis temporibus ſcitu digna judicarentur, adnotarent; quam denique de ſeipſis abjecte & modeſte ſentirent, & ſcriberent.

Quod vero ad Epocham Indorum ſpectat, quam Neſtoriani calligraphi in hoc, & in Codicibus III. & XVII. *Chulam* adpellant, ejus initium ab anno Græcorum 1136. & ab anno Chriſti 825. arceſſunt: quo tempore in urbem Malabariæ Chulam, Syrorum Neſtorianorum Colonia deducta eſt, ibique Eccleſia Sancti Thomæ Apoſtoli nomini dedicata. Quamobrem hallucinationis arguendus eſt Crozius, dum in Hiſtoria Neſtorianiſmi Indorum lib. 4. p. 303. ex Actis Synodi Diamperienſis, & Alexii Goani Archiepiſcopi geſtis, ad an-

num

num Chriſti 870. initium illius Epochæ refert; de qua nos fuſius alibi.

I I I.

Codex in fol. bombycinus, foliis conſtans 234. Syriacis Neſtorianorum, ſeu Chaldæorum literis deſcriptus, inter Codd. Syriacos Vaticanos olim Tertius; quo continetur,

Testamenti Veteris vulgatæ verſionis Syriacæ Tomus alter, in hoſce ſacros libros diſtributus.

[illegible] *Liber Joſue filii Nun*, incipit fol. 1. a t. [illegible] Ejus Capita octodecim recenſentur, ex quibus tamen totidem commata, a com. ſcilicet 8. Cap. I. ad com. 7. Cap. II. deſunt, quæ quidem in vulgata Latina, & Syriaca habentur.

[illegible] *Liber Judicum filiorum Iſraelis, qui Ebraice Sciophete nuncupatur.* Titulo ad marginem hæc præfigitur adnotatio: [illegible] *Judices autem ſunt ſexdecim; primus Joſue filius Nun; & poſtremus Samuel.* Ejus Capita ſexdecim; initium fol. 17. [illegible]

[illegible] *Liber Samuelis Prophetæ*; cujus Capita trigintaſeptem; initium fol. 49. a tergo [illegible]

Porro Samuelis nomine priores duos Regum Libros Syri intelligunt, quorum ſecundus incipit a Cap. XXI. fol. 76. a tergo, hiſce verbis [illegible]

[illegible] *Liber Regnorum*, ſive *Regum filiorum Iſraelis*, in Capita triginta quinque diviſus, quibus poſteriores duo Regum libri, ſive tertius & quartus comprehenduntur. Eorum prior incipit fol. 102. a tergo [illegible]

Alter, poſterioribus octo commatibus Cap. I. & prioribus ſeptem commatibus Cap. II. mancus, incipit a Cap. XX. fol. 129. [illegible]

[illegible] *Sapientiæ*, ſive *Proverbia Salomonis*, quorum Capita tredecim; initium vero fol. 154. [illegible]

[illegible] *Sapientia filii Sira*, ſive *Eccleſiaſticus*, Capp. XX. Initium fol. 171. [illegible]

[illegible] *Liber Coheleth*, ſive *Eccleſiaſtes*, Capp. VI. fol. 200. [illegible]

[illegible] *Ruth*, Capp. II. fol. 206. [illegible]

[illegible] *Canticum Canticorum*, Capp. II. fol. 209. [illegible]

[illegible] *Job*, Capp. XV. fol. 212. [illegible]

Univerſim a Joſue ad Job incluſive ſunt Capita CLIV. eaque ita continuantur in hoc Codice, ut unum, eundemque librum efficere videantur.

[illegible] *Hiſtoria Suſannæ filiæ Helcanæ*, ſine Capitum diſtinctione. Initium fol. 231. a tergo [illegible]

In ejus calce, fol. 234. a tergo, hæc adnotata reperias: [illegible]

Explicit ope Domini noſtri liber integer Judicum. Laus, honor, confeſſio, & gratiarum actio Deo Domino univerſorum, qui gratia ſua nos vivificat & adiuvat,

vat, Amen. Ex quo colligitur ſupra deſcriptos Sacræ Scripturæ libros a Joſue ad Suſannam pro integro Judicum libro ab amanuenſi, juxta vulgarem fortaſſe Chaldæorum ſententiam, haberi.

Is Codex eadem, qua præcedens, manu exaratus eſt An. Chriſti 1558. ut liquet ex hac epigraphe, quæ ad ejus calcem, fol. 234. a tergo, adpoſita eſt. [illegible] „ Abſolutus eſt liber „ iſte feria quarta, die 26. Canun poſterioris, *Januarii*, Anno Nativitatis „ Domini & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti 1556. Chulam, 733. in benedi„ cta & celebri urbe Angamali in Malabaria Indiæ regione, in Sancta Ec„ cleſia, nomini Dominæ Beatæ Mariæ Matris Lucis ac Vitæ conſtructa, cu„ jus precibus cœtus fidelium & ego ipſe adjuvemur, etiam, Amen, ſem„ per etiam, Amen. Benedictus Deus in ſeculum, & laudabile nomen ejus „ in generationem generationum. Exaravit hunc ſacrum Codicem peccator, „ inops, & prævaricator Georgius.

I V.

COdex in quarto bombycinus, foliorum 285. Syriacis Neſtorianorum literis deſcriptus, inter Codd. Syriacos Vaticanos olim Quintus; quo continetur,

ܟܬܒܐ ܕܢܒܝܐ LIBER PROPHETARUM, ſive Prophetæ Majores, & Minores, hunc in ordinem digeſti.

ܐܫܥܝܐ *Iſaias*, Capitibus triginta abſolutus, incipit fol. 2. a ter. [illegible]

ܗܘܫܥ *Hoſee*, Capp. V. a Cap. XXXI. ad XXXV. fol. 57. [illegible]

ܝܘܐܝܠ *Joel*, Capp. II. ideſt a Cap. XXXV. ad XXXVI. & a Cap. VI. ad VII. Continuatur enim enumeratio Capitum, primum quidem ab Iſaia, uſque ad ultimum Prophetam; deinde ab Hoſee ad duodecimum e Prophetis minoribus. Incipit fol. 65. [illegible]

ܥܡܘܣ *Amos*, Capp. IV. nimirum a Cap. VIII. ad X. & a Cap. XXXVII. ad XXXIX. Fol. 68. [illegible]

ܥܒܕܝܐ *Abdias*, habet Caput unicum, hoc eſt X. & XL. incipit autem fol. 74. a tergo [illegible]

ܝܘܢܢ *Jonas*, Cap. unic. ideſt XI. ſeu XLI. fol. 75. a tergo [illegible]

ܡܝܟܐ *Michæas*, Capp. III. nimirum a Cap. XII. ad XIV. & a Cap. XLII. ad XLIV. fol. 77. a tergo [illegible]

ܢܚܘܡ *Nahum*, Cap. unic. ideſt. XV. & XLV. fol. 82. [illegible]

ܚܒܩܘܩ *Habacuc*, Cap. unic. videl. XVI. & XLVI. f. 85. [illegible]

ܨܦܢܝܐ *Sophonias*, Cap. unic. ideſt XVII. & XLVII. fol. 87. [illegible]

ܚܓܝ *Haggæus*, Cap. unic. nimirum XVIII. & XLVIII. fol. 89. a tergo [illegible]

[illegible]

ܙܟܪܝܐ *Zacharias*, Capp. V. i. e. a Cap. XIX. ad XXIV. & a XLIX. ad LIII. fol. 91. [illegible]

ܡܠܐܟܝ *Malachias*, Capp. II. hoc eſt a Cap. XXIV. ad XXV. & a LIV. ad LV. fol. 100. [illegible]

Prophetæ Minores habent in univerſum trigintaquinque Capita, quorum tamen diſtinctio in hoc Codice eſt valde confuſa: quum uno eodemque Capite finis unius Prophetiæ cum initio alterius ſæpe comprehendatur.

ܐܪܡܝܐ *Jeremias*, a commate 6. Cap. 38. uſque ad com. 2. Cap. 39. vulgatæ verſionis mancus, continet Capita XXXIV. ideſt a Cap. LVI. ad Cap. LXXXIX. incipitque fol. 102. a t. [illegible]

ܐܘܠܝܬܐ ܕܐܪܡܝܐ *Threni Jeremiæ*, in quatuor Lamentationes diviſi, quas claudit ܨܠܘܬܗ ܕܐܪܡܝܐ ejuſdem *Jeremiæ Oratio*, habent Capita II. ita ut Jeremias univerſim complectatur Capita XXXVI. id eſt, a Cap. LVI. ad Cap. XCI. Initium fol. 175. a tergo [illegible]

ܚܙܩܝܐܝܠ *Ezechiel*, Capp. XXVIII. i. e. a Cap. XCII. ad Cap. CXIX. fol. 167. a t. [illegible]

ܕܢܝܐܝܠ *Daniel* Capp. X. nimirum a Cap. CXX. ad Cap. CXXX. fol. 249. a t. [illegible]

Porro ad Caput octavum Danielis additur Paraphraſis incerti authoris in quatuor Monarchias, rubro colore diſtincta. Poſt undecimum vero Caput, prætermiſſa Hiſtoria Suſannæ, ſequuntur

ܬܫܥܝܬܐ ܕܒܝܠ ܨܠܡܐ *Hiſtoria de Bel Idolo*, Capite unico abſoluta, quod eſt Danielis duodecimum, & Prophetarum ab Iſaia ad finem, centeſimum trigeſimum primum. Ejus initium fol. 275. a tergo [illegible]

ܬܫܥܝܬܐ ܕܒܝܠ ܬܢܝܢܐ *Hiſtoria de Dracone* a Daniele interfecto, quæ in fine Prophetiæ ejuſdem legitur, quæque Capite unico, Danielis ſcilicet decimo tertio continetur. Initium fol. 277. [illegible]

Univerſim Prophetæ majores & minores comprehenduntur Capitibus cxxxi. Sunt autem verſionis ſimplicis, ſeu vulgatæ Syriacæ, præter duo poſtrema Capita de Bel Idolo, & de Dracone, quæ etiam in Ebraicis fontibus deſiderantur, quæque e Græco in Syriacum converſa ſunt.

Is Codex exaratus eſt An. Chriſti 1556. Sic enim fol. 278. ad calcem adnotatur: [illegible]

" Explicit ope Domini Liber beatorum Prophetarum. Abſolutus eſt liber iſte
,, anno a Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti 1556. die 18. menſis Sce-
,, bat, *Februarii*, feria ſecunda. Ego Presbyter Jacobus diſcipulus Mar-Ja-
,, cobi hunc Codicem exaravi in Sancta Eccleſia Mar-Sapor Marpot de oppido
,, Pharaor. Laudabile ſanctum nomen ejus in generationem generationum. ,,

Ex quibus verbis adparet Syriacæ linguæ ſtudium apud Chriſtianos Malabares neglectum fuiſſe; quum vel ipſorum Presbyteri, qui ceteris doctiores eſſe ſolent ac debent, tot errores contra grammaticæ regulas admittant, quot in ſupra deſcripta adnotatione occurrunt. Ceterum Eccleſia illa, quæ in hac epigraphe *Mar-Sapor Marpot* dicitur, in hiſtoria Concilii Diamperienſis ab Alexio Meneſio Archiepiſcopo Goano anno Chriſti 1599. celebrati, una cum aliis ejuſdem nominis Eccleſiis interdicta fuit, eo quod *Sapor & Pot*, ſeu po-

tius Sapores & Perozes, cui nuncupatur, Epiſcopi Neſtoriani fuerint; ut Tom. IV. Bibl. Orient. pag. 442. obſervavimus.

V.

Codex antiquiſſimus, in quarto, membraneus, foliis conſtans 147. rotundis elegantiſſimis Syrorum literis conſcriptus, inter Codd. Syriacos Vaticanos olim Quartus; ubi continetur,

[illegible] *Prophetia Ezechielis*, principio & fine mutila. Incipit autem a commate 15. Capitis primi, fol. 1. hiſce verbis [illegible] Deſinitque in comma 14. Capitis quadrageſimi ſexti fol. 147. [illegible].

Præeunt Argumenta Capitum ſtudioſe a calligrapho deſcripta, hunc in modum: [illegible] *Capita libri Ezechielis. Caput I. Viſionem Currus Cherubim videt Ezechiel, & Propheta deſignatur, jubeturque a Deo loqui cum filiis Iſrael, & ne timeat eos, neque ſit inſtar eorum obtrectans. Oſtendit ei Volumen libri ſcripti, ac præcipit, ut illud comedat.* Conſequuntur alia Capitum argumenta; ſed in hoc Codice duodecim priora tantum ſuperſunt; cetera enim cum ſeptem foliis, a folio nempe tertio ad folium nonum, exciderunt.

Ad marginem eadem, qua totus Codex exaratus, manu adnotantur Dominicæ, & Feriæ cum nonnullis Feſtis, in quibus ex Ezechiele Eccleſia Syriaca Lectiones recitare conſuevit. Item Animadverſiones, ſeu ſcholia quædam in Ezechielem, ex variis Authoribus depromta.

Et Lectiones quidem per Dominicas, Ferias & Feſta diſtributæ, ejuſmodi ſunt,

I. [illegible] *Dominica Pentecoſtes*, fol. 4. a tergo.
II. [illegible] *Quum fit Sacerdos*, fol. 5.
III. [illegible] *Feria ſecunda hebdomadæ Majoris*, fol. 6.
IV. [illegible] *Dominica quarta Jejunii*, fol. 7.
V. [illegible] *Dominica quinta Jejunii*, ibid.
VI. [illegible] *In Commemoratione Prophetarum & Martyrum, & Dominica tertia poſt Reſurrectionem*, fol. 8.
VII. [illegible] *Feria iv. hebdomadæ primæ Jejunii*, fol. 9. a t.
VIII. [illegible] *Aſcenſionis*, fol. 10. a tergo.
IX. [illegible] *Dominica xvi. poſt Reſurrect.*, fol. 14. a terg.
X. [illegible] *Dominica vi. poſt Reſurrectionem* fol. 15.
XI. [illegible] *Feria iv. hebdomadæ Majoris*, fol. 15. a tergo.
XII. [illegible] *Dominica ii. Jejunii*, fol. 17. a tergo.
XIII. [illegible] *Dominica vii. poſt Reſurrectionem*, fol. 22.
XIV. [illegible] *Dominica ix. poſt Reſurrectionem*, fol. 23.
XV. [illegible] *Sabbato Magno*, fol. 24. a tergo.
XVI. [illegible] *Dominica iv. Reſurrectionis*, fol. 26.
XVII. [illegible] *Epiſcoporum & Defunctorum*, fol. 27.
XVIII. [illegible] *Dominica xi. poſt Reſurrectionem*, fol. 27. a terg.
XIX. [illegible] *Dominica xiii. poſt Reſurrectionem*, fol. 30.
XX. [illegible] *Dominica xiv. poſt Reſurrectionem*, fol. 33.

XXI.

XXI. [illegible] *Dominica iii. Jejunii, & in Commemoratione Juſtorum & Beatorum, & in deſectu pluviæ*, fol. 35.

XXII. [illegible] *Dominica xv. poſt Reſurrectionem*, fol. 36. a terg.

XXIII. [illegible] *Dominica xvi. poſt Reſurrectionem*, fol. 41.

XXIV. [illegible] *Dominica xvii. poſt Reſurrectionem*, fol. 43.

XXV. [illegible] *Dominica xxiv. poſt Reſurrectionem*, fol. 44.

XXVI. [illegible] *Feria ſexta Hebdomadæ Requiei: & in Commemoratione Epiſcoporum & Defunctorum*, fol. 44. a tergo.

XXVII. [illegible] *Feria ii. hebdomadæ mediæ Jejunii*, fol. 45.

XXVIII. [illegible] *Dominica xviii poſt Reſurrectionem*, fol. 46.

XXIX. [illegible] *Feria iii. hebdomadæ mediæ Jejunii*, ibid.

XXX. [illegible] *Sabbatho Requiei*, fol. 47. a tergo.

XXXI. [illegible] *Feria vi. hebdomadæ mediæ Jejunii*. fol. 49.

XXXII. [illegible] *Dominica xx. poſt Reſurrectionem*, fol. 50. a t.

XXXIII. [illegible] *Feria v. Myſteriorum, & Feria v. hebdomadæ Requiei*, fol. 51.

XXXIV. [illegible] *Feria v. hebdomadæ mediæ Jejunii*, fol. 52. a tergo.

XXXV. [illegible] *Dominica xxi. poſt Reſurrectionem*, ibid.

XXXVI. [illegible] *Feria v. hebdomadæ majoris: & Feria vi. poſt Reſurrectionem*, fol. 54.

XXXVII. [illegible] *Dominica xxii. poſt Reſurrectionem*, fol. 56.

XXXVIII. [illegible] *Dominica xxiii. poſt Reſurrectionem*, fol. 58.

XXXIX. * [illegible] *Dominica xxvi. poſt Reſurrect.*, fol. 65. a t.

XL. * [illegible] *Dominica xxviii. poſt Reſurrectionem*, fol. 69.

XLI. * [illegible] *Dominica xii. poſt Reſurrectionem*, fol. 71. a t.

XLII. * [illegible] *Dominica xxvii. poſt Reſurrect.*, fol. 74. a t.

XLIII. * [illegible] *Dominica xxix. poſt Reſurrectionem*, fol. 80.

XLIV. * [illegible] *Dominica ii. poſt Epiphaniam*, fol. 84. a terg.

XLV. * [illegible] *Dominica iii. poſt Epiphaniam*, fol. 88. a tergo.

XLVI. * [illegible] *Dominica xxxi. poſt Reſurrectionem*, fol. 89. a t.

XLVII. * [illegible] *Sacerdotum. Et Baptiſmi. Et Johannis Baptiſtæ. Et Feria ſecunda hebdomadæ Requiei. Et Dom. iv. Jejunii*, fol. 93. a tergo.

XLVIII. * [illegible] *Feria ſecunda Requiei*, fol. 94. a tergo.

XLIX. * [illegible] *Dominica xxxii. poſt Reſurrect.*, fol. 96. a t.

L. * [illegible] *Feria tertia Requiei*, fol. 98. a tergo.

LI. * [illegible] *Feria quinta hebdomadæ Requiei*, fol. 100.

LII. * [illegible] *In commemoratione Infantium*, fol. 101.

LIII. * [illegible] *Dominica xxxiii. poſt Reſurrect.* fol. 103. a t.

LIV. * [illegible] *Dominica ii. poſt Epiphaniam*, fol. 104.

LV. * [illegible] *Dominica ante Nativitatem*, fol. 106.

LVI. * [illegible] *Dominica v. poſt Epiphaniam*, fol. 110.

LVII. * [illegible] *Dominica vi. poſt Epiphaniam*, fol. 113.

LVIII. * [illegible] *Dominica vii. poſt Epiphaniam*, fol. 114.

LIX. * [illegible] *Dominica vi. Jejunii*, fol. 133.

LX. * [illegible] *In Commemoratione unius Epiſcopi, & Sacerdotis*, fol. 139. a tergo.

LXI. * [illegible] *Dominica viii. poſt Epiphaniam*, fol. 141. a terg.

LXII. * [illegible] *Feria quinta hebdomadæ primæ Jejunii*, fol. 143.

LXIII. * [illegible] *Dominica poſt Nativitatem*, fol. 146. a tergo.

Quas aſteriſco notavimus Lectiones, eæ ſunt recentiori manu adjectæ.

Scholia vero, ſeu Animadverſiones ad marginem, & inferiorem oram Codicis adpoſitæ ejuſmodi ſunt.

Fol. 15. a tergo. [illegible] " Is mos apud omnes gentes obtinuit, ut qui lamentantur, aut lugent, aut precantur, eadem ſæpe verba repetant, & ad eadem revertantur. Quamobrem ipſe Propheta, poſtquam dixit ei Deus, plaude manu, & ſalta pede, Canticum Lamentationis adgreditur & fletus, & ploratus, eademque verba canit ac ſæpius repetit. "

Fol. 20. a tergo: [illegible] " Quidam Sapientes Ebræi tradunt, literam Tau ab Angelo ſignatam eſſe in eorum fronte, qui vitam & ſalutem eſſent conſequuturi: ipſa enim ſignum eſt eorum, qui Legem ſervaverunt. Lex autem apud Ebræos, Thora adpellatur, adeoque a litera Tau initium ſumit. "

Fol. 25. a tergo: [illegible] " Ii cæſi ſunt in Reblatha, quæ eſt in finibus Iſraël juxta Hemath, Tyrum, & Sidonem; quos nimirum unacum Sedecia tranſtulit Nabuzardan ad Nabuchodonoſor. "

Fol. 42. a tergo: [illegible] " Severi Patriarchæ. Iſtas decem tribus, a dextris, & a ſiniſtris Hieruſalem diſtribuit, Sodomitas autem eos adpellat, qui habitant juxta Jordanem, ubi Ruben, Gad, & dimidia tribus Manaſſe ſedes habebant, quum ipſi Sodomorum finitimi eſſent. Metropolis igitur harum duarum tribuum & dimidiæ, quæ Galgala dicebatur, Sodoma adpellata eſt, juxta illud Hoſee: Galgala civitas vanitatum operatrix. Sed & Juda particeps fuit peccati eorum, juxta illud: Et tu Iſraël, ne erres: & tu Juda ne abeas in Galgala. Samariam vero, quæ ſita eſt ad ſiniſtram Hieruſalem, adpellat ſeptem tribus cum dimidia, regni nimirum Ephraim, quæ ad aquilonem Hieruſalem habitabant. "

Fol. 49. a tergo. [illegible] " Symmachus ait: Firmamentum univerſæ terræ. Firmamentum autem vocat, quoniam in ipſa Sacerdotium Deo perficiebatur. "

Fol. 59. [illegible] " Græco Idiomate, pretium & honor, una eademque voce dicuntur. "

Fol. 60. [illegible]

Digitized by Google

[illegible] " Adparet inde equites terræ Aſſyriorum reverſuros, quod
„ duplicia dicuntur veſtimenta habere, quæ Perſice Taliſman vocantur. „

Fol. 75. [illegible] " Byblii ſunt inco-
„ læ Bybli urbis juxta Berytum. In exemplaribus autem, quæ ſunt apud
„ Syros, legitur, *Senes Gabel*, pro *Senes Bybli*. Ego vero exiſtimo, non
„ recte dici, *Senes Gabel Conſiliarios fuiſſe Regis Tyri*: quoniam Gabel diſtat
„ a Tyro centum & amplius milliaribus ad aquilonem; ubi Byblus vix abeſt
„ a Tyro triginta milliaribus. Gabel enim eſt juxta Laodiceam, quæ hodie
„ Gabala dicitur.

Fol. 75. [illegible] " In exemplaribus Syriacis, ſeptem tantum lapides pretioſi re-
„ cenſentur. At in Græcis, dicitur Rex Tyri duodecim lapidibus ornatus:
„ videlicet, Sardio, Topatio, Smaragdo, Carbunculo, Sapphiro, ...
„ Achate, Amethiſto, Chryſopraſo, ... Onychite. Verum non vacat
„ myſterio, ſive ſeptem, ſive duodecim dicantur.

Fol. 110. a tergo. [illegible] " Videtur hic Chuſæos, Libyes & Puthæos pro Ara-
„ bibus, ceteriſque populis ad auſtrum Babyloniorum poſitis, quique de
„ regione Sabæorum cenſeptur; qui nimirum nigri ſunt inſtar Chuſæorum
„ & Libyum, perque ea tempora Perſarum ditioni ſubjecti erant deſuncre. „

Fol. 147. [illegible] " Hoc etiam, quod heic dicitur, quantum manibus
„ valet, juxta Græca exemplaria alium ſenſum exprimere poteſt, ut nimi-
„ rum agno farinam faciat, quantum manu capere poteſt. „

Hæc Scholia videtur calligraphus ex Jacobo Edeſſeno hauſiſſe: qui tamen Jacobiticæ ſe ſectæ addictum oſtendit, dum Severum Patriarcham laudat: Phœniciarum inſuper rerum ſe ignarum declarat, quum Byblum maritimam Phœniciæ urbem, inter Botryn & Berytum ſitam, Gabel Syris nuncupari negat, eamque cum Gabalis altera Phœniciæ civitate, quæ Laodiceam ab aquilone, & Antaradum a meridie habet, perperam confundit.

Is Codex ad octavum Chriſti ſeculum videtur haud immerito referendus.

V I.

Codex antiquus, in quarto membraneus, foliorum 40. Syriacis Neſtorianorum literis exaratus, inter Codd. Syriacos Vaticanos olim Trigeſimus octavus; ubi continetur,

· ܚܟܡܬܐ ܕܒܪ ܣܝܪܐ SAPIENTIA FILII SIRA, ſive, *Eccleſiaſticus*, in Capita viginti diſtributus. Incipit fol. 1. [illegible] Definit autem fol. 40. in hæc verba: [illegible] " Et dabitur merces veſtra in tempore ſuo.
„ Benedictus Deus in ſeculum, & laudabile nomen ejus in generationem ge-
„ nera-

„ nerationum. Hucuſque verba Jeſu filii Simeonis, qui vocatur Filius Sira, „

Is Codex, quem ad duodecimum Chriſti ſeculum haud immerito referas, pertinuit olim ad Bibliothecam Collegii Neophytorum, & Tranſmarinorum de Urbe; ut ſub ejus initium adnotatur.

VII.

Codex in folio, bombycinus, foliis conſtans 477. Syriacis recentioribus literis exaratus, inter Syriacos Vaticanos Codices olim Primus; quo continetur.

[illegible] TESTAMENTUM VETUS, ſimplicis verſionis Syriacæ, variantibus lectionibus ad inferiorem oram a Sergio Riſio Archiepiſcopo Damaſceno, olim Collegii Maronitarum de Urbe Alumno, illuſtratum, qui & integrum Codicem deſcripſit, & Commata in textu Latine, Capita vero ad marginem Syriace recenſuit, Polyglotta Pariſienſia, & Londinenſia ſequutus. Ejus nomen in fronte Codicis intra ſchedulam minio fucatam expreſſum reperias, hiſce verbis: [illegible] *Sergius Riſius humilis depinxit*. Is Latinam Bibliorum Arabicorum tranſlationem adornavit, quæ poſtea cum ipſo Arabico textu tribus Tomis in folio anno 1671. typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide edita eſt. Obiit autem anno 1638. de Syriaca quoque Bibliorum editione optime meritus, teſte Jac. Lelongio Biblioth. Sac. Tom. I. pag. 124. atque alibi. Unde Codicis hujus ætatem facile deprehendas. Porro Teſtamenti Veteris libri ſunt qui ſequuntur.

[illegible] *Geneſis, liber primus Legis*, ſeu Pentateuchi. Incipit fol. 1. a tergo: [illegible] Deſinit fol. 25. a tergo in hanc epigraphen: [illegible] „ Explicit liber primus Le-
„ gis. Continet autem liber ille primus Legis commata, *ſive dictiones* 4509.
„ quæ Capitibus XXXIV. comprehenduntur;

[illegible] *Exodus, liber ſecundus Legis*. Incipit fol. 30. [illegible] Deſinit fol. 48. [illegible] „ Explicit
„ Exodus, liber ſecundus Legis, quo comprehenduntur Capita XXVI. & com-
„ mata 3626. „

[illegible] *Leviticus, liber tertius Legis*, in Capita XX. diviſus. Incipit fol. 30. [illegible]

[illegible] *Numeri, liber quartus Legis*, conſtans Capp. XXVI. Incipit fol. 62. [illegible]

[illegible] *Deuteronomium, liber quintus Legis*. Capp. XX. Incipit fol. 83. a tergo: [illegible]

In fine vero fol. 102. hæc legas: [illegible]
„ Commata, ſive dictiones 2796. Totus autem Pentateuchus continet com-
„ mata 16906. Capita vero CXXVI. Scriptus quidem a Moſe, ſed ordinatus,
„ & abſolutus a Joſue filio Nun, ejus miniſtro.

[illegible] *Liber Joſue filii Nun*, Capitibus XVIII. contentus. Incipit fol. 104. [illegible]

[illegible]

[illegible] *Liber Judicum*, Capp. xvi. Fol. 114. [illegible] *Hiſtoria Ruth Moabitidis*, Capp. ii. Fol. 125. [illegible]

[illegible] *Liber Samuelis Prophetæ*, in Capita xxxviii. diſtributus, quorum priora viginti complectuntur librum primum Regum, cujus initium fol. 127. [illegible] Reliqua vero librum ſecundum Regum, qui incipit a Cap. xxi. fol. 140. a t. [illegible]

[illegible] *Liber Regnorum*, ſive *Regum filiorum Iſraël*. Ejus Capita xxxv. ex quibus novemdecim priora ſiſtunt librum tertium Regum; cujus initium fol. 151. [illegible] Cetera vero Capita Librum quartum Regum conſtituunt, incipientem fol. 164. a tergo a Capite xx. [illegible] deſinentemque fol. 178. a tergo in hanc epigraphen: [illegible] *Explicit Liber Regnorum filiorum Iſraël & Juda, cujus Capita ſunt numero* xxxv.

[illegible] *Liber Regiminis dierum Regum Iſraël*, ſive *Paralipomena* Capitibus xxx. conſtantia, quibus Libri duo Paralipomenon comprehenduntur. Et primus quidem Liber incipit fol. 179. [illegible] Alter fol. 191. a Capite xvi. [illegible]

[illegible] *Oratio Manaſſe Regis Juda, quum detentus eſſet in vinculis Babylone*. Incipit f. 206. [illegible]

[illegible] *Liber primus Eſdræ*, Capp. x. Fol. 207. [illegible]

[illegible] *Liber ſecundus Eſdræ*, Capp. xiii. Incipit fol. 211. a tergo ab iis verbis [illegible] *Et fuit in menſe Canun anno vigeſimo, & ego eram in Suſan caſtro*. Deſunt itaque initialia verba, quæ habentur in textu Ebraico: *Verba Nehemiæ filii Hechaliæ*. In ejus clauſula fol. 218. iſta leguntur: [illegible] *Explicit Liber Eſdræ ſcribæ*, primus nimirum, & ſecundus, *qui complectitur Commata* 2362.

[illegible] *Eſdræ Liber tertius*, prioribus quinque Capitibus mancus; incipit enim fol. 218. a Commate ſeptimo Capitis ſexti, nimirum ab Epiſtola Siſennis ſubreguli Syriæ & Phœniciæ ad Darium Perſarum Regem. [illegible]

In fine vero, fol. 221. a tergo, hæc a prælaudato Sergio Riſio Archiepiſcopo Damaſceno, hujus Codicis calligrapho, adnotantur: [illegible]

„ Explicit hic Liber, qui eſt primus Eſdræ. Quum enim non haberemus „ eum in verſione ſimplici, deſcripſimus ipſum ex verſione τῶν Septuaginta. Orate pro fratre, qui exaravit pro viribus ſibi a Domino Noſtro „ Jeſu Chriſto conlatis: & pro domino Libri, & pro omnibus, qui in eo„ dem Libro partem habent. „ Ubi manifeſtus eſt error amanuenſis, qui hunc Eſdræ librum *Primum* vocat; quum dicere debuiſſet *Tertium*. Nam primus & ſecundus Eſdræ, qui in hoc Codice a fol. 207. ad fol. 218. habentur, ex Ebraico textu tranſlati ſunt, tertius ex verſione τῶν Septuaginta.

[illegible] *Liber Tobit*, ſeu *Tobiæ juxta traditionem τῶν Septuaginta*. Ejus Capp. xiv. Init. fol. 224. [illegible]

[illegible] *Liber Judith*, Capp. XVI. Initium fol. 234. [illegible]

[illegible] *Liber Eſter*, Capp. X. Initium fol. 241. [illegible]

[illegible] *Liber Job*, conſtat Capitibus XIV. Habet præterea duas alias Capitum enumerationes, quarum prima, juxta vulgatam Latinam, continet Capita XLII. altera, juxta Syros, continuatur cum præcedenti Capitum enumeratione, a Capite ſcilicet, CL. ad Caput CLXIV. incluſive. Incipit autem Liber ille fol. 246. [illegible]

Ad ejus calcem, fol. 55. a tergo, hæc adpoſita eſt epigraphe: [illegible]

" Liber juſti Job a Moyſe conſcriptus eſt; illius tamen libris ideo non fuit ,, inſertus, quia non ex filiis Jacob, ſed ex gentibus erat; quamvis non ,, deſunt qui dicant, eum eſſe ex Eſau filiis, Jobab ſcilicet, filium Zaræ, ,, & matrem ejus Cheſuram, quintum ab Abrahamo: ideſt, Job filium ,, Zaræ, filii Raguel, filii Eſau, filii Iſaac, filii Abraham. Aſaph vero ,, Sacerdos Eſdræ ſocius, & Aruad Scriptor, & Jacobus Edeſſenus aſſe- ,, runt, eum eſſe ex *filiis* Jectan, & Abraham antiquiorem. Verba Arua- ,, di hæc ſunt. Erat quidam Vir dives de cognatione Jectan, nomine ,, Job, qui ſepties decertavit cum Satana, & vicit. Aſaph autem aſſerit, ,, certamen hoc contigiſſe anno 25. Nachor, eumque Moyſe antiquiorem ,, fuiſſe annis 500.; præceſſiſſe autem Adventum Domini noſtri annis 1625. ,, ſecundum verſionis ſimplicis ſupputationem. ,, Hæc de Job totidem fere verbis apud S. Ephræm Syrum Commentar. in Job, Tom. 2. noviſſimæ editionis noſtræ pag. 1. ſed pro annis 1625. quibus hic anteceſſiſſe dicitur Chriſti Domini Adventum, apud S. Ephræm habetur annus 1725. Denique Aſaphi, Aruadi, & Jacobi Edeſſeni, quos hic calligraphus laudat, mentionem quoque facit Gregorius Abulpharagius Barebræus in Chronico Syriaco. Vide Tom. 2. Bibl. noſtræ Orient. pag. 313.

[illegible] *Laudationes Davidis*, ſive [illegible] *Pſalmi*; uti in fine hujus Codicis, & in aliis exemplaribus pleriſque inſcribuntur. Initium fol. 258. [illegible]

Singulis Pſalmis, quos Orientales in quinque Libros dividunt, ut in Catalogo noſtro Mediceo Cod. IV. Laurentiano pag. 31. monuimus, præſcribitur lemma, ſeu argumentum myſticum duplex, juxta varias editiones: unum in corpore, alterum in margine. Notantur præterea Commata cuiuſcumque Pſalmi: e. g. Pſalmus I. dicitur habere [illegible] *Commata* X. Pſalmus II. [illegible] *Commata* XXVIII. & ſic de reliquis. Verum numerus commatum in hoc Codice mendoſus eſt; ut ex eorumdem ſumma colligitur, quæ in clauſula Pſalmorum, fol. 287. a tergo, adnotatur ad marginem, in hæc verba: [illegible] *Abſoluti ſunt Pſalmi* CL. *ſunt autem libri* V. *Jaculatoriæ*,

toriæ, ſeu gradus XV. *Laudationes* LX. *Commata* MMMMDCCCXXXII. *Homines quidam addunt alia* XII. *ſed his minime indigemus*. *Laus Deo ſemper*. Subnectitur,

Pſalmus extra numerum, cujus titulus eſt hujuſmodi: [illegible] *Pſalmus iſte peculiaris eſt David: eſtque extra numerum, quum decertavit ſolus cum Goliad, ipſumque interfecit. Tunc eum dixit*. Incipit fol. 287. a tergo: [illegible].

[illegible] *Sapientia ſapientis Salomonis filii Davidis, Regis Iſraël*, ſive *Liber Proverbiorum*; in cujus fine fol. 299. a tergo, hæc habentur: [illegible] *Explicit Sapientia Salomonis filii Davidis, quæ continet Capita* XIII. nimirum a Cap. CVII. ad Cap. CXIX. incluſive. Ejus initium fol. 295. [illegible]

[illegible] *Verba Cobeleth filii David Regis Hieruſalem*, ſive *Liber Eccleſiaſtes*. Habet Capita VI. nimirum a Cap. CXL. ad Cap. CXLV. incluſive. Incipit autem fol. 300. ab illis verbis: [illegible] *Vanitas vanitatum, dixit Cobeleth*. Unde verba præcedentia, quæ pro titulo poſuimus, initium Eccleſiaſtes efficiunt.

[illegible] *Liber Sciratb Scirin, qui vocatur Laudatio Laudationum, & Canticum Canticorum*. Capita ejus II. i. e. a Cap. CXLVIII. ad Cap. CXLIX. incluſive. Alia quoque in textu Capitum enumeratio occurrit, quæ, juxta Ebræos, ad Caput uſque octavum protenditur. Initium fol. 303. a tergo: [illegible]

Liber Sapientiæ, hocce titulo diſtinctus: [illegible]. *Liber Sapientiæ magnæ ejuſdem Salomonis filii Davidis, de quo dubitatum fuit, acſi ab aliquo Sapiente Ebræo in ſpiritu Prophetico conſcriptus, nomini Salomonis tributus, & ſub eodem nomine eſſet receptus*. Ejus Capita XIX. Initium fol. 314. a tergo: [illegible]

In fine vero, fol. 314. a tergo, hæc leguntur: [illegible] *Explicit Liber hic magnæ Sapientiæ Salomonis filii David Regis Iſraël: cujus commata ſunt* 1236.

[illegible] *Liber Jeſu filii Simeonis Aſira, qui dicitur Sapientia filii Aſira*, ſive *Eccleſiaſticus*. Habet Capita XX. i. e. a Capite CXX. ad Cap. CXXXIX. & juxta Græcum textum Capp. LI. Ejus initium fol. 319. [illegible]

[illegible] *Prophetia Iſaiæ*, cujus Capp. juxta Syros, XXX., juxta Ebræos, LXVI. Initium fol. 337. [illegible]

[illegible] *Prophetia Jeremiæ*, Capitibus XXXIV. juxta Syros, i. e. a Cap. LVI. ad Cap. LXXXIX., juxta Ebræos vero LII. abſoluta. Incipit fol. 357. a tergo: [illegible]

[illegible] *Threni Jeremiæ*, habent juxta Syros Capita II. nimirum a Cap. XC. ad Cap. XCI. at juxta Ebræos Capp. V. Initium fol. 381. a tergo. [illegible].

[illegible] *Prophetia Baruch*, in duas Epiſtolas diviſa, quarum prior [illegible] *Epiſtola prima Baruch Scribæ* nuncupata, Capitibus II. abſolvitur, quæ neque in Græco textu, neque in Latina verſione exſtat. Incipit fol. 384. hiſce verbis: [illegible] i. e. *Et hæc verba, quæ miſit Baruch filius Neriæ*

riæ ad novem Tribus, & dimidiam, quæ erant trans fluvium Euphratem. Altera [illegible] *Epiſtola ſecunda ejuſdem Baruch*, inſcripta, incipit fol. 385. a tergo. [illegible] Continet Capita V. quæ in Græco & Latino habentur. Deeſt tamen " Exemplar Epiſtolæ, quam „ miſit Jeremias ad abducendos Captivos in Babylonem a Rege Babylonio- „ rum, ut annunciaret illi ſecundum quod præceptum eſt illi a Deo. „ Quod exemplar Caput Sextum Prophetiæ Baruch Vulgatæ editionis efficit.

[illegible] *Prophetia Ezechielis*, cujus Capita, juxta Syros, XXVIII. i. e. a Capite XCII. ad Caput CXIX. juxta Ebræos vero XLVIII. incipit fol. 390. [illegible]

[illegible] *Prophetia Danielis Prophetæ*, Capitibus xi. nempe [illegible] Cap. cxx. ad Cap. cxxx. comprehenſa. Siſtit ſexaginta ſeptem poſteriora commata Capitis tertii, quæ in Ebraico textu deſiderantur. A folio vero 417. a tergo uſque ad fol. 420. habentur quædam notæ, ſeu paraphraſes tum in corpore, tum ad marginem adpoſitæ, quibus argumenta Prophetiæ Danielis de Chaldæorum, Medorum, Perſarum, Græcorum, & Syro-Macedonum atque Ægyptiorum Imperio exponuntur. Incipit autem fol. 413. [illegible]

Conſequuntur Adpendices ad Danielem; videlicet

[illegible] *Hiſtoria Suſannæ filiæ Helcanæ*. Incipit fol. 421. [illegible]

[illegible] *Hiſtoria de Bel Idolo*, f. 422. [illegible]

[illegible] *Hiſtoria de Dracone*, ab eodem Daniele interfecto; fol. 422. a tergo. [illegible]

[illegible] *Liber duodecim Prophetarum*; videlicet

1. [illegible] *Prophetia Hoſeæ Prophetæ*; cujus Capita, juxta Syros, quinque, i. e. a Capite xxxi. ad Caput xxxv. excluſive; juxta Ebræos vero quindecim. Incipit fol. 424. [illegible]

2. [illegible] *Prophetia Joël*, Capp. II. juxta Syros, ideſt a Cap. xxxv. ad Cap. xxxvi. incluſive; juxta Ebræos vero Capita III. Incipit fol. 427. [illegible]

3. [illegible] *Prophetia Amos*, Capp. ix. juxta Ebræos, ſed juxta Syros a Cap. xxxvii. ad xxxix. Fol. 428. [illegible]

4. [illegible] *Prophetia Abdiæ*, Syris Caput I. ſeu XL. Ebræis Caput I. fol. 430. a tergo, [illegible]

5. [illegible] *Prophetia Jonæ*, juxta Syros Cap. I. ſeu XLI. juxta Ebræos Capp. IV. fol. 431. [illegible]

6. [illegible] *Prophetia Michææ*, Syris a Capite XLII. ad XLIV. Ebræis Capp. VII. Fol. 432. [illegible]

7. [illegible] *Prophetia Nahum*, Syris Cap. I. nempe XLV. Ebræis Capita III. Fol. 433. a tergo. [illegible]

8. [illegible] *Prophetia Habacuch*, Syr. Cap. I. ſeu XLVI. Ebr. Capp. III. Fol. 434. a tergo. [illegible]

9. [illegible] *Prophetia Sophoniæ*, Syr. Cap. I. nempe XLVII. Ebr. Capita III. Fol. 435. a tergo. [illegible]

10. [illegible] *Prophetia Haggæi*, Syris Cap. I. ſeu XLVIII. Ebr. Capp. II. Fol. 436. a tergo. [illegible]

11. [illegible] *Prophetia Zachariæ*, Syr. Capp. V. a Capite ſcilicet, XLIX. ad

ad Cap. LIII. Ebr. Capp. XIV. fol. 437. [illegible]

12. [illegible] *Prophetia Malachiæ*, habet juxta Syros Capita duo, nempe a Cap. LIV. ad LV. juxta Ebræos Capita quatuor. Incipit fol. 440. a t. [illegible] Definitque fol. 441. a tergo in hanc epigraphen: [illegible] *Abſolutus eſt liber duodecim Prophetarum commatibus* 3021.

[illegible] *Macabæorum Liber primus*, Capitibus XIX. juxta Syros, comprehenſus, quorum tamen enumeratio a Capite CCCXCIV. ad DXII. extenditur; juxta Græcos vero & Latinos Capitibus XVI. Incipit fol. 445. [illegible]

[illegible] *Macabæorum liber ſecundus*, incipit ſine titulo in corpore, a Capite DXIII. ſeu XX. ad Cap. DXXIX. ſeu XXXV. juxta enumerationem Syriacam. Juxta Græcos vero & Latinos Capitibus XV. abſolvitur. Ejus initium fol. 458. a tergo: [illegible]

Adnectuntur varia fragmenta ex libris Regum, Paralipomenon, Geneſeos, Exodi, & Eccleſiaſtici, a fol. 470. ad finem Codicis, eadem, qua totus Codex, manu exarata.

VIII.

Codex in quarto bombycinus, foliorum 359. Syriacis recentioribus literis deſcriptus, inter Codices Orientales, qui olim ad Abrahamum Ecchellenſem Maronitam pertinuerant, quoſque æternæ memoriæ CLEMENS XI. P. M. ære ſuo comparatos Bibliothecæ Vaticanæ addixit, numero I. in eorumdem Codicum Catalogo, Tom. I. Bibliothecæ noſtræ Orientalis, p. 573. adjecto, notatus; ubi continetur,

[illegible] TESTAMENTUM VETUS, verſionis ſimplicis Syriacæ, a prælaudato Sergio Riſio Archiepiſcopo Damaſceno exaratum, Latinaque Capitum enumeratione ad marginem diſtinctum; & in hunc ordinem digeſtum.

Geneſis, incipit fol. 1. [illegible]

Exodus, fol. 20. a tergo. [illegible]

Leviticus, fol. 36. a tergo. [illegible]

Numeri, fol. 47. a tergo. [illegible]

Deuteronomium, fol. 64. [illegible]

Joſue, fol. 78. a tergo. [illegible]

Judices, fol. 89. a tergo. [illegible]

Ruth, fol. 99. a tergo. [illegible]

Regum Liber I. fol. 101. [illegible]

Regum II. fol. 114. [illegible]

Regum III. fol. 124. a tergo. [illegible]

Regum IV. fol. 138. [illegible]

Paralipomenon Liber I. fol. 150. [illegible]

Paralipomenon II. fol. 162. [illegible]

Tobias, fol. 172. [illegible]

Judith, fol. 176. [illegible]

Eſther, fol. 182. [illegible]

Job, ad cujus calcem fol. 193. a tergo, eadem de hujus libri Scriptore adponitur epigraphe, quam ex Codice proxime antecedenti, fol. 255. a

tergo protulimus; incipit fol. 185. [illegible]

Pſalmi, fol. 194. [illegible]

Proverbia Salomonis, fol. 217. [illegible]

Eccleſiaſticus, fol. 225. [illegible]

Iſaias, fol. 238. [illegible]

Jeremias, fol. 255. [illegible]

Threni, fol. 273. a tergo [illegible]

Baruch, in duas Epiſtolas, ut in præcedenti Codice, diſtributas; quarum prima incipit fol. 275. a terg. [illegible]

Altera, fol. 276. a tergo. [illegible]

Ezechiel, fol. 278. a tergo. [illegible]

Daniel, fol. 296. a tergo. [illegible]

Hiſtoria Suſannæ, fol. 303. [illegible]

Hiſtoria Bel Idoli, fol. 304. [illegible]

Hiſtoria Draconis, fol. 304. a tergo. [illegible]

Hoſeas, fol. 305. a tergo. [illegible]

Joël, fol. 307. a tergo. [illegible]

Malachias, fol. 309. [illegible]

Machabæorum Liber I. fol. 310. [illegible]

Machabæorum II. fol. 323. a tergo. [illegible]

Amos, fol. 328. a tergo. [illegible]

Abdias, fol. 330. [illegible]

Jonas, fol. 330. a tergo. [illegible]

Michæas, fol. 331. a tergo. [illegible]

Nahum, fol. 333. [illegible]

Habacuc, fol. 333. a tergo. [illegible]

Sophonias, fol. 334. a tergo. [illegible]

Haggæus, fol. 335. [illegible]

Zacharias, fol. 336. [illegible]

Oratio Manaſſe Regis, quæ Paralipomenon libro ſecundo adnecti debuiſſet, fol. 349. [illegible]

Eſdræ Liber I. fol. 449. a tergo. [illegible]

Eſdræ II. fol. 353. a tergo. [illegible]

Ubi, ut vides, Sacrorum Librorum ordo luxatus eſt atque perturbatus. Id autem erratum non docto calligrapho Sergio Riſio Archiepiſcopo Damaſceno, ſed imperito bibliopego tribuendum. Ceterum ad calcem hujus Codicis, fol. 358. & 359. habentur duo Fragmenta, ex lib. Paralipom. & ex Zacharia, eadem, qua totus Codex, manu conſcripta.

I X.

Codex in octavo membraneus, foliis conſtans 152. Syriacis recentioribus literis elegantiſſime deſcriptus, inter Codd. Syriacos Vaticanos olim Septimus; quo continetur,

Psalterium Davidis, hocce titulo inſignitum: [illegible]

In nomine Domini Omnipotentis, & ab omnium mente abſconditi, item ſcribere adgredimur librum Pſalmorum David Regis, & Prophetæ, & cordis Domini, & Ele-

& Electorum ſociorum ejus. Quo ſignificat *Elias diſcipulus Petri Patriarchæ Antiocheni Maronitarum*, qui hunc Codicem ſcripſit, alium a ſe antea exaratum fuiſſe, nimirum Quatuor Evangelia Syriaca, quæ olim Romæ in Ædibus S. Mariæ de Pace ſervabantur, quæque poſtea ſibi a Franciſco Mucantio oblata Gregorius XIII. Pont. Max. Vaticanæ Bibliothecæ addixit; ut ex epigraphe Codici Syriaco XV. adſcripta liquet, quam infra proferemus. Præterea id de Pſalmorum authoribus ſentire ſe declarat, quod alii quoque ex antiquis Patribus docuere, nimirum non omnes Pſalmos a Davide Propheta fuiſſe compoſitos. Porro Elias calligraphus ſingulis fere Pſalmis titulum Latinum ex Vulgata editione præfigit, Commatum etiam uniuſcujuſque Pſalmi numerum Syriace adnotat; qui tamen neque cum Ebraico textu, neque cum aliis editionibus Syriacis concordat. Ad calcem vero Pſalterii fol. 141. a tergo adponit ſummam Commatum ejuſdem, in hæc verba. [illegible] *Abſoluti ſunt Pſalmi Davidis Prophetæ, qui centum & quinquaginta recenſentur; & quorum Commata ſunt in univerſum quatuor*, deſunt millia, *tercentum ac triginta duo*. Incipit autem Pſalterium illud fol. 1. a Pſalmo 1. hiſce verbis, [illegible] Subjunguntur

1. [illegible] *Pſalmus alius Davidis extra numerum*; cujus initium fol. 142. [illegible]

2. [illegible] *Canticum Dei Genitricis*, incipit fol. 142. [illegible]

3. [illegible] *Canticum Angelorum*, fol. 142. a tergo. [illegible] hoc eſt, *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis. Nicodemus. Qui crucifixus es pro nobis, miſerere nobis*. De hac adpendice ad Triſagium vide quæ a nobis obſervata ſunt, Bibl. Orient. Tom. I. pag. 467. 517. 518. & ſeqq. Tom. II. p. 36. 60. 180. & Tom. III. pag. 355. 528.

4. [illegible] *Oratio, quam docuit Dominus noſter Diſcipulos ſuos*, fol. 143. [illegible]

5. [illegible] *Beatitudines Evangelicæ*. Ibid. [illegible]

6. [illegible] *Illuminatio*, ſive *Hymnus*, qui *S. Ephræmo* tribuitur, quique in Officio Syriaco Maronitarum ad Matutinum recitari ſolet. Incipit fol. 143. a tergo. [illegible]

7. [illegible] *Canticum trium Puerorum*, fol. 144. a tergo. [illegible]

8. [illegible] *Definitio Fidei*, ſive *Symbolum Patrum* CCCXVIII. *Nicænorum*; in quo additionem illam, *ex Patre Filioque procedit*, legas, quam ex Orientalibus ſoli Maronitæ in Symbolo admittunt. Initium fol. 145. a tergo. [illegible]

Is Codex ſcriptus eſt An. Chriſti 1518. uti ex hac Eliæ calligraphi Syriaco-Latina adnotatione liquet, quæ in ejus calce, a fol. 147. ad fol. 152. legitur, quamque juvat ipſis Eliæ verbis deſcribere; tametſi in Syriaco textu, & in Latina ejuſdem Eliæ interpretatione non pauca deprehendas, quæ ipſum in utraque lingua haud ſatis verſatum fuiſſe oſtendunt. [illegible]

[illegible]

" Jheſu fili Dei vivi, qui veniſti ad ſaluten no-
,, ſtram, & peperciſti peccatoribus, & congregaſti diſperſos, parce propter
,, tuam miſericordiam mihi miſero peccatori, quem dignum feciſti, ut hunc
,, librum tuum ſcriberet vitæ plenum. Scribe Domine nomen ſuum in li-
,, bro tuo ſancto, & delle peccata ſua propter benignitatem tuam. Pecca-
,, vi, ſcio, & magna eſt iniquitas mea: miſericordia tua eſt magna: in ipſa
,, Domine dealba me. Et vos, patres mei & fratres mei, & magiſtri mei,
,, in quorum manus hic liber perveniet, precor vos in charitate Chriſti,
,, ut oretis pro me, quo delleantur culpæ meæ, & abſtergantur ſordes meæ.
,, Orate pro mundo, electo, & innocente Legato Imperatoris Maximiani
,, Domino meo Alberto de civitate ſancta & amatrice Chriſti, cui nomen
,, eſt Carpi. Et quærite ſibi miſericordiam a Domino miſericorde: cum
,, juſtis collocat eum in Regno ſuo. Quia non viſus eſt mihi unquam ſimi-
,, lis illi vir juſtus & amator Chriſti, & amator hoſpitum, & qui plus mi-
,, ſeretur pauperum. Domine conſerva vitam ejus in hoc mundo, & in
,, alio, in oratione Mariæ Dei Genitricis & omnium Sanctorum, Amen, &
,, Amen. Et orate pro patribus meis mundis & dilectis, terſis & charis &
,, ſanctis, abſtemiis & jejunis: & etiam pro patribus meis & ſpiritualibus
,, & corporalibus, & pro omnibus participantibus in verbo & in facto, &
,, pro illo, qui in amore miſeretur noſtri, & quærit pro nobis miſericor-
,, diam. Etiam ſibi Deus abſtergat ſordes ejus in placatione [*precatione*]
,, Sanctiſſimæ Mariæ & omnium Sanctorum Amen & Amen. Orate pro mun-
,, do, dilecto Domino Ambroſio Papienſi: quæ urbs Papia eſt in Italia. *Quæ*
,, *ſequuntur uſque ad aſteriſcum, deſunt in Latina verſione*. Et orate pro Do-
,, mino noſtro & Rege noſtro Papa Leone; Dominus cuſtodiat vitam ejus a
,, malo, precibus Mariæ Dei Genitricis & omnium Sanctorum Amen, Amen.
,, * Explicit liber iſte ſanctus Pſalmorum David Regis & Prophetæ in lin-
,, gua Chaldæa in anno MDXVIII. a Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti: de-

,, cima

„ cima Novembris, *imo Decembris*, die Veneris, tertia hora ejuſdem menſis benedicti, per me hominem meſchinum peccatorem inopem & debilem, pulverem viarum, & fex omnium hominum: qui non ſum dignus ſcribere nomen meum in libro iſto propter multitudinem peccatorum meorum, nomine Helias filius Abrahæ, diſcipulus Domini Petri Patriarchæ Maronitarum, qui reſidet in Cathedra Antiochiæ de monte ſancto Libani in regione Syriæ, de Monaſterio benedicto Dominæ noſtræ Mariæ Sanctiſſimæ cognomento Chenubin: ſit oratio ejus nobiſcum Amen. Fuit ſcriptum in Romana civitate in Monaſterio ſancto Dominæ noſtræ Mariæ cognomine Pacis: in diebus beatorum Patrum beatiſſimorum & ſanctorum Virorum magiſtrorum Sanctæ Eccleſiæ, beatiſſimi Domini noſtri Leonis X. Papæ Romanæ Urbis Sanctæ: & ego pauper quæſo a Deo Domino cœli & terræ, ut cuſtodiat vitam ejus a malo dæmone, & a viribus ejus, & det illi victoriam ſuper inimicos ſuos in hoc mundo, & in altero mundo componat illum in regno cœli cum omnibus Sanctis Amen in oratione Dominæ Mariæ & omnium Sanctorum Amen. E quilibet pater aut frater legerit, dicat, Amen. Dominus cuſtodiat vitam Domini Petri Patriarchæ Maronitarum, & collocet ipſum in regno cœli, cum omnibus Sanctis Amen. Et ego pauper quæſo ab omni patre, aut fratre, aut magiſtro lecturo hunc librum ſanctum, & reperturo in eo mendam, aut punctum, aut character, aut ſignum; corrigat illum, prout cognoverit, & non damnabit me: quia ego nec ſum ſcriba, nec magiſter, nec lector, ſed pauci intellectus & ſcientiæ. Orate pro me propter Dominum noſtrum: & quilibet prout oraverit, retribuetur, & omnis creatura imperfecta eſt, neque eſt perfectus niſi ſolus Deus. „ Hucuſque Elias Petri Patriarchæ Maronitarum ad Leonem X. Summum Pontificem Orator, cujus mentio fit in Actis Concilii generalis Lateranenſis ſub eodem Pontifice, & cujus nomen impreſſum eſt in tabulis, quibus hic liber Pſalmorum eſt coopertus, in hæc verba: *Helias Maronita de Monte Libano diſcipulus Patriarche Antiochie, Regnante Leone Decimo Pont. Max.*

X.

CODEX in quarto chartaceus, foliorum 158. Syriacis recentioribus literis exaratus, inter Syriacos Vaticanos Codd. olim Sextus; ubi continetur,

ܟܬܒܐ ܕܡܙܡܘܪܐ ܕܕܘܝܕ ܡܠܟܐ ܘܢܒܝܐ LIBER PSALMORUM DAVIDIS REGIS ET PROPHETÆ, cum interpretatione *Carſciunita*, quæ Arabica eſt, ſed Syriacis literis conſcripta. Syri etenim, quum ediſcere, ac legere cuperent linguam Arabicam, a Saracenis in maritimas Syriæ provincias invectam, quæ uti vernacula uſque adhuc retinetur, Syrus quidam ex Meſopotamia oriundus, uti fert traditio, & adfirmant Gabriel Sionita, & Fauſtus Naironus in Præfatione Novi Teſtamenti Syriaci, & Arabici, Romæ Anno 1703. impreſſi; nomine *Carſciun*, ut facilius ab illis ea perciperetur, patriis cœpit characteribus, hoc eſt Syriacis, illam conſcribere: ex quo factum eſt, ut omnes Arabici libri ſic deſcripti, hoc vocabulo *Carſciuni* adpellati fuerint. Videſis Catalogum noſtrum Codd. Mss. Orientalium Bibliothecæ Mediceæ Laurentianæ & Palatinæ, Cod. II. pag. 51. Incipit autem Pſalmorum Liber fol. 1.

Sy-

Syriace [illegible] Carſciunice, ſeu Arabice [illegible].

. Subjungitur *Pſalmus extra numerum* Davidi adſcriptus; cujus initium f. 158. Syr. [illegible] Carſc. ſeu Arab. [illegible]

Porro ſingulis fere Pſalmis argumentum morale, ſive myſticum, ſive literale præfigitur, una cum ſumma Commatum uniuſcujuſque Pſalmi, quæ in corpore per literam rubram ܗ *He*, i. e. Alleluja, a ſe invicem diſtinguuntur; e. g. *Pſal.* II. [illegible] *De iis, quæ in Paſſione Domini noſtri a Judæis perpetrata ſunt. Commata* 28. *Quare obſtrepuerunt populi. Alleluja, & gentes meditatæ ſunt vanitatem.*

Compara, ſi placet, verſionem Arabicam, quæ in hoc Codice habetur, quæque Syris Jacobitis peculiaris eſt, cum aliis Arabicis Pſalmorum verſionibus, quæ apud Maronitas, & Melchitas, atque Ægyptios circumferuntur.

Is Codex exaratus eſt Romæ An. Chr. 1593. ut duplex hæc oſtendit epigraphe, quæ Syriace primum, tum Carſciunice, ſeu Arabice, fol. 157. legitur: [illegible] " Explicit Liber Pſalmorum David Regis & Prophetæ ,, & cordis Dei vivi, Anno Chriſti 1593. Veniam peccatorum obtineat miſer ſcriptor, & patres ejus ac fratres corporales & ſpirituales, & omnes ,, defuncti ejus, etiam, Amen. Hunc librum pro me ipſo ſcripſi ego Melchiſedec de caſtro Cepha in Meſopotamia, peccator, & indignus, cujus ,, nomen in hoc ſancto Libro propter multitudinem delictorum meorum deſcribatur. Rogo fratres prudentes Chriſtique amantes, quicumque in hunc ,, Codicem inſpexerint, ne miſerum reprehendant, ſed potius preces pro ,, ipſo fundant, ne & ipſi coram tribunali Domini reprehendantur in die ,, noviſſima, etiam Amen. ,,

Subjungitur ejuſdem amanuenſis altera epigraphe Arabica, Syriacis tamen literis expreſſa. [illegible] " Explicit Dei ope liber Pſalmorum David Prophetæ. Exaratus eſt hic liber benedictus, Pſalmi nimirum David Prophetæ, in magna urbe Roma, ,, diebus Maximi Patris & Præſulum Præſulis Papæ Clementis Octavi. ,, Et fol. 158. [illegible] " Explicit ope Dei hic liber benedictus, Pſalmi nimirum Davidis centum quinquaginta, Syriace cum expoſitione Carſciunica, per humillimum ſervorum Dei Melchiſedecum, nomine, non ,, re ipſa Presbyterum, de Heſen-Cepha Meſopotamiæ. Abſolutus eſt in ,, magna civitate Romæ anno Chriſti 1593. die 19. menſis Teſrin prioris, *ideſt Octobris*. Hujus Melchiſedeci Presbyteri manu exarata Fidei Profeſſio Syriace exſtat in Codice Arabic. Vatic. CL. Cetera vero Scripta in Bibliotheca Medicea adſervantur; ut videre eſt in ejuſdem Bibliothecæ Codicum

dicum Mſs. Orientalium Catalogo, quem Florentiæ anno 1742. edidimus.
Evangelium Marci, a Cap. XXIII. ad Cap. XXXV. Incipit fol. 39. a t. ܫܘܪܝܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܒܪܗ ܕܐܠܗܐ ܐܝܟ Deſinit fol. 63. a tergo: ܫܠܡ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ ܟܪܘܙܘܬܐ ܕܡܪܩܘܣ ܕܡܠܠ ܘܐܟܪܙ ܦܪܘܡܐܝܬ ܒܪܗܘܡܐ *Explicit Sanctum Evangelium, prædicatio Marci, qui loquutus eſt, & prędicavit Romane Romæ.*

Evangelium Lucæ, a Cap. XXXVI. ad Cap. LVIII. Incipit fol. 64. ܡܛܠ ܕܣܓܝܐܐ ܨܒܘ ܕܢܟܬܒܘܢ ܫܪܒܐ ܕܣܘܥܪܢܐ Deſinit fol. 116. a tergo: ܫܠܡ ܟܬܒܐ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ ܕܟܪܘܙܘܬܐ ܕܠܘܩܐ ܕܡܠܠ ܝܘܢܐܝܬ ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܪܒܬܐ. *Explicit deſcriptio Sancti Evangelii, Prædicationis Lucæ, qui loquutus eſt Græce in magna Alexandria.*

Evangelium Johannis, a Cap. LIX. ad Cap. LXXVIII. Incipit fol. 116. a tergo: ܒܪܫܝܬ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܠܬܐ. ܘܗܘ ܡܠܬܐ Deſinit, fol. 139. ܫܠܡ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ ܕܝܘܚܢܢ ܐܘܢܓܠܝܣܛܐ ܕܡܠܠ ܝܘܢܐܝܬ ܒܐܦܣܘܣ. *Explicit Sanctum Evangelium Johannis Evangeliſtæ, qui loquutus eſt Græce Epheſi.*

Praxis, ſive *Actus Apoſtolorum*, a Cap. LXXIX. ad Cap. CIII. Incipit fol. 139. ܟܬܒܐ ܩܕܡܝܐ ܥܒܕܬ ܐܘ ܬܐܘܦܝܠܐ ܥܠ ܟܠܡܕܡ Deſinit fol. 183. a tergo: ܫܠܡ ܦܪܟܣܝܣ ܕܫܠܝܚܐ ܛܘܒܢܐ ܗܢܘ ܕܝܢ ܥܒܕܝܗܘܢ *Explicit Praxis beatorum Apoſtolorum, id eſt Actus eorum.*

Epiſtola Jacobi Apoſtoli, a Cap. CIV. ad Cap. CVI. Incipit fol. 183. a tergo:

tergo : [illegible] Definit fol. 188. [illegible]. Explicit *Epiſtola Jacobi Apoſtoli*.

Epiſtola Petri Apoſtoli, a Cap. CVII. ad Cap. CVIII. Incipit fol. 188. [illegible] Definit fol. 192. a tergo. [illegible] *Explicit Epiſtola Petri Apoſtoli*.

Epiſtola Johannis Apoſtoli, a Cap. CIX. ad Cap. CX. Incipit fol. 192. a tergo. [illegible] Definit fol. 197. a t. [illegible]. *Abſolutæ ſunt ope Domini noſtri Epiſtolæ Petri, Jacobi, & Johannis*.

Pauli Apoſtoli, Epiſtola ad Romanos, a Cap. CXI. ad Cap. CXX. Incipit fol. 196. a tergo. [illegible] Definit fol. 213. a tergo, in hanc epigraphen: [illegible] hoc eſt, *Explicit Epiſtola ad Romanos, quæ ſcripta fuit Corinthi, & miſſa per Phœben fidelem Diaconiſſam*.

Ejuſdem *Epiſtola I. ad Corinthios*, a Cap. CXXI. ad Cap. CXXX. Incipit fol. 213. a tergo [illegible] Definit fol. 229. a tergo. [illegible] *Explicit Epiſtola prima ad Corinthios, quæ ſcripta fuit Epheſi*.

Ejuſdem *Epiſtola II. ad Corinthios*, a Cap. CXXXI. ad Cap. CXXXVII. Incipit fol. 229. a tergo: [illegible] Definit. fol. 240. [illegible] *Explicit Epiſtola ſecunda ad Corinthios, ſcripta Philippis Macedoniæ*.

Ejuſdem *Epiſtola ad Galatas*, a Cap. CXXXVIII. ad Cap. CXLI. Incipit fol. 240. [illegible] Definit fol. 245. a terg. [illegible] *Explicit Epiſtola ad Galatas, ſcripta Romæ*.

Ejuſdem *Epiſtola ad Epheſios*, a Cap. CXLII. ad Cap. CXLIV. Incipit fol. 245. a t. [illegible] Definit fol. 250. a t. [illegible] *Explicit Epiſtola ad Epheſios, quæ ſcripta eſt Romæ. & per Tychicum miſſa*.

Ejuſdem *Epiſtola ad Philippenſes*, a Cap. CXLVI. ad Cap. CXLVII. Incipit fol. 250. a terg. [illegible] Definit fol. 254. a tergo. [illegible] *Explicit Epiſtola ad Philippenſes, quæ ſcripta eſt Romæ*.

Ejuſdem *Epiſtola ad Coloſſenſes*, a Cap. CXLVIII. ad Cap. CXLIX. Incipit fol. 254. a terg. [illegible] Definit fol. 258. [illegible] *Explicit Epiſtola ad Coloſſenſes, quæ ſcripta eſt Romæ*.

Ejuſdem *Epiſtola ad Theſſalonicenſes*, a Cap. CL. ad Cap. CLI. Incipit fol. 258. [illegible] Definit fol. 261. a terg. [illegible] *Explicit Epiſtola prima ad Theſſalonicenſes*.

Ejuſdem *Epiſtola II. ad Teſſalonicenſes*, Cap. CLII. Incipit fol. 261. a t. [illegible] Definit fol. 263. [illegible] *Explicit Epiſtola ſecunda ad Theſſalonicenſes, quæ ſcripta eſt Laodiceæ in Piſidia*.

Ejuſdem *Epiſtola I. ad Timotheum*, a Cap. CLIII. ad Cap. CLV. Incipit fol. 263. [illegible] Definit fol. 267. a terg. [illegible]

[illegible] *Explicit Epiſtola I. ad Timotheum, quæ ſcripta eſt Laodiceæ.*

Ejuſdem *Epiſtola II. ad Timotheum*, a Cap. CLVI. ad Cap. CLVII. Incipit fol. 267. a terg. [illegible] Deſinit fol. 270. a tergo. [illegible] *Explicit Epiſtola ſecunda ad Timotheum, quæ ſcripta eſt Romæ.*

Ejuſdem *Epiſtola ad Titum*, Cap. CLVIII. Incipit fol. 270. a t. [illegible] Deſinit fol. 272. a terg. [illegible] *Eplicit Epiſtola ad Titum, qui Nicopoli ſcripta eſt.*

Ejuſdem *Epiſtola ad Philemonem*, eodem Cap. CLVIII. contenta. Incipit fol. 272. a terg. [illegible] Deſinit fol. 273. a terg. [illegible] *Explicit Epiſtola ad Philemonem, quæ ſcripta eſt Romæ.*

Ejuſdem *Epiſtola ad Ebreos*, a Cap. CLIX. ad Cap. CLXV. Incipit fol. 273. a t. [illegible] Deſinit fol. 285. a t. in hanc epigraphen: [illegible] " Explicit ope Domini Noſtri liber iſte Novi Teſtamenti: Evangelium, inquam, Matthæi, Marci, Lucæ, & Johannis; una cum Praxi, ideſt, Actibus Apoſtolorum a Beato Luca Evangeliſta ſcriptis & collectis: necnon cum Epiſtolis Catholicis Petri, Johannis, & Jacobi Apoſtoli, & cum quatuordecim Epiſtolis Pauli Apoſtoli. Deo autem, qui infirmis dat virtutem, cujus ope cœpimus, & auxilio gratiæ ipſius abſolvimus, laus, honor, confeſſio, poteſtas & exaltatio, nunc & ſemper & in ſeculum ſeculorum, Amen.

Subnectitur hæc alia calligraphi Adnotatio: [illegible] " Scriptus eſt autem liber iſte vita plenus, vivificæ annunciationis Novi Teſtamenti, in Bethel, ubi ſitum eſt glorioſum atque inclytum Cœnobium S. Michaelis Angelorum ſocii, prope urbem Arſaciam, *ſive Regiam: quo nomine Urbes, Arſacidarum Regum olim ſedes, Chaldei inſignire conſueverunt*: & per Deum opulentam Moſul, *ſeu Niniven*.

Ætas Codicis & nomen calligraphi, avulſo ultimo folio, exciderunt. Ex forma tamen characteris, uti & ex bombycinis foliis longo uſu detritis, plane conjicitur, eundem Codicem medio circiter decimo tertio Chriſti ſeculo fuiſſe exaratum.

XVII.

Codex in 8. bombycinus, foliorum 478. Syriacis recentioribus Neſtorianorum literis deſcriptus, inter Codd. Syriacos Vaticanos Nonus; quo continetur.

[illegible] TESTAMENTUM NOVUM Verſionis Simplicis Syriacæ, eos omnes

omnes & ſolos libros Canonicos complectens, qui in proxime antecedenti Codice recenſentur: videlicet,

Evangelium Matthæi. Incipit fol. 1. [Syriac] Deſinit fol. *66*. in hanc epigraphen: [Syriac] *Explicit Evangelium Matthæi, qui loquutus eſt Ebraice in Palæſtina*.

Evangelium Marci. Incipit fol. *66*. [Syriac] Deſinit fol. 105. a terg. [Syriac] *Explicit Evangelium Marci, qui Romane loquutus eſt Romæ*.

Evangelium Lucæ. Incipit fol. 105. a terg. [Syriac] Deſinit fol. 172. a terg. [Syriac] *Explicit Evangelium Lucæ, qui loquutus eſt Græce Alexandriæ*. Deſiderantur commata 17. & 18. Cap. XXII. Vulgatæ editionis, ut in præcedenti Codice.

Evangelium Johannis, hiſtoria Adulteræ mancum. Incipit fol. 172. a terg. [Syriac] Deſinit fol. 231. [Syriac] *Explicit Evangelium Beati Johannis, qui prædicavit & docuit Græce Epheſi*. Et verſa pagina [Syriac] *Explicit Sanctum Evangelium quatuor Evangeliſtarum Matthæi, Marci, Lucæ, & Johannis, quorum preces pro Mundo, & Eccleſia*,

Praxis, ſive *Actus Apoſtolorum*. Incipit fol. 231. a terg. [Syriac] Deſinit fol. 311. [Syriac] *Explicit deſcriptio Praxis Beatorum Apoſtolorum*.

Epiſtolæ Catholicæ; videlicet,

Epiſtola Jacobi ad Fideles ex Circumciſis miſſa, ut in titulo dicitur; ubi & *Epiſtola Catholica* in margine recentiori manu inſcribitur. Incipit fol. 311. [Syriac] Deſinit fol. 318. a tergo: [Syriac] *Explicit Epiſtola Jacobi Apoſtoli*,

Epiſtola Petri. Incipit fol. 318. a t. [Syriac] Deſinit fol. 326. [Syriac] *Explicit Epiſtola Petri Apoſtoli*.

Epiſtola Johannis. Incipit fol. 326. [Syriac] Deſinit fol. 333. [Syriac] *Explicit Epiſtola Johannis; quacum abſolutæ ſunt tres Epiſtolæ Catholicæ, Jacobi, Petri, & Johannis*. Deeſt in hac Epiſtola Johannis comma 7. Capitis v. Vulgatæ editionis, ut & in præcedenti Codice.

Epiſtolæ Pauli XIV. videlicet,

Epiſtola ad Romanos. Incipit fol. 333. [Syriac] Deſinit f. 361. in hæc verba: [Syriac] *Explicit Epiſtola ad Romanos, Corinthi ſcripta, & miſſa per Phœben Diaconiſſam. In ea autem ſunt Teſtimonia* XLIX. *Capita* XIX. *& Commata* MCCI.

Epiſtola I. ad Corinthios. Incipit fol. 361. [Syriac] Deſinit f. 387. [Syriac] *Explicit Epiſtola prima ad Corinthios, quæ ſcripta fuit Philippis Macedoniæ, & miſſa per Timotheum*. Atque heic notandum, Neſtorianos, uti & nonnullos alios Orientales, fermentati panis Euchariſtici propugnatores, locum illum præfatæ Epiſtolæ Pauli, Cap. v. 7. 8. Vulgatæ editionis: [Syriac] *Sed in Azymis puritatis & ſanctitatis*, ſive ut in Vulgata

gata habetur, *ſinceritatis, & veritatis*, depravaſſe, pro Azymis *Fermentum* importune obtrudentes.

Epiſtola II. ad Corinthios, Incipit fol. 387. ܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܒܨܒܝܢܗ ܕܐܠܗܐ Deſinit fol. 403. a t. ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܕܬܪܬܝܢ ܕܩܘܪܢܬܝܐ ܕܐܬܟܬܒܬ ܡܢ ܦܝܠܝܦܘܣ ܕܡܩܕܘܢܝܐ ܘܐܫܬܕܪܬ ܒܝܕ ܛܛܘܣ. *Explicit Epiſtola II. ad Corinthios, quæ ſcripta eſt Philippis Macedoniæ, & miſſa per Titum.*

Epiſtola *ad Galatas*. Incipit fol. 403. a terg. ܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ ܠܐ ܡܢ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܘܠܐ ܒܝܕ ܒܪܢܫܐ Deſinit fol. 412. ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܕܓܠܛܝܐ ܕܐܬܟܬܒܬ ܡܢ ܪܗܘܡܝ ܘܐܫܬܕܪܬ ܒܝܕ ܛܛܘܣ. *Explicit Epiſtola ad Galatas, quæ Romæ ſcripta eſt, & miſſa per Titum.*

Epiſtola ad Epheſios. Incipit fol. 412. ܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ Deſinit fol. 420. a t. ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܕܐܦܣܝܐ ܕܐܬܟܬܒܬ ܡܢ ܪܗܘܡܝ ܘܐܫܬܕܪܬ ܒܝܕ ܛܘܟܝܩܘܣ. *Explicit Epiſtola ad Epheſios, Romæ ſcripta, & per Tychicum miſſa.*

Epiſtola ad Philippenſes. Incipit fol. 420. a terg. ܦܘܠܘܣ ܘܛܝܡܬܐܘܣ ܥܒܕܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ Deſinit fol. 427. ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܕܦܝܠܝܦܣܝܐ ܕܐܬܟܬܒܬ ܡܢ ܪܗܘܡܝ ܘܐܫܬܕܪܬ ܒܝܕ ܐܦܦܪܘܕܝܛܘܣ. *Explicit Epiſtola ad Philippenſes, quæ Romæ ſcripta fuit, & per Epaphroditum miſſa.*

Epiſtola ad Coloſſenſes. Incipit fol. 427. ܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ Deſinit fol. 432. a terg. ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܕܩܘܠܣܝܐ ܕܐܬܟܬܒܬ ܡܢ ܪܗܘܡܝ ܘܐܫܬܕܪܬ ܒܝܕ ܛܘܟܝܩܘܣ, *Explicit Epiſtola ad Coloſſenſes, quæ Romæ ſcripta eſt, & miſſa per Tychicum.*

Epiſtola ad Theſſalonicenſes I. Incipit fol. 432. a terg. ܦܘܠܘܣ ܘܣܝܠܘܢܘܣ ܘܛܝܡܬܐܘܣ ܠܥܕܬܐ Deſinit f. 438. ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܬܣܠܘܢܝܩܝܐ ܕܐܬܟܬܒܬ ܡܢ ܐܬܢܘܣ ܘܐܫܬܕܪܬ ܒܝܕ ܛܝܡܬܐܘܣ. *Explicit Epiſtola prima ad Theſſalonicenſes, quæ Athenis ſcripta fuit, & miſſa per Timotheum.*

Epiſtola ad Theſſalonicenſes II. Incipit fol. 438. ܦܘܠܘܣ ܘܣܝܠܘܢܘܣ ܘܛܝܡܬܐܘܣ ܠܥܕܬܐ ܕܬܣܠܘܢܝܩܝܐ Deſinit fol. 441. ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܕܬܪܬܝܢ ܕܬܣܠܘܢܝܩܝܐ ܕܐܬܟܬܒܬ ܡܢ ܠܕܝܩܝܐ ܕܦܣܝܕܝܐ ܘܐܫܬܕܪܬ ܒܝܕ ܛܝܡܬܐܘܣ *Explicit Epiſtola ſecunda ad Theſſalonicenſes, quæ ſcripta eſt Laodiceæ Piſidiæ, & miſſa per Timotheum.*

Epiſtola ad Timotheum I. Incipit fol. 441. ܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ Deſinit fol. 448. ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܕܠܘܬ ܛܝܡܬܐܘܣ ܩܕܡܝܬܐ ܕܐܬܟܬܒܬ ܡܢ ܠܕܝܩܝܐ ܕܦܣܝܕܝܐ ܘܐܫܬܕܪܬ ܒܝܕ ܠܘܩܐ. *Explicit Epiſtola prima ad Timotheum, quæ Laodiceæ Piſidiæ ſcripta eſt & miſſa per Lucam.*

Epiſtola ad Timotheum II. Incipit fol. 448. ܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ Deſinit fol. 453. ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܕܠܘܬ ܛܝܡܬܐܘܣ ܕܬܪܬܝܢ ܕܐܬܟܬܒܬ ܡܢ ܪܗܘܡܝ ܘܐܫܬܕܪܬ ܒܝܕ ܠܘܩܐ. *Explicit Epiſtola ſecunda ad Timotheum, quæ Romæ ſcripta fuit, & miſſa per Lucam.*

Epiſtola ad Titum; Incipit fol. 453. ܦܘܠܘܣ ܥܒܕܗ ܕܐܠܗܐ ܘܫܠܝܚܗ ܕܝܫܘܥ Deſinit fol. 456. ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܕܠܘܬ ܛܛܘܣ ܕܐܬܟܬܒܬ ܡܢ ܢܝܩܘܦܘܠܝܣ ܘܐܫܬܕܪܬ ܒܝܕ ܙܢܐ ܣܦܪܐ. *Explicit Epiſtola ad Titum, quæ Nicopoli ſcripta eſt, & miſſa per Zenam ſcribam,*

Epiſtola ad Philemonem, Incipit fol. 456. a t. ܦܘܠܘܣ ܐܣܝܪܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ Deſinit fol. 457. a t. ܫܠܡܬ ܐܓܪܬܐ ܕܠܘܬ ܦܝܠܡܘܢ ܕܐܬܟܬܒܬ ܡܢ ܪܗܘܡܝ ܘܐܫܬܕܪܬ ܒܝܕ . . . *Explicit Epiſtola ad Philemonem, quæ Romæ ſcripta eſt, & miſſa per* . . . Deeſt nomen ejus, per quem hæc ad Philemonem Epiſtola miſſa dicitur. Sed in aliis Codicibus ejuſdem Epiſtolæ lator perhibetur *Oneſimus*.

Epiſtola ad Ebræos. Incipit fol. 457. a terg. ܒܟܠ ܡܢܘܬܐ ܘܒܟܠ ܕܡܘܬܐ ܡܠܠ ܐܠܗܐ Deſinit fol. 477. in hanc librarii epigraphen, quæ tempus deſcripti

ab

ab eo Codicis deſignat: [illegible]
[illegible] " Explicit ope Sancti illius
„ Numinis, quo motus & germina rationalium omnium tam ſpiritualium,
„ quam corporalium continentur, liber Sancti Novi Teſtamenti : Laus ei
„ qui virtutem dedit, etiam Amen. Anno benedicto Græcorum 1821. *Chri-*
„ *ſti* 1510. die 6. Adar, *Martii*, Feria quarta, quæ eſt dimidium Jejunii
„ magni: in benedicta & celebri Civitate Scigala, quæ Crongalor adpella-
„ tur, in Malabaria Indiarum regione: in Sancta Eccleſia, quæ nomini San-
„ cti Thomæ Apoſtoli condita eſt: cujus oratio cœtum fidelium, & me quo-
„ que adiuvet etiam Amen. Benedictus Deus in ſeculum, & laudabile no-
„ men ejus in generationem generationum. Exaravit hunc ſacrum librum
„ peccator, peregrinus & delinquens quidam, Jacobus nomine, Indiarum
„ Epiſcopus, pro filio benedicto, Diacono puro, Levita recto, Nazaræo
„ Domini, Stephani ſchemate inclyto, caſto, in rebus terrenis proſpero,
„ & in ſpiritualibus inſigni, Georgio filio Joſephi Patricii, filii Georgii,
„ de oppido benedicto & a Domino cuſtodito Manaor. Concedat ipſi Do-
„ minus, ut in eo legat, & ex eo proficiat, alioſque juvet; precibus Do-
„ minæ Beatæ Mariæ, & Domini Thomæ Apoſtoli. Rogo dilectionem ve-
„ ſtram, Lectores prudentes, ut, ſi mendum inveneritis... Cetera, avul-
ſo folio, deſiderantur.

Conſequuntur *Præcepta Decalogi*, quæ nova manu fol. 478. adjecta vi-
dentur: [illegible] " Non ſit tibi Deus
„ alius præter me, Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex
„ tota anima tua. Non perjurabis in nomine Domini Dei tui. Obſerva-
„ diem Dominicum & Feſtum, & ſanctifica eos, nec facies in eis opus ul-
„ lum. Honora Patrem tuum & Matrem tuam. Non occides. Non adul-
„ terabis. Non furaberis. Non dices teſtimonium falſum. Non deſidera-
„ bis domum ſocii tui, neque uxorem ejus, neque omnia quæ illius ſunt.

Ibidem quoque a tergo eadem, qua totus Codex, manu exarata hæc legas:
[illegible] *Culam anno ſexconteſimo octogeſimo quinto*, qui
reſpondet anno Græcorum 1821. quo Jacobus Epiſcopus hunc Codicem ſe-
deſcripſiſſe ſupra teſtatus eſt.

Codex

X V I I I.

CODex in 8. bombycinus, foliis conſtans 184. Syriacis recentioribus literis exaratus, inter Codd. Syriacos Vaticanos olim Trigeſimus quartus. Ibi continetur,

ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܝܘܚܢܢ ܫܠܝܚܐ *Evangelium Johannis Apoſtoli*, Verſionis Syriacæ Harclenſis, ſive Heracleenſis, quæ nimirum a Thoma Germaniciæ Epiſcopo, qui ex Harchel, ſeu Heraclea, Meſopotamiæ oppido, originem & nomen duxit, ad Græca exemplaria anno Chriſti 616. elaborata fuit; ut alibi eſt a nobis adnotatum. Incipit fol. 1. ܒܪܫܝܬ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܡܠܬܐ ܘܗܝ ܡܠܬܐ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܠܘܬ ܐܠܗܐ. Definit fol. 109. a terg. in hanc epigraphen: ܫܠܡ ܟܬܒ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ ܟܪܘܙܘܬܐ ܕܝܘܚܢܢ ܫܠܝܚܐ ܕܡܠܠ ܝܘܢܐܝܬ ܒܐܦܣܘܣ. *Explicit Sanctum Evangelium, prædicatio Johannis Apoſtoli, qui loquutus eſt Græce Epheſi*. Deeſt hiſtoria Adulteræ, quæ tamen in aliis Harclenſis verſionis exemplaribus inter Caput XXI. & XXII. habetur.

Totum Johannis Evangelium dividitur in Capita XLVII. totidemque Lectiones, juxta ritum Eccleſiæ Syriacæ Jacobitarum, quæ cum ritu Syriacæ Maronitarum Eccleſiæ fere adamuſſim conveniunt. Videlicet:

Lect. I. Cap. 1. fol. 1. ܕܪܡܫܐ ܝܠܕܐ ܘܕܚܕܒܫܒܐ ܕܒܬܪ ܝܠܕܐ ܒܨܦܪܐ ܘܕܩܘܪܒܐ ܕܝܠܕܐ *Ad veſperas Nativitatis, & Dominica poſt Nativitatem, ad matutinum; & ad Miſſam Nativitatis*.

Lect. II. Cap. 2. fol. 3. ܕܚܕܒܫܒܐ ܕܬܪܝܢ ܕܒܬܪ ܕܢܚܐ ܒܨܦܪܐ *Dominica* 2. *poſt Epiphaniam, ad matutinum*.

Lect. III. Cap. 3. fol. 6. a terg. ܕܚܕܒܫܒܐ ܕܬܠܬܐ ܕܒܬܪ ܕܢܚܐ ܒܩܘܪܒܐ *Dom.* 3. *poſt Epiphaniam, ad Miſſam*.

Lect. IV. Cap. 4. fol. 8. ܕܚܕܒܫܒܐ ܕܡܥܠܢܝ ܨܘܡܐ ܒܨܦܪܐ *Dom. ingreſſus Jejunii, ad matutinum*.

Lect. V. Cap. 5. fol. 9. ܕܫܒܬܐ ܕܠܥܙܪ ܒܩܘܪܒܐ *Sabbatho Lazari, ad Miſſam*.

Lect. VI. Cap. 7. fol. 11. ܒܨܦܪܐ ܕܚܕܒܫܒܐ ܕܬܪܝܢ ܕܒܬܪ ܕܢܚܐ ܘܕܡܥܡܘܕܝܬܐ *Dom.* 2. *poſt Epiphan. ad matutinum, & Baptiſmi*.

Lect. VII. Cap. 8. fol. 12. a terg. ܒܨܦܪܐ ܕܦܠܓܗ ܕܨܘܡܐ *In dimidio Jejunii, ad matutinum*.

Lect. VIII. Cap. 9. fol. 13. a terg. ܙܕܩ ܠܚܘܕܬ ܥܕܬܐ *Convenit Encæniis Eccleſiæ*.

Lect. IX. Cap. 10. fol. 15. a terg. ܕܒܘܪܟ ܡܝܐ ܘܕܣܝܡ ܒܘܪܟܐ *Benedictionis Aquæ, & genuum flexionis*.

Lect. X. Cap. 11. fol. 20. a terg. ܕܪܡܫܐ ܕܬܠܬܐ ܒܫܒܐ ܕܚܡܫܐ ܕܨܘܡܐ *Ad veſperas Feriæ 3. hebdomadæ* V. *Jejunii*.

Lect. XI. Cap. 12. fol. 22. ܒܨܦܪܐ ܕܚܕܒܫܒܐ ܕܬܠܬ ܕܨܘܡܐ *Ad matutinum Dominicæ* III. *Jejunii*.

Lect. XII. Cap. 13. fol. 24. ܕܕܘܟܪܢܐ ܕܥܢܝܕܐ *Commemorationis Defunctorum*.

Lect. XIII. Cap. 14. fol. 25. a terg. ܒܨܦܪܐ ܕܚܕܒܫܒܐ ܕܬܠܬ ܕܒܬܪ ܕܢܚܐ *Ad matutinum Dominicæ 3. poſt Epiphaniam*.

Lect. XIV. Cap. 15. fol. 27. a terg. ܕܚܕܒܫܒܐ ܕܐܪܒܥ ܕܒܬܪ ܕܢܚܐ *Dom.* 4. *poſt Epiphaniam*.

Lect. XV. Cap. 16. fol. 29. a terg. ܕܪܡܫܐ ܕܕ̈ ܒܫܒܐ ܕܫܒܘܥܐ ܕܬܕܡܪ̈ܬܐ *Ad veſperas Feriæ 4. hebdomadæ Miraculorum.*

Lect. XVI. Cap. 17. fol. 30. a terg. ܕܟܠܝܘܡ *Quotidie.*

Lect. XVII. Cap. 18. fol. 33. a terg. ܕܩܘܪܒܐ ܕܟܠܝܘܡ *Ad Miſſam quotidianam.*

Lect. XVIII. Cap. 19. fol. 35. ܕܨܦܪܐ ܕܐܪܒܥܐ ܕܚܫܐ *Ad matutinum Ferię 4. Paſſionis.*

Lect. XIX. Cap. 20. fol. 35. a terg. ܕܨܦܪܐ ܕܕ̈ ܒܫܒܐ ܕܫܒܘܥܐ ܕܗ̈ ܕܨܘܡܐ *Ad matutinum Feriæ 4. hebdomadæ 5. Jejunii.*

Lect. XX. Cap. 21. fol. 41. ܠܩܘܪܒܐ ܕܒܣܝܠܝܘܣ ܘܕܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܘܕܒܢܝ̈ ܦܠܓܘܬܗܘܢ *Ad Miſſam Baſilii & Gregorii, & Sociorum eorum.*

Lect. XXI. Cap. 22. fol. 42. a terg. ܕܚܕܒܫܒܐ ܕܬܪܝܢ ܕܒܬܪ ܕܢܚܐ ܠܩܘܪܒܐ *Dom. 2. poſt Epiphaniam, ad Miſſam.*

Lect. XXII. Cap. 23. fol. 45. ܕܨܦܪܐ ܕܓ̈ ܕܚܫܐ ܘܕܐܣܛܦܢܘܣ *Ad matutinum Ferię 3. Paſſionis, & Stephani.*

Lect. XXIII. Cap. 24. fol. 49. ܕܨܦܪܐ ܕܚܕܒܫܒܐ ܕܫܬܐ ܕܨܘܡܐ *Ad matutinum Dom. 6. Jejunii.*

Lect. XXIV. Cap. 25. fol. 53. a terg. ܕܣܝܡ ܐܝܕܐ ܕܐܦܣܩܘܦܐ ܘܕܩܕܝܫܐ ܣܘܝܪܘܣ ܘܕܒܢܝ̈ ܦܠܓܘܬܗ *In Ordinatione Epiſcoporum, & Sancti Severi, & Sociorum ejus.*

Lect. XXV. Cap. 26. fol. 56. ܕܚܘܕܬ ܥܕܬܐ ܕܨܦܪܐ *Ad matutinum Encæniorum Eccleſiæ.*

Lect. XXVI. Cap. 27. fol. 58. a terg. ܕܪܡܫܐ ܕܫܒܬܐ ܕܠܥܙܪ *Ad veſperas Sabbathi Lazari.*

Lect. XXVII. Cap. 28. fol. 63. a terg. ܕܒܬܪܗ ܕܐܪܒܥܐ ܕܚܫܐ *Ad veſperas Feriæ 4. Paſſionis.*

Lect. XXVIII. Cap. 29. fol. 64. a terg. ܕܨܦܪܐ ܕܢܘܚܡܗ ܕܠܥܙܪ *Ad matutinum reſuſcitationis Lazari.*

Lect. XXIX. Cap. 30. fol. 66. ܕܚܕܒܫܒܐ ܕܐܘܫܥܢܐ ܠܩܘܪܒܐ Dominica *Hoſannarum, ad Miſſam.*

Lect. XXX. Cap. 31. fol. 67. a terg. ܕܝܘܡ ܬܪܝܢ ܕܚܫܐ *Fer. 2. Paſſionis.*

Lect. XXXI. Cap. 32. fol. 71. ܕܡܫܝܓܬܐ ܐ̈ܪܙܢܝܬܐ *Ablutionis myſticę.*

Lect. XXXII. Cap. 33. fol. 74. a terg. ܕܚܕܒܫܒܐ ܕܗ̈ ܕܒܬܪ ܩܝܡܬܐ *Dom. 5. poſt Reſurrectionem.*

Lect. XXXIII. Cap. 34. fol. 75. a terg. ܕܕܘܟܪܢܐ ܕܬܐܘܡܐ ܫܠܝܚܐ *Commemorationis Thomę Apoſtoli.*

Lect. XXXIV. Cap. 35. fol. 77. a terg. ܕܒܬܪܗ ܕܥܐܕܐ ܕܦܢܛܩܘܣܛܐ *Ad veſperas feſti Pentecoſtes.*

Lect. XXXV. Cap. 36. fol. 80. ܕܨܦܪܐ ܕܦܢܛܩܘܣܛܐ *Ad matutinum Pentecoſtes.*

Lect. XXXVI. Cap. 37. fol. 82. a terg. ܕܩܘܪܒܐ ܕܦܢܛܩܘܣܛܐ *Ad Miſſam Pentecoſtes.*

Lect. XXXVII. Cap. 38. fol. 84. ܕܒܬܪܗ ܚܕܒܫܒܐ ܕܬܠܬ ܕܒܬܪ ܩܝܡܬܐ *Ad veſperas Dominicæ 3. poſt Reſurrectionem.*

Lect. XXXVIII. Cap. 39. fol. 86. ܕܚܕ ܒܫܒܐ ܕܘ̈ ܕܒܬܪ ܩܝܡܬܐ ܘܕܣܝܡ ܐܝܕܐ ܕܩܫܝܫܐ ܘܕܡܫܡܫܢܐ Dom. 6. *poſt Reſurrectionem, & in Ordinatione Presbyterorum, &* Diaconorum.

Lect. XXXIX. Cap. 40. fol. 88. ܕܚܕܒܫܒܐ ܕܗ̈ ܕܒܬܪ ܥܐܕܐ ܕܨܠܝܒܐ Dom. 5. *poſt feſtum Crucis.*

Lect. XI.

Lect. XL. Cap. 41. fol. 89. a terg. ܠܥܕܢܐ ܩܕܡܝܐ ܕܠܠܝܐ ܕܥܪܘܒܬܐ ܕܨܠܝܒܘܬܐ *Ad primam Stationem noctis Feriæ ſextæ Crucifixionis*. Fol. 91. ܥܕܢܐ ܕܬܪܬܝܢ *Ad ſecundam Stationem*. Fol. 92. ܥܕܢܐ ܕܬܠܬܐ *Ad tertiam Stationem*. Fol. 93. ܕܨܦܪܐ *Ad Matutinum*. Fol. 95. ܕܬܠܬ ܫܥܝܢ *Ad Horam tertiam*. Fol. 96. ܕܦܠܓܗ ܕܝܘܡܐ *Ad Meridiem*. Fol. 99. ܕܣܓܕܬܐ ܕܨܠܝܒܐ *In adoratione Crucis*. Fol. 100. a terg. ܕܬܫܥ ܫܥܝܢ *Ad Horam nonam*.

Lect. XLI. Cap. 42. fol. 101. ܕܨܦܪܐ ܕܒܫܒܐ ܕܥܐܕܐ ܪܒܐ ܕܩܝܡܬܐ *Ad matutinum Dominicę magnę Reſurrectionis*.

Lect. XLII. Cap. 43. fol. 103. a terg. ܕܪܡܫܐ ܕܚܕ ܒܫܒܐ ܚܕܬܐ *Ad veſperas Dominicæ novæ*.

Lect. XLIII. Cap. 44. fol. 104. a terg. ܕܨܦܪܐ ܕܚܕ ܒܫܒܐ ܚܕܬܐ *Ad matutinum Dominicæ novæ*.

Lect. XLIV. Cap. 45. fol. a terg. ܕܩܘܪܒܐ ܕܚܕܒܫܒܐ ܚܕܬܐ *Ad Miſſam Dominicæ novę*.

Lect. XLV. Cap. 46. fol. 107. ܕܕܘܟܪܢܐ ܕܫܡܥܘܢ ܪܫ ܫܠܝܚܐ ܘܕܣܘܪܛܘܢܝܐ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ. *Commemorationis Petri Apoſtolorum Principis, & Ordinationis Epiſcoporum*.

Lect. XLVI. Cap. 47. fol. 108. a terg. ܕܝܘܚܢܢ ܫܠܝܚܐ *Johannis Apoſtoli*.

Sequuntur Lectiones Evangelicæ per Anni circulum, juxta ritum Syrorum Jacobitarum, ex aliis tribus Evangeliſtis, Matthæo, Marco, & Luca, ejuſdem Verſionis Syriacæ Harclenſis, deſumptæ; atque in hunc ordinem digeſtæ.

Lectio 1. In Dedicatione Eccleſiæ, ad veſperas, ex Matthæo: ܕܩܘܕܫ ܥܕܬܐ ܕܪܡܫܐ. ܕܡܬܝ fol. 110. Ubi illud, quod in Verſione Syriaca Simplici Chriſtus Dominus ad Petrum dixit: ܐܦ ܐܢܐ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟ. ܕܐܢܬ ܗܘ ܟܐܦܐ. ܘܥܠ ܗܕܐ ܟܐܦܐ ܐܒܢܝܗ̇ ܠܥܕܬܝ. *Et ego dico tibi: Quia tu es Petra, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*: In hac Verſione e Græco ſic redditur: ܐܦ ܐܢܐ ܕܝܢ ܠܟ ܐܡܪ ܐܢܐ. ܕܐܢܬ ܐܝܬܝܟ ܦܛܪܘܣ. ܘܥܠ ܗܕܐ ܫܘܥܐ ܐܒܢܐ ܠܗ̇ ܠܥܕܬܐ ܕܝܠܝ. *Ego autem dico tibi: Quia tu es Petrus, & ſuper hanc rupem ædificabo Eccleſiam meam*. Ad matutinum Dedicationis Eccleſiæ, ex Johann. Cap. XXVI. Ad Miſſam, ex Marco, fol. 111. ܕܨܦܪܐ ܕܩܘܕܫ ܥܕܬܐ. ܕܝܘܚܢܢ. ܕܩܘܪܒܐ ܕܡܪܩܘܣ.

2. Ad veſperas Annunciationis Zachariæ, ex Luca. ܕܪܡܫܐ ܕܣܘܒܪܗ ܕܙܟܪܝܐ ܕܨܦܪܐ ܕܠܘܩܐ fol. 112. Ad matutinum fol. 114. Ad Miſſam, ex Luca: ܕܩܘܪܒܐ ܕܣܘܒܪܗ ܕܙܟܪܝܐ ܕܠܘܩܐ fol. 115. a tergo.

3. Ad veſperas Annuciationis Deiparæ, ex Luca: ܕܪܡܫܐ ܕܣܘܒܪܗ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܕܠܘܩܐ fol. 116. a tergo.

4. In profectione Mariæ ad Eliſabeth, ad veſperas, ex Luca. ܕܡܐܙܠܗ̇ ܕܡܪܝܡ ܠܘܬ ܐܠܝܫܒܥ ܕܪܡܫܐ ܕܠܘܩܐ fol. 118.

5. In Nativitate Johannis, ad veſperas, ex Luca. ܕܡܘܠܕܗ ܕܝܘܚܢܢ ܕܪܡܫܐ ܕܠܘܩܐ fol. 119. a t. ܕܩܘܪܒܐ ܕܡܬܝ Lectio ad Miſſam, ex Matthæo f. 122.

6. Revelationis Joſeph, ad veſperas, ex Matthæo. ܕܓܠܝܢܗ ܕܝܘܣܦ ܕܡܬܝ ܕܪܡܫܐ fol. 123. a tergo.

7. Dom. ante Nativitatem ad veſperas, ex Matthæo: ܕܚܕܒܫܒܐ ܕܩܕܡ ܡܘܠܕܐ ܕܪܡܫܐ ܕܡܬܝ fol. 124. a tergo.

8. In Nativitate Domini ſecundum carnem, ad veſperas, ex Johanne. Ad noctem ejuſdem Nativitatis Domini, ex Luca. ܕܪܡܫܐ ܕܡܘܠܕܗ ܕܡܪܢ ܕܝܘܚܢܢ. ܕܠܠܝܐ ܕܡܘܠܕܗ ܕܡܪܢ ܕܠܘܩܐ fol. 126. a tergo. Ad matutinum Nativitatis Domini, ex Matthæo: ܕܨܦܪܐ ܕܡܘܠܕܗ ܕܡܪܢ ܕܡܬܝ fol. 129. a terg. Ad Miſſam, ex Joh. Cap. 1. ܕܩܘܪܒܐ ܕܡܘܠܕܗ ܕܡܪܢ ܕܝܘܚܢܢ ܐ.

9. Cædis Infantium, ad veſperas, ex Matthæo [illegible] Ad matutinum ex Matth. [illegible] fol. 132. a tergo.

10. Dom. poſt Nativitatem, ad veſp. ex Luca. [illegible] fol. 133.

11. In Commemoratione SS. Baſilii, & Gregorii, & reliquorum Doctorum, ad veſperas, ex Johanne XXV. [illegible]

Additur in margine alia manu: [illegible] *Et in Commemoratione S. Severi, & S. Jacobi Doctoris, & omnium Doctorum Orthodoxorum, & in Ordinatione Epiſcoporum*, fol. 134. a tergo.

12. In Circumciſione Domini, & in Capite anni ex Luca, ad matutinum, [illegible] fol. 135.

13. In Sancto Luminum feſto, ad veſperas, ex Marco [illegible] fol. 136. a t. In Benedictione Aquæ ex Johanne X. [illegible] fol. 138. Ad matutinum Epiphaniæ Domini, ex Matth. [illegible] fol. 138. Ad Miſſam Sanctæ Feſtivitatis Baptiſmi Domini, ex Luca. [illegible] fol. 140. a tergo.

14. Ad veſperas Præſentationis Domini in Templum, ex Luca. [illegible] fol. 141. a tergo.

15. Ad veſperas Dominicæ ingreſſus ſacri Jejunii Quadrageſimæ, ex Johanne V. fol. 144.

16. Ad Veſperas Dominicæ 2. Jejunii, ex Marco. [illegible] fol. 244. Ad matutinum, [illegible] fol. 146. Ad Miſſam, ex Luca, [illegible] fol. 148.

17. Ad veſperas Dom. 3. Jejun. ex Luca. [illegible] fol. 149. a tergo. Ad matutinum, ex Johanne XII. [illegible] fol. 151. a tergo. Ad Miſſam, ex Marco, [illegible] fol. 151. a terg.

18. Ad veſp. Dom. 4. Jejunii, ex Matthæo. [illegible] fol. 153. Ad matutin. ex Marco, [illegible] fol. 154. a tergo. Ubi fol. 156. quod in Evangelio Marci dicitur, *Epphata, hoc eſt adaperire*, Syrus Interpres græcizat, in hæc verba: [illegible] *Et dixit ei: Epphatha, hoc eſt, adaperire*. Ad Miſſam, ex Luca, [illegible] fol. 156. a tergo.

19. Ad Veſp. Dom. 5. Jejun. ex Luca, [illegible] fol. 158. Ad matut. ex Marco, [illegible] fol. 160. Ad Miſſam ex Luca. [illegible] fol. 162. a tergo.

20. Ad veſp. Dom. 6. Jejun. ex Marco, [illegible] fol. 163. a terg. Ad matut. ex Johanne XXIV. [illegible] fol. 166. Ad Miſſam, ex Marco. [illegible] fol. 166.

21. Ad veſp. Sanctæ Dominicæ Hoſannarum, ex Matthæo. [illegible] fol. 167. a t. Ad noctem, ex Luca. [illegible] fol. 170. a terg. Ad matut. ex Marco. [illegible] fol. 172. Ad Miſſam, ex Johanne XXX. [illegible] fol. 176.

22. Ad veſp. Dominicæ magnæ Reſurrectionis, ex Matth. [illegible] fol. 176. Ad noctem Reſurrectionis, ex Luca. [illegible] fol. 179. Ad matut. ex Johanne XLII. [illegible] fol. 180. a terg. Ad Miſſam, ex Marco. [illegible] fol. 180. a tergo.

23. Ad

23. Ad veſp. Aſcenſionis, ex Luca, [illegible] fol. 181. a t. Is Codex ſcriptus eſt Anno Chriſti 1481. ut hæc oſtendunt librarii verba, quæ fol. 184. a t. leguntur. [illegible] " Ad honorem, & gloriam adorandæ Trinitatis, Patris, & ,, Filii, & Spiritus Sancti, abſolutus & completus eſt liber iſte vivificus, ,, prædicatio Johannis, & poſt eum pars quædam Lectionum Dominicarum ,, ex Matthæo, Marco, Luca, & Johanne, a Dedicatione Eccleſiæ uſque ,, ad Aſcenſionem, juxta rogatum Rabbani Cyriaci Cœnobiarchæ, Sacer- ,, dotis puri, Monachi probati, & modeſti, & Eremitæ præſtantis atque ,, inſignis: ut meditationi, ſuique ipſius profectui uſuveniat. Scriptus eſt ,, autem in Sancto Deiparæ Mariæ Monaſterio, quod in Deſerto Scetenſi eſt ,, ſitum, & Syrorum Cœnobium adpellatur, anno Græcorum 1792. per vi- ,, lem, & abjectum, fæcem & ſordem omnium creaturarum, nomine quidem ,, Monachum, & gratia Presbyterum, ſed re ipſa ab utroque remotum, qui ,, rogat omnes veros fideles fratres, qui in hunc Codicem inciderint, ut hoc ,, unum verbum dicant: Deus parce peccatis miſeri, qui exaravit, & pa- ,, trum ejus ſpiritualium & carnalium. Det eis Dominus juxta ſermonem ,, ipſorum, quoniam ipſe eſt omnium Dominus, cujus majeſtati adoratio, & ,, gratiæ gloria in ſeculum ſeculorum, Amen.,,

Pertinuit olim ad Cœnobium Deiparæ Syrorum in Scetenſi eremo, teſte Gregorio Hieroſolymitano Syrorum Epiſcopo, qui modo adlatæ epigraphi hæc præfigit: [illegible] In nomine Dei fontis vitæ. Gregorius humilis Hieroſoly- ,, morum. Exſcribi curavit, & dono dedit hunc Evangeliorum Librum Pa- ,, ter noſter Dominus Severus, qui & Cyriacus, Abbas Cœnobii Deiparæ ,, Syrorum, quod in deſerto Scetenſi eſt ſitum, eidem, inquam, Cœnobio. ,, Quiſquis autem ipſum ab eodem Cœnobio extraxerit, præter ipſius Mo- ,, naſterii pro tempore Abbatis, ac totius fraternitatis voluntatem, male- ,, dictus, & a fidelium communione ſegregatus & exciſus eſto, quicum- ,, que demum is fuerit, ſive Epiſcopus, ſive quivis alius ex Clero, donec ,, eundem in locum ſuum antedictum reſtituat. Siquis vero hanc memoriam ,, quocumque modo deleverit, eidem maledictioni, quæ ſupra commemo- ,, rata eſt, ſubjaceat. Qui ſecus illam conſervaverit, ipſe conſervetur. ,, Amen.,,

Tum

Tum vero ad Bibliothecam Collegii Neophytorum & Tranſmarinorum de Urbe; uti ex Epigraphe initio ejuſdem Codicis præfixa colligitur.

XIX.

Codex antiq. in quarto, membraneus, foliorum 196. literis Syriacis Palæſtinis exaratus, inter Codd. Syriacos Vaticanos olim Undecimus; quo continentur.

EVANGELIA ECLOGADIA, ſive *Lectiones Evangeliorum* per anni circulum, a *Dominica Reſurrectionis*, uſque ad *Sabbathum Sanctum*, incluſive: item *Lectiones de Reſurrectione Domini*; demum *Lectiones in Feſtis Sanctorum*, a menſe Septembri ad Auguſtum; juxta Ritum Syriacum Græcorum Melchitarum. Et Lectiones quidem Evangelicæ ſunt *Verſionis & Dialecti Syriacæ Palæſtinæ*, ſed tituli Lectionum *Sermone Arabico*, literis tamen *Syriacis Palæſtinis* deſcripti. Codex proinde perrarus, imo in toto terrarum orbe, ni fallimur, unicus. Hujus enim *Syriacæ Verſionis, & characteris Palæſtini*, neque exemplar aliud in Bibliothecis exſtare adhuc comperimus, neque ullus Syrorum, Græcorum, aut Latinorum Authorum, mentionem ejus facit. Accedit ad inæſtimabile ejuſdem Codicis pretium, quod inter Evangelicas Lectiones, ad diem viii. Octobris, in Feſto S. Pelagiæ Pœnitentis, *Hiſtoria Adulteræ* legitur: item fol. 109. duo illa commata Lucæ Cap. xxii. 17. & 18. in hoc Codice habentur, quæ in Vulgata Syrorum Verſione, & in pleriſque Thomæ Heracleenſis Verſionibus deſiderantur.

Titulus Lectionum, fol. 1. [illegible] *Lectiones Evangeliorum ex Johanne Baptiſta. A Paſchate ad Pentecoſten, una poſt aliam ordine deſcriptæ. Sunt autem numero quinquaginta.* Ubi Calligraphus Johanni Baptiſtæ craſſo errore tribuit, quæ ſunt Johannis Evangeliſtæ. Simili errore deceptus amanuenſis, qui tres Epiſtolas *Jacobi*, *Petri*, *& Johannis*, a Martino Troſtio *Cothenis Anhaltinorum anno* 1621. Syriace & Latine editas, exaravit, Jacobum Catholicæ Epiſtolæ authorem cum Zebedæi filio confundit. En tibi earum Epiſtolarum titulum apud Troſtium pag. 777. [illegible] *Sanctorum Apoſtolorum Jacobi, Petri, & Johannis, Transfigurationis Chriſti ſpectatorum, Epiſtolæ ſingulæ, lingua & characteribus Syriacis excuſæ.* In re tam clara, quanta doctorum etiam Virorum oſcitantia!

Anteaquam vero ſingulas Lectiones deſcribamus, juverit enim illas recenſere, ut Eccleſiaſticus ejus temporis in Palæſtina Ritus dignoſcatur: monendum Lectorem noſtrum cenſemus, Arabicam Titulorum epigraphen, Syriacis literis exaratam, quam mox infra proferemus, redolere peculiarem gentis Palæſtinæ idiotiſmum; multum proinde abhorrere ab eleganti Arabum ſermone. Deinde, quum amanuenſis, præter Titulum Arabicum, in corpore, ut ajunt, Codicis deſcriptum, alterum vel Syriace, vel Arabice ad marginem ſingularum fere paginarum adpoſuerit, operæ pretium fore duximus, utrumque exhibere, una cum ſingularum Lectionum initiis; quorum Latinam quoque interpretationem, in gratiam eorum, qui Syriacam dialectum Palæſtinam minus callent, ſubjecimus.

Le-

Lectio I. ܥܐܕܐ ܕܩܝܡܬܐ ܥܠ ܩܘܪܒܐ *In die Paſchatis, ad Miſſam*. In margine: ܚܕܒܫܒܐ ܕܩܝܡܬܐ *Dominica Paſchatis*. Incipit fol. I. a tergo, ab Evangelio Sancti Johannis; ex quo ſpeciminis ergo Caput primum, cum Verſionibus *Simplici Syriaca*, & *Heracleenſi* comparatum, Latinaque interpretatione illuſtratum, heic exhibemus.

Cap. I. S. Johannis

Verſio Simplex. — Heracleenſis. — Palæſtina.

In principio erat Verbum. Et Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt. Et ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factum eſt, in ipſa vita erat: Et vita erat lux hominum. Et lux in tenebris lucet. Et tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo miſſus a Deo, cui nomen erat Johannes. Hic venit in teſtimonium, ut teſtimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, ſed ut teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat & mundus per ipſum factus eſt. Et mundus eum non cognovit. In propria venit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus: qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex

Deo

[Syriac] *Deo nati ſunt. Et Verbum caro factũ eſt, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ & veritatis.*

Lectio 2. [Syriac] *Fer. 2. ex Johanne*. In margine [Syriac] *Fer. 2. poſt Paſcha*. Initium fol. 2. [Syriac] *Deum nemo vidit unquam*. In margine a t. [Syriac] *In feſto S. Johannis, in menſe Canum ſecundo*, ideſt, Januario.

Lect. 3. [Syriac] *Fer. 3. ex Luca; eſtque ex Evangelio ad matutinum Reſurrectionis V*. In margine: [Syriac] *Fer. 3. poſt Paſcha*. Initium fol. 3. [Syriac] *Et ecce duo ex eis, eo ipſo die, ibant in pagum diſtantem*. In hoc, & quinque ſequentibus foliis, quæ Græce antea ſcripta erant, Syriacis poſtea literis nonnullæ Lectiones ſuperſcriptæ ſunt, ut ea, quæ ex hoc autographo Abbatis Eliæ, de quo infra, exciderant, ſupplerentur.

Lect. 4. [Syriac] *Fer. 4. poſt Paſcha, ex Johanne*. In margine [Syriac] *Fer. 4. poſt Paſcha*. Initium fol. 3. a terg. [Syriac] *In illo tempore: & die ſequente iterum ſtabat Johannes, & duo ex diſcipulis ejus: & intuitus eſt Dominum Jeſum ambulantem, & dixit: Ecce Agnus Dei*. Ubi notandum, ubicumque apud Syros initio lectionis Evangelicæ dicitur, [Syriac] *In illo autem tempore*, dialecto Palæſtina heic legi [Syriac]

Lect. 5. [Syriac] *Fer. 5. ex Johanne*. In margine: [Syriac] *Fer. 5. poſt Paſcha*. Initium fol. 5. a tergo [Syriac] *In illo tempore: Vir quidam ex Phariſæis, nomine Nicodemus, Princeps Judæorum*.

Lect. 6. [Syriac] *Fer. 6. ex Johanne*. In margine: [Syriac] *Fer. 6. poſt Paſcha*. Initium fol. 6. a t. [Syriac] *In illo tempore: & poſt hæc deſcendit Dominus Jeſus in Capharnaum, ipſe, & mater ejus & fratres ejus, & diſcipuli ejus*.

Lect. 7. [Syriac] *Sabbatho poſt Paſcha, ex Johanne*. In margine [Syriac] *Sabbatho poſt Paſcha*. Initium fol. 7. [Syriac] *In illo tempore: Poſt hæc venit Dominus Jeſus & diſcipuli ejus in terram Judæorum*.

Lect. 8. [Syriac] *Dominica nova. Legitur ex Johanne. Quære Evangelium IX. Reſurrectionis, Et poſt dies octo*. Additur in Rubrica: [Syriac] *Ex eo legitur Sectio prima, quæ legitur ad veſperas Paſchatis, & Sabbatho ſecundo*, fol. 8.

Lect. 9. [Syriac] *Fer. 2. ex Johanne*. Initium fol. 8. [Syriac] *In illo tempore: Die autem tertia factum eſt convivium in Cana Galileæ: & fuit ibi Mater Domi-*

ni-

Jeſu : vocatus eſt autem & Dominus Jeſus , ipſe & Diſcipuli ejus , ad convivium.

Lect. 10. [illegible] *Fer. 3. ex Johanne* . In margine: [illegible] *Fer. 3. Hebdomadæ ſecundæ* . Initium fol. 8. a tergo [illegible] *Dixit Dominus diſcipulis ſuis: Sic enim dilexit Deus mundum.*

Lect. 11. [illegible] *Fer. 4. Hebdomadæ 2. ex Johanne*. In margine: [illegible] *Fer. 4. Hebd. 2.* Initium fol. 9. [illegible] *Dixit Dominus diſcipulis ſuis & turbis , quia Judæi perſequebantur Dominum Jeſum , eo quod hæc faceret in Sabbatho . Ipſe autem Dominus Jeſus reſpondit , & dixit: Pater uſque adhuc operatur , & ego operor.*

Lect. 12. [illegible] *Fer. 5. Hebd. 2. ex Johanne* . In margine [illegible] Initium fol. 9. a terg. [illegible] *Dixit Dominus. Amen Amen dico vobis: quia venit hora , & forſitan eſt: quando audient mortui.*

Lect. 13. [illegible] *Fer. 6. hebd. 2. ex Johanne* . In margine , [illegible] Initium fol. 10. [illegible] *Dixit Dominus . Amen Amen dico vobis . Si ego teſtimonium perhibeo de meipſo , teſtimonium meum non eſt verum.*

Lect. 14. [illegible] *Sabbatho hebd. 2. ex Johanne*. In margine. [illegible] Initium fol. 11. [illegible] *In illo tempore homines illi quum viderunt ſignum, quod fecit Dominus Jeſus , dicebant : Hic vere eſt Propheta ille , qui venit in mundum.*

Lect. 15. [illegible] *Dom. 3. poſt Paſcha , ex Marco* . In marg. [illegible] Initium fol. 12. [illegible] *In illo tempore: Et venit Joſeph ab Arimathæa conſiliarius , dives , qui & ipſe exſpectabat regnum Dei.*

Lect. 16. [illegible] *Fer. 2. hebd. 3. ex Johanne*. In marg. [illegible] Initium. fol. 12. a terg. [illegible] *In illo tempore: Erat quidam ſervus reguli , cujus filius ægrotabat in Capharnahum.*

Lect. 17. [illegible] *Fer. 3. hebd. 3. ex Johanne* . In marg. [illegible] Init. fol. 13. [illegible] *Dixit Dominus . Amen Amen dico vobis: facite , non cibum , qui tranſit & perit , ſed cibum hunc , qui maneat in vitam æternam .*

Lect. 18. [illegible] *Fer. 4. hebd. 3. ex Johanne*. In marg. [illegible] . Init. f. 10. [illegible] *Dixit Dominus Jeſus : ego ſum panis vitæ : Qui venit ad me , non eſuriet.*

Lect. 19. [illegible] *Fer. 5. hebd. 3. ex Johanne* . In marg. [illegible] Init. fol. 14. . [illegible] *In illo tem-*

tempore dixit Dominus Jeſus. *Hæc enim eſt voluntas ejus, qui miſit me, Patris. Quicumque videt Filium.*

Lect. 20. [illegible] *Fer.* 6. *bebd.* 3. *ex Johanne*. In marg. [illegible] Init. fol. 14. a terg. [illegible] *Dixit* Dominus Judæis. *Amen Amen dico vobis. Ego ſum panis vitæ. Patres veſtri manducaverunt manna in deſerto, & mortui ſunt.*

Lect. 21. [illegible] *Sabbatho hebdom.* 3. *ex Johanne*. In marg. [illegible] Init. f. 14. a t. [illegible] *Dixit Dominus diſcipulis ſuis. Hæc ego præcipio vobis: ut diligatis alterutrum.*

Lect. 22. [illegible] Dom. 4. *poſt Paſcha ex* Johanne, *de Paralytico*, Hebdom. IV. In marg. [illegible] Dom. 4. Init. fol. 15. a t. [illegible] *In illo tempore: Et poſt hæc erat feſtum eorum, & aſcendit Dominus Jeſus in Hieruſalem. Erat autem in Hieruſalem pro ablutione piſcina, quæ vocatur Ebraice Beth-eſda.*

Lect. 23. [illegible] *Fer.* 2. *hebd.* 4. *ex Johanne*. In marg. [illegible] Init. fol. 16. [illegible] *Dixit Dominus iis, qui crediderunt in ipſum ex Judæis. Caro enim mea vere eſt cibus.*

Lect. 24. [illegible] *Fer.* 3. *bebd.* 4. *ex Johanne*. In marg. [illegible] Init. f. 17. [illegible] *In illo tempore: Et poſt hæc erat Dominus Jeſus ambulans in Galilæa: non enim volebat ambulare in Judæa, quoniam Judæi quærebant ipſum interficere.*

Lect. 25. [illegible] *Fer.* 4. *quæ eſt dimidium Quinquageſimæ, ex* Johanne. In marg. [illegible] *Fer.* 4. *hebd.* 4. Init. fol. 17. a terg. [illegible] *Quum autem factum eſſet feſtum in medio, aſcendit Dominus Jeſus ad Templum, & docebat. Et ſtupebant Judæi, dicentes: Quomodo hic novit libros, quum non didiciſſet.*

Lect. 26. [illegible] *Fer.* 5. *bebd.* 4. *ex Johanne*. In marg. [illegible] Init. fol. 18. a terg. [illegible] *Dixit Dominus Jeſus. Ego ſum Lux mundi. Qui adhæſerit mihi, non ambulat in tenebris.*

Lect. 27. [illegible] *Fer.* 6. *hebd.* 4. *ex Johanne*. In marg. [illegible] *Sabbatho poſt Feſtum Crucis*. Init. fol. 19. [illegible] *Dixit eis Dominus Jeſus. Ego vado, & vos quæretis me, & in delicto veſtro moriemini.*

Lect. 28. [illegible] *Sabbatho hebd.* 4. *ex Johanne*. In margine. [illegible] Init. fol. 19. a terg. [illegible]

Di-

[illegible] *Dixit Dominus Jeſus Judæis, qui crediderunt in eum. Si vos permanebitis in ſermone meo, vere diſcipuli mei eſtis.*

Lect. 29. [illegible] *Dominica Samaritanæ: Dom.* v. *hebdomadæ* v. *poſt Paſcha*, ex *Johanne*. In marg. [illegible] Init. fol. 20. a t. [illegible] *In illo tempore, Venit Dominus Jeſus in Civitatem Samaritanorum, quæ dicitur Suchar.*

Lect. 30. [illegible] *Fer. 2. hebd. 5.* ex *Johanne*. In marg. [illegible] Init. fol. 22. [illegible] *Dixit Dominus Judæis. Si Deus pater veſter eſſet, diligeretis me.*

Lect. 31. [illegible] *Fer. 3. hebd. 5. ex Johanne*. In marg. [illegible] Init. f. 23. [illegible] *Dixit Dominus Jeſus Judæis. Amen dico vobis. Siquis ſermonem meum ſervabit, non videbit mortem in æternum. Dicunt ei Judæi. Jam novimus, quod dæmonium habes.*

Lect. 32. [illegible] *Fer. 4. hebd. 5.* In marg. [illegible] Init. fol. 23. a terg. [illegible] *In illo tempore, Aſcendit Dominus Jeſus in montem, & ſedebat ibi cum Diſcipulis ſuis. Adpropinquabat autem Paſcha feſtum Judæorum. Et elevavit Dominus Jeſus oculos ſuos, Et vidit turbam magnam venientem ad ipſum.*

Lect. 33. [illegible] *Fer. 5. hebd. 5. ex Johanne*. Init. fol. 24. [illegible] *Et dixit Dominus Jeſus Judæis. Ad judicium mundo huic veni: ut ii, qui non vident, videant: & ii, qui vident, cæci fiant.*

Lect. 34. [illegible] *Fer. 6. hebd. 5. ex Johanne*. Init. fol. 24. a terg. [illegible] *Dixit Dominus Judæis, qui ad ipſum venerant. Propter hoc Pater amat me, quia ego pono animam meam, ut iterum ſumam eam.*

Lect. 35. [illegible] *Sabbatho hebd. 5. ex Johanne*. Init. fol. 25. [illegible] *Reſpondit Dominus Jeſus, & dixit eis. Dixi vobis, & vos non creditis; opera, quæ ego facio in nomine Patris, ipſa teſtimonium perhibent de bono.*

Lect. 36. [illegible] Dom. 6. *hebd.* 6. *ex Johanne*. Init. fol. 26. [illegible] *In illo tempore dixit. Et quum tranſiret Dominus Jeſus, & cum eo Diſcipuli ejus, viderunt quemdam cæcum a nativitate ſua. Et interrogaverunt eum Diſcipuli ejus dicentes.*

Lect. 37. [illegible] *Fer. 2. hebd. 6. ex Johanne*. Init. fol. 28. [illegible] *In illo tempore, Et convocarunt*

Prin-

Principes Sacerdotum & Phariſæi concilium, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit?

Lect. 38. [illegible] *Fer. 3. ex Johanne*. Init. fol. 28. [illegible] *In illo tempore. Propterea adceſſerunt turbæ, quia audierunt, eum feciſſe hoc ſignum. Phariſæi autem dixerunt ad invicem: Videtis, quod non proficitis quidquam.*

Lect. 39. [illegible] *Fer. 4. hebd. 6. ex Johanne*. Init. fol. 20. a terg. [illegible] *Dixit Dominus Judæis. Hæc loquutus eſt Dominus Jeſus, & abiit, & abſcondit ſe ab eis. Et omnia hæc ſigna faciebat coram eis, nec tamen in ipſum credebant.*

Lect. 40. [illegible] *Fer. 5. Aſcenſionis, ad Matutinum, ex Marco. Petitur hoc Evangelium ex Evangeliis Reſurrectionis, eſtque tertium Evangelium*. Fol. 30.

Lect. 41. [illegible] *Lectio ad Miſſam Aſcenſionis. Petitur hoc Evangelium ex Evangeliis Reſurrectionis, eſtque ſextum*. Fol. 30.

Lect. 42. [illegible] *Fer. 6. hebd. 6. ex Johanne*. Init. fol. 30. [illegible] *Dixit Dominus Diſcipulis ſuis: Credite in Deum, & in me credite. In domo Patris ſunt manſiones multæ.*

Lect. 43. [illegible] *Sabbatho hebd. 6. ex Johanne*. Init. fol. 30. a terg. [illegible] *Dixit Dominus Diſcipulis ſuis. Verba hæc, quæ ego loquor vobis, a me ipſo non ego loquor,*

Lect. 44. [illegible] Dom 7. *poſt Paſcha, ex Johanne*. Init. fol. 31. [illegible] *In illo tempore. Hæc loquutus eſt Dominus Jeſus, & elevavit oculos ſuos in cælum, & dixit: Pater, venit hora.*

Lect. 45. [illegible] *Fer. 2. hebd. 7. ex Johanne*: Init. fol. 32. [illegible] *Dixit Dominus diſcipulis ſuis: Non turbetur cor veſtrum, neque formidet.*

Lect. 46. [illegible] *Fer. 3. hebd. 7. ex Johanne*. Init. fol. 32. a terg. [illegible] *Dixit Dominus Diſcipulis ſuis: Hæc loquutus ſum vobis, ut non ſcandalizemini.*

Lect. 47. [illegible] Fer. 4. *ex Johanne*. Init. fol. 33. [illegible] *Dixit Dominus diſcipulis ſuis: Omne quod eſt Patris, me ipſum glorificat: quoniam de meo accipiet, & narrabit vobis.*

Lect. 48. [illegible] Fer. 5. *ex Johanne*. Init. f. 34. [illegible] *Dixit Dominus diſcipulis ſuis. Amen Amen dico vobis: Omne id, quod petieritis a Patre in nomine meo, ipſe dabit vobis.*

Lect. 49. [illegible] *Fer. 6. hebd. 7. ex Johanne*. Initium fol. 34. a tergo: [illegible] *In illo tempore. Que-*

Quemadmodum miſiſti me in mundum, ego miſi eos in mundum. Et *propter illos ego ſanctifico me ipſum.*

Lect. 50. ܫܒܬܐ ܕܦܢܛܩܘܣܛܐ ܘܗܘ ܡܢ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܩܝܡܬܐ ܚܕܥܣܪܝܢܐ *Sabbatho Pentecoſtes: ex Evangeliis Reſurrectionis, eſtque undecimum.* Init. fol. 35. ܘܟܕ ܐܫܬܪܝܘ ܐܡܪ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܠܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ *Et quum ediſſent, dixit Dominus Simoni Petro.*

Lect. 51. ܚܕ ܒܫܒܐ ܕܦܢܛܩܘܣܛܐ Dominica *Pentecoſtes.* Initium fol. 35. ܒܗ ܒܙܒܢܐ ܒܝܘܡܐ ܕܒܬܪ ܥܐܕܐ ܪܒܐ ܩܐܡ ܗܘܐ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܘܩܥܐ ܘܐܡܪ. ܡܢ ܕܨܗܐ ܢܐܬܐ ܠܘܬܝ ܘܢܫܬܐ *In illo tempore. In die poſt feſtum magnum, ſtabat Dominus Jeſus, & clamabat. Qui ſitit, veniat ad me, & bibat.* Heic deſinunt Lectiones ex Johanne, ut notatur fol. 36. in hæc verba: ܫܠܡ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܝܘܚܢܢ ܗܠܢܝܣܛܐ ܕܡܠܠ ܒܐܦܣܘܣ *Explicit Evangelium Johannis Heleniſtè,* ideſt, Græce, *Epheſi* conſcriptum.

Sequuntur Lectiones ܡܢ ܕܡܬܝ ex Matthæo; videlicet.

Lect. 1. ܡܢ ܬܪܝܢ ܒܫܒܐ ܕܦܢܛܩܘܣܛܐ *Fer. 2. poſt Pentecoſten.* Init. fol. 36. ܐܡܪ ܡܪܢ. ܚܙܘ ܠܐ ܬܒܣܘܢ ܚܕ ܡܢ ܗܠܝܢ ܙܥܘܪܐ Dixit Dominus. *Videte, ne offendatis unum ex his parvulis.*

Lect. 2. ܡܢ ܬܠܬܐ ܒܫܒܐ ܕܦܢܛܩܘܣܛܐ ܡܢ ܕܡܬܝ Fer. 3. *poſt Pentecoſten, ex Matthæo.* Initium fol. 36. a terg. ܘܒܗ ܒܙܒܢܐ ܗܘܐ ܡܗܠܟ ܗܘܐ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܒܟܠܗ ܓܠܝܠܐ ܘܡܠܦ ܒܟܢܘܫܬܗܘܢ *In illo tempore: Et erat Dominus Jeſus perambulans per totam Galilæam, & docens in Synagogis eorum.*

Lect. 3. ܡܢ ܐܪܒܥܐ ܒܫܒܐ ܡܢ ܡܬܝ *Fer. 4. ex Matthæo.* Init. fol. 37. ܐܡܪ ܡܪܢ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ. ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܓܝܪ ܕܐܠܐ ܬܬܝܬܪ ܙܕܝܩܘܬܟܘܢ ܝܬܝܪ ܡܢ ܕܣܦܪܐ ܘܦܪܝܫܐ Dixit Dominus *diſcipulis ſuis. Dico enim vobis: niſi abundaverit juſtitia veſtra magis, quam Scribarum & Phariſæorum.*

Lect. 4. ܡܢ ܚܡܫܐ ܒܫܒܐ ܡܢ ܡܬܝ Fer 5. *ex Matthæo.* Init. fol. 38. ܐܡܪ ܡܪܢ. ܐܬܐܡܪ ܕܝܢ ܕܡܢ ܕܫܪܐ ܐܢܬܬܗ ܢܬܠ ܠܗ ܟܬܒܐ ܕܫܘܒܩܢܐ Dixit Dominus. *Dictum eſt autem: quod quicumque repudiaverit uxorem ſuam, det ei epiſtolam repudii.*

Lect. 5. ܡܢ ܥܪܘܒܬܐ ܡܢ ܡܬܝ Fer. 6. *ex Matthæo.* Init. fol. 38. a terg. ܐܡܪ ܡܪܢ ܡܢܘ ܡܢܟܘܢ Dixit Dominus: *Quis ex vobis.* Heic dimidium folii excidit, ſeu manus impia avulſit.

Lect. 6. ܡܢ ܫܒܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܒܬܪ ܦܢܛܩܘܣܛܐ ܡܢ ܡܬܝ *Sabbatho primo poſt Pentecoſten, ex Matthæo.* Init. fol. 39. ܐܡܪ ܡܪܢ ܠܡܢ ܕܫܐܠ ܠܟ ܗܒ ܠܗ ܘܡܢ ܕܨܒܐ ܕܢܙܕܩܦ ܡܢܟ ܠܐ ܬܟܠܝܘܗܝ Dixit Dominus: *Qui a te petierit, da ei: et qui a te voluerit mutuo accipere, ne probibeas.*

Lect. 7. ܡܢ ܚܕ ܒܫܒܐ ܩܕܡܝܐ ܡܢ ܕܡܬܝ Dom. 1. *ex Matthæo.* Init. f. 39. a t. ܐܡܪ ܡܪܢ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ. ܟܠ ܡܢ ܕܢܘܕܐ ܒܝ ܩܕܡ ܒܢܝܢܫܐ ܐܘܕܐ ܒܗ ܐܦ ܐܢܐ ܩܕܡ ܐܒܝ ܕܒܫܡܝܐ Dixit Dominus *diſcipulis ſuis. Quicumque igitur confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre, qui eſt in cælis.*

Lect. 8. ܡܢ ܫܒܬܐ ܕܬܪܬܝܢ *Sabbatho ſecundo.* Init. fol. 40. ܐܡܪ ܡܪܢ. ܠܐ ܬܕܘܢܘܢ ܕܠܐ ܬܬܕܝܢܘܢ. ܒܕܝܢܐ ܓܝܪ ܕܕܐܢܝܢ ܐܢܬܘܢ ܬܬܕܝܢܘܢ Dixit Dominus. *Nolite judicare, ne judicemini. In quo enim judicio judicabitis, in eo judicabimini.*

Lect. 9. ܡܢ ܚܕ ܒܫܒܐ ܕܬܪܝܢ ܡܢ ܕܡܬܝ Dom. 2. *ex Matth.* Init. fol. 40. a t. ܒܗ ܒܙܒܢܐ ܫܪܝ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܠܡܟܪܙܘ ܘܐܡܪ. ܬܘܒܘ. ܩܪܒܬ ܠܗ ܓܝܪ ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ *In illo tempore cœpit Dominus Jeſus prædicare dicens. Pænitentiam agit: adpropinquavit enim regnum cælorum.*

Lect. 10. ܡܢ ܫܒܬܐ ܕܬܠܬ ܡܢ ܕܡܬܝ *Sabbatho 3. ex Matthæo.* Init. fol. 41. ܐܡܪ ܡܪܢ. ܟܠ ܡܢ ܕܫܡܥ ܡܠܝ ܗܠܝܢ ܘܥܒܕ ܠܗܝܢ ܢܬܕܡܐ ܠܓܒܪܐ ܚܟܝܡܐ ܕܒܢܐ

[Syriac text] Dixit Dominus. *Omnis igitur, qui audit ſermones meos, & facit eos, ſimilis erit viro ſapienti, qui ædificat domum ſuam ſupra petram.*

Lect. 11. [Syriac text] *Dom.* 3. *ex Evangelio Matthæi*. Init. fol. 41. a terg. [Syriac text] Dixit Dominus. *Lucerna corporis eſt oculus. Si igitur oculus tuus fuerit purus, totum corpus tuum lucidum erit.* Deeſt unum folium, & Lectio Sabbathi 4.

Lect. 12. [Syriac text] Dom. 4. *ex Matthæo*. Initium fol. 42. [Syriac text] *In illo tempore: Et quum ingreſſus eſt Capharnahum, acceſſit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens: Domine, puer meus jacet in domo, male ſe habens.*

Lect. 13. [Syriac text] *Sabbatho* 5. *ex Matth.* Init. f. 42. a t. [Syriac text] *In illo tempore. Et quum tranſiſſet Dominus Jeſus inde, vidit hominem ſedentem ad telonium, nomine Matthæum.*

Lect. 14. [Syriac text] Dom. 5. *ex Matthæo*. Init. f. 43. [Syriac text] *In illo tempore: Et quum transfretaverunt ad terram Gergeſejorum, occurrunt ei duo dæmoniaci.*

Lect. 15. [Syriac text] *Sabbatho* 6. *ex Matth.* Init. fol. 43. a t. [Syriac text] *In illo tempore: Ecce unus princeps adceſſit ad Jeſum, adoravit eum, & dixit, Filia mea modo defuncta eſt.*

Lect. 16. [Syriac text] *Dom.* 6. *ex Matth.* Init. fol. 44. [Syriac text] *In illo tempore: Et aſcendit in navim, & transfretavit, & venit in civitatem ſuam.*

Lect. 17. [Syriac text] *Sabbatho* 7. *ex Matth.* Init. fol. 44. a terg. [Syriac text] *Dixit Dominus: Qui amat patrem, aut matrem plusquam me, non eſt me dignus.*

Lect. 18. [Syriac text] *Dom.* 7. *ex Matth.* Init. f. 45. [Syriac text] *In illo tempore. Et quum tranſiret inde Dominus Jeſus, apprehenderunt eum duo cæci, clamantes & dicentes.*

Lect. 19. [Syriac text] *Sabbatho* 8. *ex Matth.* Init. f. 45. a terg. [Syriac text] *Dixit Dominus. Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui non colligit mecum, diſpergit.*

Lect. 20. [Syriac text] Dom. 8. *ex Matth.* Init. fol. 46. [Syriac text] *In illo tempore. Quum egreſſus eſt Jeſus, vidit turbam multam, & miſertus eſt eorum.*

Lect. 21. [Syriac text] *Sabbatho* 9. *ex Matth.* Init. fol. 46. a terg. [Syriac text] *In illo tempore. Ipſe autem Dominus Jeſus vocavit duodecim diſcipulos ſuos, & ait eis: Miſereor ſuper hanc turbam, quia ecce tres dies exſpectant me.*

Lect. 22. [Syriac text] Dom. 9. *ex Matth.* Init. fol. 47. [Syriac text]

[illegible] *In illo tempore: Et compellebat Jeſus diſcipulos, ut aſcenderent in navem, & præcederent eum trans fretum.*

Lect. 23. [illegible] *Sabbatho* 10. *ex Matth.* Init. f. 47. a t. [illegible] *In illo tempore: Quum autem acceſſiſſent ii, qui denarium accipiebant, dicunt Simoni. Magiſter veſter non ſoluit denarios?*

Lect. 24. [illegible] *Dom.* 10. *ex Matth.* Init. f. 48. [illegible] *In illo tempore: Et quum veniſſet ad eum turba, acceſſit ad eum quidam, & procidit ad genu ipſius, dicens: Domine, miſerere mei.*

Lect. 25. [illegible] *Sabbatho* 11. *ex Matth.* Init. fol. 48. a terg. [illegible] *In illo tempore. Et acceſſerunt ad eum Phariſæi, tentantes eum, & dicentes; ſi licet homini repudiare uxorem ſuam propter omnem cauſſam?*

Lect. 26. [illegible] Dom. 11. *ex Matth.* Init. fol. 49. [illegible] *Dixit Dominus hanc parabolam. Simile factum eſt regnum cœlorum homini Regi, qui voluit rationem ponere cum ſervis ſuis.*

Lect. 27. [illegible] *Sabbatho* 12. *ex Matth.* Init. f. 50. [illegible] *In illo tempore. Quum autem Dominus Jeſus, & illi exirent ex Hiericho, venit poſt eum turba multa: & ecce duo cæci.*

Lect. 28. [illegible] Dom. 12. *ex Matthæi Evangelio*. Init. fol. 50. [illegible] *In illo tempore. Et acceſſit quidam ad Dominum Jeſum, & ait ei: Magiſter bone, quid boni faciam, ut vitam æternam poſſideam?*

Lect. 29. [illegible] *Sabbatho* 13. *ex Matth.* Init. f. 51. [illegible] *In illo tempore: Quumque abiiſſent Phariſæi, conſilium inierunt adverſus Jeſum, ut caperent eum in verbo.*

Lect. 30. [illegible] Dom. 13. *ex Matth.* Initium fol. 51. [illegible] *Dixit Dominus hanc Parabolam. Homo quidam erat paterfamilias, & plantavit vineam, & ſepem circumdedit ei.*

Lect. 31. [illegible] *Sabbatho* 14. *ex Matth.* Init. f. 52. [illegible] *In illo tempore. Tunc loquutus eſt Dominus Jeſus turbis & diſcipulis ſuis, dicens. Super Cathedram Moſis ſederunt Scribæ & Phariſæi.*

Lect. 32. [illegible] *Dom.* 14. *ex Matth.* Init. fol. 52. a t. [illegible] *Dixit Dominus hanc parabolam. Simile factum eſt regnum cælorum homini Regi, qui fecit nuptias filio ſuo.*

Lect. 33. [illegible] *Sabbatho* 15. *ex Matth.* Inic. f. 53. [illegible]

[illegible] *In illo tempore: Et egreſſus eſt Dominus Jeſus de templo, & abibat: Et acceſſerunt ad eum diſcipuli ejus, ut ſignificarent ei de ſtructura templi.*

Lect. 34. [illegible] *Dom. 15. ex Matth.* Init. fol. 53. a t. [illegible] *In illo tempore. Et interrogavit eum quidam ſcriba ex eis, tentans eum, & dicens. Magiſter, quodnam eſt mandatum magnum in Lege.*

Lect. 35. [illegible] *Sabbatho 16. ex Matth.* Init. f. 54. [illegible] *Dixit Dominus. Amen dico vobis: non præteribit hæc generatio, donec hæc omnia fiant.*

Lect. 36. [illegible] *Dom. 16. ex Matth.* Init. f. 55. [illegible] *Dixit Dominus hanc parabolam. Homo quidam peregre proficiſcens vocavit ſervos ſuos, & tradidit illis bona eorum.* Eodem autem fol. 55. a terg. hæc adnotantur: [illegible] *Expliciunt Lectiones Matthæi Evangeliſtæ, quæ ſunt ſexdecim Lectiones pro Dominicis & Sabbathis.*

Sequuntur Lectiones ex Luca; videlicet.

23. Commemoratio S. Niconis martyris, & ſociorum. ܟܓ. ܘܕܘܟܪܢܐ ܕܣܗܕܐ ܢܝܩܘܢ ܘܕܚܒܪܘܗܝ Ibid. Vide Dom. 1.

24. Epiſcopi Antiochi, & ſociorum. ܟܕ. ܘܕܐܦܝܤܩܘܦܐ ܐܢܛܝܘܟܘܤ ܘܕܚܒܪܘܗܝ Ibidem. Vide diem 2. Septembris.

25. Feſtum Annunciationis Deiparæ. ܟܗ. ܥܐܕܐ ܕܤܘܒܪܗ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ Ibid. Ad Galatas. ܫܦܝܪ ܗܘ ܕܬܬܛܢܢܘܢ ܒܛܒܬܐ ܒܟܠܙܒܢ *Bonum eſt, ut zelotypia corripiamini in bonis omni tempore*. Cap. 4. com. 19.

26. Gabrielis Archangeli. ܟܘ. ܕܓܒܪܝܐܝܠ ܪܝܫ ܡܠܐܟܐ fol. 133. Vide diem 8. Novembris.

27. Commemoratio Matronæ. ܟܙ. ܘܕܘܟܪܢܐ ܕܡܛܪܘܢܐ Ibid. Vide diem 5. Octobris.

28. Commemoratio S. Phileti, & ſociorum ejus. ܟܚ. ܘܕܘܟܪܢܐ ܕܩܕܝܫܐ ܦܝܠܛܘܤ ܘܕܚܒܪܘܗܝ Ibid. Vide Dom. 1. Pro Phileto, perperam ܦܝܠܗܛܘܤ *Philebtus* ſcribitur.

29. Commemoratio Marci Epiſcopi, & Cyrilli Diaconi. ܟܛ. ܘܕܘܟܪܢܐ ܕܡܪܩܘܤ ܐܦܝܤܩܘܦܐ ܘܕܩܘܪܝܠܠܘܤ ܡܫܡܫܢܐ Ibid. 133. Vide diem 20. hujus.

30. Obitus S. Johannis Climaci. ܠ. ܢܝܚܗ ܕܩܕܝܫܐ ܝܘܚܢܢ ܩܠܝܡܩܘܤ Ibid. Vide diem 28. Januarii.

31. Coronatio Martyris Acacii. ܠܐ. ܟܠܝܠܗ ܕܣܗܕܐ ܐܩܩܝܘܤ Ibidem. Vide diem 7. Octobris. In Menologio Græcorum hodie fit commemoratio Acacii Epiſcopi Melitinæ.

APRILI.

Niſan, *Aprilis*, habet dies 30. horas diei 13. & noctis 11. ܢܝܤܢ ܡܢܝܢܐ ܕܝܘܡܬܐ ܠ. ܫܥܐ ܕܐܝܡܡܐ ܝܓ. ܘܕܠܠܝܐ ܝܐ.

Die prima. Obitus Mariæ Ægyptiacæ. ܐ. ܢܝܚܗ ܕܡܪܝܡ ܡܨܪܝܬܐ fol. 133. Vide Sabb. 24.

2. Commemoratio Titi, & ſociorum ejus. ܒ. ܘܕܘܟܪܢܐ ܕܛܝܛܘܤ ܘܕܚܒܪܘܗܝ Ibid. Vide Dom. 30.

3. Commemoratio Nicetæ martyris: & Joſephi Poëtæ, & reliquorum. ܓ̄. ܘܕܘܟܪܢܐ ܕܣܗܕܐ ܢܝܩܝܛܐ. ܘܝܘܣܦ ܡܫܘܚܪܢܐ. ܘܕܫܪܟܐ Ibid. Ex Actibus Apoſt. ut in fer. 2. hebdomadæ 2. poſt Paſcha.

4. Commemoratio Martyris Theodori, & reliquorum: ܕ̄. ܘܕܘܟܪܢܐ ܕܣܗܕܐ ܬܐܘܕܘܪܘܣ ܘܕܫܪܟܐ Ibidem. Vide Dom. 27.

5. Commemoratio S. Georgii. ܗ̄. ܘܕܘܟܪܢܐ ܕܡܪܝ ܓܝܘܪܓܝܣ Ibid. Vide diem 5. Decembris.

6. S. Eutychii. ܘ̄. ܕܩܕܝܫܐ ܐܘܛܘܟܝܘܣ fol. 133. a t. Vide diem 2. Sept.

7. Georgii Epiſcopi. ܙ̄. ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܓܝܘܪܓܝܣ Ibid. Vide diem 2. Decemb.

8. Apoſtoli Epaphræ, & ſociorum. ܚ̄. ܕܫܠܝܚܐ ܐܦܦܪܐ ܘܕܥܡܗ Ibidem. Vide diem 6. Octobris.

9. Commemoratio Martyris Eutychii: & Martyrum Perſarum. ܛ̄. ܘܕܘܟܪܢܐ ܕܣܗܕܐ ܐܘܛܘܟܝܘܣ ܘܣܗܕܐ ܦܪܣܝܐ Ibid. Pro Eutychio, legendum ܐܘܦܣܘܟܝܘܣ *Eupſychii*, cujus mentio fit hac die in Menologio. Vide Dom. 1.

10. Coronatio Martyrum Terentii, & ſociorum: & Agabi Apoſtoli. ܝ̄. ܟܘܠܠܐ ܕܣܗܕܐ ܛܪܢܛܝܘܣ ܘܕܥܡܗ. ܘܫܠܝܚܐ ܐܓܒܘܣ Ibid. Ut heri.

11. Commemoratio Baſilii Confeſſoris. ܝܐ̄. ܘܕܘܟܪܢܐ ܕܒܣܝܠܝܘܣ ܡܘܕܝܢܐ Ibid. Vide Sabbathum 17.

12. Commemoratio S. Gerontii patris S. Georgii. ܝܒ̄. ܘܕܘܟܪܢܐ ܕܩܕܝܫܐ ܓܪܢܛܝܘܣ ܐܒܘܗܝ ܕܡܪܝ ܓܝܘܪܓܝܣ Ibidem.

13. Commemoratio Martini Papæ Romæ. ܝܓ̄. ܘܕܘܟܪܢܐ ܕܡܪܛܝܢܘܣ ܦܦܐ ܕܪܗܘܡܝ Ibid. Vide diem 2. Septemb. Male vocatur ܡܪܛܝܢܝܢܘܣ *Martinianus*.

14. Simeonis Perſæ Epiſcopi, & ſociorum. ܝܕ̄. ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܫܡܥܘܢ ܦܪܣܝܐ ܘܕܥܡܗ Ibid. Vide fer. 6. Crucifixionis. *Christus qui venit*.

15. Coronatio Martyrum Theodori, & ſociorum. ܝܗ̄. ܟܘܠܠܐ ܕܣܗܕܐ ܬܐܘܕܘܪܘܣ ܘܕܥܡܗ Ibidem. Vide Dom. 1.

16. Coronatio Martyrum Leonidæ, & ſociorum. ܝܘ̄. ܟܘܠܠܐ ܕܣܗܕܐ ܠܐܘܢܝܕܘܣ ܘܕܥܡܗ Ibidem. Ut heri.

17. Commemoratio Agapiti Epiſcopi. ܝܙ̄. ܘܕܘܟܪܢܐ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܓܦܝܛܘܣ Ibid. Vide diem 2. Septembris.

18. Coſmæ Epiſcopi. ܝܚ̄. ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܩܘܙܡܐ Ibidem. Vide diem 12. hujus.

19. Commemoratio S. Johannis Presbyteri Lauræ veteris. ܝܛ̄. ܘܕܘܟܪܢܐ ܕܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܩܫܝܫܐ ܕܥܘܡܪܐ ܥܬܝܩܐ Ibidem. Vide diem 5. Decembris.

20. S. Theodori. ܟ̄. ܕܩܕܝܫܐ ܬܐܘܕܘܪܘܣ Ibidem. Vide Dom. 9.

21. S. Georgii. ܟܐ̄. ܕܩܕܝܫܐ ܓܝܘܪܓܝܣ fol. 134. Vide Dom. 4. Jejunii.

22. S. Theodori. ܟܒ̄. ܕܩܕܝܫܐ ܬܐܘܕܘܪܘܣ Ibid. Vide diem 5. Decemb.

23. Coronatio magni Martyris S. Georgii. ܟܓ̄. ܟܘܠܠܐ ܕܪܒܐ ܒܣܗܕܐ ܡܪܝ ܓܝܘܪܓܝܣ Ibid. Vide Dom. 9.

24. S. Sabæ Militis. ܟܕ̄. ܕܩܕܝܫܐ ܣܒܐ ܦܠܚܐ Ibid. Vide Dom. 35.

25. Feſtum Apoſtoli Marci Evangeliſtæ. ܟܗ̄. ܥܐܕܐ ܕܫܠܝܚܐ ܡܪܩܘܣ ܐܘܢܓܠܝܣܛܐ. ܕܦܛܪܘܣ. ܡܢ ܐܓܪܬܐ. ܐܬܡܟܟܘ ܬܚܝܬ ܐܝܕܐ ܚܝܠܬܢܝܬܐ ܕܐܠܗܐ Ibid. Ex Epiſtola Petri. *Humiliamini ſub manu potenti Dei*. I. Petri Cap. 4. com. 6.

26. Baſilei hieromartyris. ܟܘ̄. ܕܟܗܢܐ ܘܣܗܕܐ ܒܣܝܠܝܘܣ fol. 134. a tergo. Vide Sabb. 4. poſt Pentecoſten.

37. Commemoratio Epiſcopi Hieruſalem Simeonis filii Joſeph: & Apoſtoli Juſti, & S. Chriſtophori. ܟܙ̄. ܘܕܘܟܪܢܐ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܘܪܫܠܡ ܫܡܥܘܢ ܒܪ ܝܘܣܦ. ܘܫܠܝܚܐ ܝܘܣܛܘܣ. ܘܩܕܝܫܐ ܟܪܝܣܛܘܦܘܪܘܣ fol. 135. Vide diem 5. Septembris.

28. Com-

28. Commemoratio Apoſtoli Jaſonis. [illegible] Ibidem. Vide Dom. poſt Epiphaniam.

29. S. Mamani & reliquorum. [illegible] Ibid. Vide Dom. 15. Videtur pro [illegible] legendum [illegible] *Zenonis* martyris, cujus hodie fit mentio in Menologio.

30. Coronatio Apoſtoli Jacobi filii Zebedæi. [illegible] Ibidem. Vide Dom. 20.

MAJO.

Jar, *Majus*, habet dies 31. horas diei 14. & noctis 10. [illegible]

Die 1. Feſtum Hieremiæ Prophetæ. [illegible] fol. 135. Vide Fer. 2. Pentecoſt.

2. Athanaſii magni Epiſcopi Alexandriæ. [illegible] Ibidem. Vide Dom. 30.

3. Timothei martyris, ejuſque ſororis Mauræ. [illegible] Ibid. Vide Dom. poſt Epiphaniam.

4. Commemoratio S. Hilarii. [illegible] Ibid. Vide diem 5. Decembris. In Menologio *Hilarion thaumaturgus* adpellatur.

5. Commemoratio S. Irenæ. [illegible] fol. 135. a tergo. Vide diem 4. Decembris.

6. Feſtum Job juſti. [illegible] Ibid. Vide diem 9. Mart.

7. Manifeſtatio Sanctæ Crucis. [illegible] Ibid. Vide diem 14. Septembris.

8. Commemoratio Johannis Evangeliſtæ: & Arſenii magni: [illegible] Ibidem: ex Epiſtola Johannis. [illegible] *Annunciamus vobis eum, qui erat a principio*. I. Johannis, Cap. 1. com. 1. Altera pro S. Arſenio, ex Epiſtola ad Timotheum. [illegible] *Fili Timothee. Hæc devita. Quæſtus enim noſter magnus eſt, qui eſt timor Dei, cum uſu ſufficientiæ noſtræ*. I. Timoth. Cap. 6. com. 6.

9. Coronatio Iſaiæ Prophetæ: & Chriſtophori martyris. [illegible] fol. 136. a tergo. Vide Fer. 6. Crucifixionis: *Chriſtus qui venit*: & Dom. 9. pro Martyre.

10. Apoſtoli Simonis Cananæi. [illegible] fol. 136. a tergo: Vide diem 6. Octobris. Ex Actibus Apoſtolorum. [illegible] *In diebus illis, exiit Paulus Athenis, & venit Corinthum*. Cap. 18. com. 1.

11. Fundatio Conſtantinopoleos. [illegible] fol. 136. a tergo.

12. Commemoratio Epiſcopi Epiphanii, & Germani Epiſcopi, & Sanctæ Glyceriæ martyris. [illegible] fol. 137. Vide diem 25. Novembris.

13. Alexandri martyris, & Adæi Apoſtoli, & S. Methodii. [illegible] Ibid. Vide Dom. poſt Epiphan.

14. Iſidori martyris. [illegible] Ibid. Ut heri.

15. Commemoratio S. Pachomii. [illegible] Hoc additum ad marginem. fol. 137. a tergo.

16. Com-

16. Commemoratio Zachariæ Sacerdotis patris S. Johannis Baptiſtæ. [illegible] Ibid. Vide Fer. 2. hebd. 2. Pentecoſtes.

17. Andronici Apoſtoli. [illegible] Ibid. Vide diem 6. Octob.

18. Commemoratio Sanctarum martyrum Pauſiæ, & ſociarum ejus. [illegible] Ibid. Vide diem 4. Decembris.

19. Commemoratio Patricii Epiſcopi. [illegible] Ibidem. Vide Dom. 9.

20. Coronatio S. Martyris Thallalæi. [illegible] Ibid. Vide diem 9. Octobris.

21. Invictorum Imperatorum Conſtantini, ejuſque matris Helenæ. [illegible] Ibid. Vide Dom. 20.

22. Commemoratio Martyris Baſiliſci. [illegible] Ibidem. Vide diem 9. Novembris.

23. Epiſcopi Michaëlis Confeſſoris. Ibid. Ut heri.

24. Obitus S. Simeonis thaumaturgi maris. [illegible] Ibid. Vide diem 1. Septembris.

25. S. Sozontis: & Inventio Capitis S. Johannis Baptiſtæ. [illegible] Ibid. Vide diem 23. Septemb. & 5. Octobris.

26. Coronatio Apoſtoli Carpi. [illegible] Ibid. Vide diem 6. Octobris.

27. Therapontis hieromartyris. [illegible] Ibidem. Vide Sabb. 4. Jejunii.

28. Commemoratio Epiſcopi Hilarii. [illegible] Ibid. Vide diem 12. Novembris.

29. Commemoratio S. Theodoſiæ, & Patrum Nicææ. [illegible] Ibid. Vide Dom. 35. & Dom. 6. Pentecoſtes.

30. Commemoratio Martyrum Nicomediæ: & feſtum S. Iſaac. [illegible] Ibid. Vide Dom. 1.

31. Commemoratio Hermiæ martyris. [illegible] fol. 138. Vide diem 9. Novembris.

JUNIO.

Haziran, *Junius*, habet dies 30. horas diei 15. & noctis 9. [illegible]

Die 1. Martyris Juſtini, & reliquorum. [illegible] fol. 138. Vide Dom. 1.

2. Nicephori Epiſcopi. [illegible] Ibid. Vide diem 2. Sept.

3. Coronatio Martyris Luciani, & Pauli, & quatuor Puerorum. [illegible] fol. 138. Vide diem 17. Maii. In Menologio Græcorum hac die fit commemoratio S. Lucilliani martyris, & trium Puerorum, & Paulæ Virginis.

4. Commemoratio Metrophanis Epiſcopi Conſtantinopoleos. [illegible] Ibidem. Vide diem 2. Septembris.

5. Martyris Marciani, & ſociorum. [illegible] Ibidem. Vide Dom. 1.

6. Dorothei Epiſcopi. [illegible] Ibidem. Ut heri.

7. Theodoti Epiſcopi & Martyris. [illegible] Ibidem. Ut heri.

8. Co-

8. Coronatio Martyris Theodori. ܝܚ̈. ܟܘܠܠ ܣܗܕܘܬܐ ܕܬܐܘܕܘܪܘܣ Ibid. Vide diem 5. Septembris.

9. Apoſtoli Fortunati, & martyris Alexandri, & reliquorum. ܝܛ̈. ܕܫܠܝܚܐ ܦܘܪܛܘܢܛܘܣ. ܣܗܕܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܘܣ ܘܚܒܪܘܗܝ Ibidem. Vide diem 6. Octobris.

10. Commemoratio Meletii hieromartyris, & ſociorum. ܟ̈. ܕܘܟܪܢ ܣܗܕܐ ܟܗܢܐ ܡܠܛܝܘܣ ܘܚܒܪܘܗܝ Ibidem. Vide diem 20. Decembris.

11. Feſtum Apoſtolorum Bartholomæi, & Barnabæ. ܟܐ̈. ܥܐܕܐ ܕܫܠܝ̈ܚܐ ܒܪܬܘܠܡܝ ܘܒܪܢܒܐ Ibid. Vide Dom. 5. poſt Paſcha.

12. Obitus S. Onuphrii Eremitæ. ܟܒ̈. ܫܘܢܳܝܐ ܕܩܕܝܫܐ ܐܘܢܘܦܪܝܘܣ ܡܕܒܪܝܐ Ibidem. Vide Dom. 15.

13. Coronatio Martyris Aquilinæ. ܟܓ̈. ܟܘܠܠ ܣܗܕܬܐ ܐܩܘܠܝܢܐ Ibidem. Vide diem 4. Decembris.

14. Obitus Eliſæi Prophetæ. ܟܕ̈. ܫܘܢܳܝܐ ܕܢܒܝܐ ܐܠܝܫܥ fol. 138. a tergo. Vide Dom. poſt Epiphan.

15. Feſtum Prophetarum Iſaiæ, & Amos. ܟܗ̈. ܥܐܕܐ ܕܢܒ̈ܝܐ ܐܫܥܝܐ ܘܥܡܘܣ Ibidem. Vide Dom. 27.

16. S. Tychonis thaumaturgi. ܟܘ̈. ܕܩܕܝܫܐ ܛܘܟܘܢ ܥܒܘܕ ܐܬܘܬܐ Ibidem. Vide diem 25. Octobris.

17. Feſtum S. Manuelis, Sabaëlis, & Iſmaëlis. ܟܙ̈. ܥܐܕܐ ܕܩܕܝܫܐ ܡܢܘܐܝܠ ܣܒܐܝܠ ܘܐܝܫܡܥܐܝܠ Ibidem. Vide Dom. 1.

18. Coronatio Martyris Leontii. ܟܚ̈. ܟܘܠܠ ܣܗܕܐ ܠܐܘܢܛܝܘܣ Ibid. Vide diem 20. Septembris.

19. Commemoratio Judæ Apoſtoli ex XII. ܟܛ̈. ܕܘܟܪܢ ܝܗܘܕܐ ܫܠܝܚܐ ܡܢ ܬܪܥܣܪ Ibidem. Vide diem 6. Octobris.

20. Apoſtoli Barnabæ, qui cognominatus eſt Juſtus. ܠ̈. ܕܫܠܝܚܐ ܒܪܢܒܐ ܕܐܬܟܢܝ ܝܘܣܛܘܣ Imo, *Barſabæ*. Ibidem. Ut heri.

21. Coronatio Martyris Juliani Ciliciæ. ܠܐ̈. ܟܘܠܠ ܣܗܕܐ ܝܘܠܝܢܘܣ ܩܝܠܝܩܝܐ Ibidem. Vide diem 20. Septembris.

22. Euſebii Epiſcopi Samoſatæ. ܠܒ̈. ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܘܣܒܝܘܣ ܕܫܡܝܫܛ Ibid. Vide diem 2. Septembris.

23. Coronatio S. Agrippinæ martyris. ܠܓ̈. ܟܘܠܠ ܣܗܕܬܐ ܐܓܪܝܦܝܢܐ Ibid. Vide diem 4. Decembris.

24. Nativitas S. Johannis Baptiſtæ. ܠܕ̈. ܡܘܠܕܗ ܕܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܡܥܡܕܢܐ Ibidem. Vide diem 8. Septembris.

25. Coronatio S. Febroniæ martyris ܠܗ̈. ܟܘܠܠ ܩܕܝܫܬܐ ܣܗܕܬܐ ܦܒܪܘܢܝܐ fol. 139. Vide diem 24. Septembris.

26. S. Samſonis, & Davidis Theſſalonicenſis. ܠܘ̈. ܕܩܕܝܫܐ ܫܡܫܘܢ ܘܕܘܝܕ ܬܣܠܘܢܝܩܝܐ Ibidem. Vide diem 5. Decembris.

27. S. Samſonis Xenodochi. ܠܙ̈. ܕܩܕܝܫܐ ܫܡܫܘܢ ܕܒܝܬ ܐܟܣܢܝܐ Ibid. Vide Dom. 18.

28. Translatio Corporum SS. Cyri, & Johannis. ܠܚ̈. ܢܘܩܠܐ ܕܩܘܪܘܣ ܘܝܘܚܢܢ ܩܕܝ̈ܫܐ Ibidem. Vide diem 31. Januarii.

29. Coronatio Principum Apoſtolorum Petri, & Pauli. ܠܛ̈. ܟܘܠܠ ܪ̈ܫܝ ܫܠܝ̈ܚܐ ܦܛܪܘܣ ܘܦܘܠܘܣ Ibid. Ad Corinthios 2. ܐܚ̈ܝ ܒܫܛܝܘܬܐ ܐܡܪ ܐܢܐ ܕܒܟܠ ܡܕܡ ܕܡܡܪܚ ܐܢܫ ܐܦ ܐܢܐ ܡܡܪܚ ܐܢܐ *Fratres. In inſipientia loquor, quod in quacumque re audet aliquis, etiam ego audeo*. Cap. 2. c. 21. Altera Lectio, ut in Dom. 19.

30. Commemoratio XII. Apoſtolorum. ܡ̈. ܕܘܟܪܢ ܬܪܥܣܪ ܫܠܝ̈ܚܐ fol. 140. Vide diem 6. Octobris.

JU-

JULIO.

Thamuz, *Julius*, habet dies 31. horas diei 14. & noctis 10. [Syriac]

Die 1. Feſtum Medicorum Coſmæ & Damiani. [Syriac] fol. 140. Vide diem 1. Novembris.

2. Feſtum Veſtis Dominæ noſtræ Deiparæ. [Syriac] Ibidem. Vide diem 9. Septembris.

3. Coronatio Martyrum Marci, & Hiacynthi. [Syriac] Ibidem. Vide Sabb. 3. Jejunii.

4. Andreæ Poetæ. [Syriac] fol. 140. a t. Vide diem 2. Sept.

5. Obitus S. Marthæ matris S. Simeonis thaumaturgi maris, & S. Lampadii, & Martyris Baſilii & ſociorum. [Syriac] Ibid. Vide Dom. 1.

6. Obitus S. Siſois, & reliquorum. [Syriac] Ibid. Vide diem 13. Octobris.

7. Feſtum S. Thomæ, & reliquorum. [Syriac] Ibidem. Ut heri.

8. Coronatio Procopii martyris, & translatio Corporis S. Marthæ. [Syriac] Ibid. Vide diem 26. Octob.

9. Feſtum S. Pancratii, & Patermuthii: & Encænia Templi trium Puerorum fornacis. [Syriac] Ibidem. Vide Dom. 9.

10. Coronatio XLV. Martyrum Nicopolis. [Syriac] Ibid. Vide diem 9. Martii.

11. Commemoratio Martyris Euphemiæ. [Syriac] Ibid. Vide diem 16. Septembris.

12. Commemoratio Martyris Procli, & Hilarionis, & Andreæ. [Syriac] Ibidem. Vide diem 14. Octobris.

13. Feſtum Gabrielis Archangeli: & S. Serapionis. [Syriac] Ibidem. Vide diem 8. Novemb. & diem 11. Decemb.

14. Feſtum Apoſtoli Aquilæ: & S. Simeonis, & Joſephi, qui propter Sacras Imagines tormenta ſuſtinuit. [Syriac] Ibid. Vide diem 6. Octob. & diem 23. Aprilis.

15. Coronatio Martyris Cyrici, & matris ejus Julittæ, & Sancti religioſi Aſiæ. [Syriac] fol. 141. Vide diem 5. Decembris. Ad Corinthios I. [Syriac] *Quum puer eſſem, tamquam puer loquebar*. Cap. 13. com. 11.

Dominica poſt feſtum S. Cyriaci, commemoratio Patrum 630. Chalcedonis urbis. [Syriac] fol. 141. a tergo. Ad Titum. [Syriac] *Fili Tite. Fidelis ſermo eſt: & in his volo, ut tu quoque illos confirmes*. Cap. 3. com. 8.

16. Feſtum SS. Martyrum Oneſiphori, Porphyrii, & Antiochi. [Syriac] fol. 142. Vide diem 15. Octob.

17. S. Athenogenis, & S. Marinæ. [Syriac] fol. 142. Vide diem 24. Septembris.

18. Feſtum Æmiliani martyris. [Syriac] Ibidem. Vide Dom. 35.

19. Fe-

19. Feſtum S. Dii: & S. Maerinæ. [illegible] Ibid. Vide diem 6. Decembris.

20. Aſcenſus S. Eliæ Prophetæ in cœlum: & S. Barlaham. [illegible] Ibid. Vide diem 12. Junii; & de S. Elia, ex Jacobo Apoſtolo. [illegible] *Elias enim fuit homo obnoxius paſſioni, ſicut nos*. Cap. 5. com. 17.

21. Sanctorum Simeonis Sali, ejuſque fratris Johannis. [illegible] fol. 142. a tergo. Vide Dom. 30.

22. Feſtum S. Phocæ martyris: & Mariæ Magdalenæ. [illegible] Ibidem. Vide Dom. 35.

23. Coronatio Martyris Trophimi, & ſociorum. [illegible] fol. 143. Vide Dom. 9.

24. Feſtum Chriſtinæ martyris. [illegible] Ibid. Vide diem 24. Septembris.

25. Obitus Annæ juſtæ, matris Deiparæ, & Sanctæ Eupraxiæ. [illegible] Ibid. Vide Dom. 16.

26. Coronatio Hermolai hieromartyris, & ſociorum ejus Sacerdotum. [illegible] Ibid. Vide diem 15. Octob.

27. Coronatio glorioſi Martyris S. Pantaleonis Medici. [illegible] Ibid. Vide Dom. 35.

28. Apoſtolorum Procopii, & Nicanoris. [illegible] Ibid. Vide diem 6. Octobris.

29. S. Callinici, & Theodotæ martyris. [illegible] Ibid. Vide Dom. 23.

30. Feſtum Apoſtolorum Silæ, & Silvani: & martyris Antonii, & Johannis militis. [illegible] Ibid. Vide diem 9. hujus menſis. Silvani nomen perperam ſcribitur [illegible]

31. Commemoratio Martyris Gelaſii. [illegible] fol. 143. a tergo. Vide diem 29. Septembris.

AUGUSTO.

Ab menſis, *Auguſtus*, habet dies 31. horas diei 13. & noctis 11. [illegible]

Die 1. Coronatio Martyrum Macabæorum Samonæ, & filiorum ejus. [illegible] fol. 143. a tergo. Vide Dom. 1. In Menologio Græcorum *Solomone* mater Macabæorum vocatur, in hoc Kalendario *Somone*, in aliis *Smune*, ſeu *Samune*.

2. Inventio Corporis S. Stephani, & Septem Puerorum Epheſi. [illegible] Ibid. Ad Romanos. [illegible] *Fratres: ii, qui in carne ſunt, placere Deo non poſſunt*. Cap. 8. com. 8.

3. Feſtum S. Dalmati, & Fauſti, & Iſaac, & Sanctorum Sociorum ejus. [illegible] fol. 144. Vide diem 29. Septembris.

4. Coronatio martyris Eudociæ. [illegible] Ibidem. Vide diem 1. Martii.

5. Commemoratio Euſignii: & Moſis Prophetæ. [illegible] Ibidem. Vide diem 18. Julii.

6. Transfiguratio Domini in Monte Thabor. [illegible]

[illegible] Ibidem. . Vocatur heic [illegible] *Glorificatio Domini*, quæ alibi [illegible] *Revelatio*, *Apparitio*, *Manifeſtatio*. Epiſtola Petri, [illegible] *Fratres. Satagite, ut per bona opera veſtra, certam vocationem & electionem veſtram faciatis*. Hæc Lectio eſt ex Epiſtola 2. Petri Cap. 1. com. 10. ubi pro [illegible] *opera tua*, certe legendum [illegible] *opera veſtra*. Unde apparet, non ſolum primam, ſed etiam ſecundam Petri Epiſtolam in Eccleſia Antiochena, juxta antiquam Syriacam verſionem recitari conſueviſſe.

7. S. Dometii. [illegible] fol. 145. Vide diem 3. Novemb.

8. Epiſcopi Conſtantini. [illegible] fol. 145. a tergo. Vide diem 2. Septembris.

9. Feſtum Apoſtoli Matthiæ: & Aaron Sacerdotis. [illegible] Ibid. Vide Fer. 3. Paſchatis ex Actibus Apoſtolorum.

10. Coronatio Martyris Laurentii, & Xyſti Pontificis Romæ: & commemoratio Martyris Mamantis. [illegible] fol. 145. a tergo. Vide diem 27. Julii.

11. Feſtum Martyris Macarii, & Eugenii. [illegible] Ibidem. Vide diem 2. Octobris.

12. Feſtum Martyris Photii, & Nicetæ. [illegible] Ibidem. Vide diem 19. Decembris.

13. Feſtum magni Maximi Confeſſoris. [illegible] Ibidem. Vide diem 10. Decembris.

14. Feſtum Michææ Prophetæ. [illegible] Ibid. ut die 1. Decemb.

15. Obitus Dominæ noſtræ Deiparæ Mariæ. [illegible] fol. 146. Ad Philippenſes. [illegible] *Et hoc ſentite in vobis, quod & Jeſus Chriſtus, qui quum eſſet in forma Dei, non rapinam arbitratus eſt hoc, quod eſt æqualitas Dei*. Cap. 2. com. 5.

16. Commemoratio S. Diomedis: & memoria Terræmotus. [illegible] fol. 146. a terg. ex Epiſtola ad Epheſios, quam Syri in Dominica Oſannarum legunt. [illegible] *Fratres, Benedictus Deus Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti*. Cap. 1. com. 3. Eadem die adnotatur in Rubrica fol. 147. [illegible] *Hodie Syri feſtum celebrant Prophetarum Iſaiæ & Ezechielis*. Ex quibus verbis conſtat, primo, alium fuiſſe in Eccleſia Antiochena Ritum Græcorum, alium Syrorum. Secundo, per ea tempora, id eſt, anno Chriſti 1041. quo hic Codex ſcriptus eſt, Orthodoxos fuiſſe Syros a Græcis Melchitis diverſos.

17. Coronatio glorioſæ Martyris Stratonicæ & Seleuci ejus Sponſi: & S. Myronis. [illegible] fol. 147. Vide diem 4. Decembris. Hinc emendanda ſunt, quæ a nobis fuerunt prænotata in Admonitione ad Martyrium SS. Stratonicæ & Seleuci ejus ſponſi, quod ex Codice Chaldaico Nitrienſi Vaticano II. in Tomum alterum Actorum Martyrum Orientalium & Occidentalium retulimus; eorum nempe memoriam nuſquam alias aut celebratam, aut indicatam nos inveniſſe: quum tam in hocce Kalendario, quam in præcedentibus Codicibus eorundem Sanctorum memoria bis in anno, nimirum die 17. Auguſti, & 9. Octobris celebratur.

18. Com-

Digitized by Google

18. Commemoratio Martyrum Flori, & Lauri. ܚܡܫܐ . ܘܕܟܪܢܐ ܕܣܗܕܐ ܦܠܘܪܘܣ ܘܠܘܪܘܣ Ibid. Vide Dom. 1.

19. Coronatio Martyris Andreæ, & ſociorum. ܫܬܐ . ܟܘܠܠܗ ܕܣܗܕܐ ܐܢܕܪܐܘܣ ܘܕܚܒܪܘܗܝ Ibidem. Ut heri.

20. Feſtum Apoſtoli Thaddæi: & Samuelis Prophetæ. ܫܒܥܐ . ܥܐܕܐ ܕܫܠܝܚܐ ܬܕܝ . ܘܕܫܡܘܐܝܠ ܢܒܝܐ fol. 147. Vide Dom. ante Nativitatem Domini.

21. Feſtum Baſſæ martyris, & trium filiorum ejus. ܬܡܢܝܐ . ܥܐܕܐ ܕܣܗܕܬܐ ܒܐܣܐ ܘܬܠܬܐ ܒܢܝܗ̈ fol. 147. a tergo. Vide 24. Septembris. In Menologio Græcorum hac die recolitur quoque memoria S. Baſſæ: ſed filios, non filias habuiſſe dicitur, *Theognium* videlicet, *Agapium*, & *Piſtum*.

22. Commemoratio SS. Patrum Abraham, Iſaac, & Jacob. ܬܫܥܐ . ܕܘܟܪܢܐ ܕܐܒܗ̈ܬܐ ܐܒܪܗܡ ܘܐܝܣܚܩ ܘܝܥܩܘܒ fol. 147. a tergo. Ex Epiſtola ad Ebræos. ܐܚܝ̈. ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܐܒܪܗܡ ܟܕ ܐܬܩܪܝ ܐܫܬܡܥ ܕܢܦܘܩ ܠܐܬܪܐ ܗܘ *Fratres. Per fidem Abraham quum vocaretur, auſcultavit, ut exiret ad locum illum.* Cap. 11. com. 8.

23. Feſtum S. Euſebii Telphitæ, & Martyris Lupi. ܥܣܪܐ . ܥܐܕܐ ܕܩܕܝܫܐ ܐܘܣܒܝܘܣ ܬܠܦܝܬܝܐ ܘܕܣܗܕܐ ܠܘܦܘܣ fol. 148. Vide diem 20. Decembris.

24. Feſtum S. Eutychii diſcipuli S. Johannis Theologi. ܚܕܥܣܪ . ܥܐܕܐ ܕܩܕܝܫܐ ܐܘܛܘܟܝܘܣ ܬܠܡܝܕܗ ܕܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܬܐܘܠܘܓܘܣ Ibid. Vide diem 29 Julii.

25. Feſtum Apoſtoli Titi. ܬܪܥܣܪ . ܥܐܕܐ ܕܫܠܝܚܐ ܛܝܛܘܣ fol. 148. a tergo. Ad Titum. ܐܚܝ̈ . ܦܘܠܘܣ ܥܒܕܗ ܕܐܠܗܐ ܘܫܠܝܚܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ . ܠܛܝܛܘܣ ܒܪܐ ܫܪܝܪܐ ܕܒܗܝܡܢܘܬܐ ܓܘܢܝܬܐ . ܛܝܒܘܬܐ ܘܫܠܡܐ *Fratres. Paulus ſervus Dei, & Apoſtolus Domini noſtri Jeſu Chriſti, Tito filio vero in fide communi, gratia & pax.* Cap. 1. com. 1. Sed nonnulla omittuntur com. 1. & 2.

26. Feſtum Martyris Andreæ, & Nataliæ uxoris ejus, & ſociorum. ܬܠܬܥܣܪ . ܥܐܕܐ ܕܣܗܕܐ ܐܢܕܪܐܘܣ ܘܢܛܠܝܐ ܐܢܬܬܗ ܘܕܚܒܪܘܗܝ fol. 149. Legendum pro Andrea, *Adriani*. Vide Sabb. 3. Jejunii.

27. Feſtum S. Sabæ, Abbatis Anthi, & Poemenis magni, & Liberii Papæ Romæ. ܐܪܒܥܣܪ . ܥܐܕܐ ܕܩܕܝܫܐ ܣܒܐ ܪܝܫ ܕܝܪܐ ܕܐܢܬܝ ܘܦܘܡܢ ܪܒܐ . ܘܠܝܒܪܝܘܣ ܦܦܐ ܕܪܗܘܡܝ Ibidem. Vide diem 5. Decembris.

28. Commemoratio Moſis Æthiopis. ܚܡܫܬܥܣܪ . ܘܕܟܪܢܐ ܕܡܘܫܐ ܟܘܫܝܐ Ibid. Vide Dom. 30.

29. Feſtum Decollationis S. Johannis Baptiſtæ. ܫܬܬܥܣܪ . ܥܐܕܐ ܕܦܣܩ ܪܝܫܗ ܕܝܘܚܢܢ ܡܥܡܕܢܐ Ibid. Ex Actibus Apoſtolorum. ܡܢ ܦܪܟܣܝܣ ܕܫܠܝ̈ܚܐ . ܒܗܘܢ ܒܝܘܡܬܐ ܗܘܘ ܝܘܚܢܢ ܡܫܠܡ ܗܘܐ ܠܬܫܡܫܬܗ : ܐܡܪ ܗܘܐ . ܡܢܘ ܣܒܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܐܢܐ *In diebus illis. Quum expleret Johannes miniſterium ſuum, dicebat: Quem putatis vos me eſſe.* Cap. 13. com. 25.

30. Feſtum Epiſcopi Johannis, & Alexandri. ܫܒܥܬܥܣܪ . ܥܐܕܐ ܕܐܦܣܩܘܦܐ ܝܘܚܢܢ ܘܐܠܟܣܢܕܪܘܣ fol. 150. Vide diem 25. Novembris.

31. Feſtum Zonæ Deiparæ, & Feſtum Pauli Novi, & Ammun Diaconi. ܬܡܢܬܥܣܪ . ܥܐܕܐ ܕܙܘܢܪܗ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ . ܘܥܐܕܐ ܕܦܘܠܘܣ ܚܕܬܐ . ܘܐܡܘܢ ܡܫܡܫܢܐ Ibid. Vide ܐܩܘܠܘܬܝܐ . ܕܝܘܡܐ ܕܬܪܝܢ ܒܬܡܘܙ *Acoluthiam diei 2. Julii.*

Is Codex, præſtantiſſimus, atque rariſſimus, exaratus eſt anno Chriſti 1041. ut hæc oſtendunt Johannis filii Joſephi, calligraphi ſtudioſiſſimi, verba, quæ fol. 150. ad calcem leguntur: ܫܠܡ ܒܥܘܕܪܢܐ ܕܐܠܗܐ ܘܒܝܕ ܡܪܢ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܕܦܢܩܝܬܐ ܕܩܝܛܐ ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܫܬܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܕܝܘܢܝ̈ܐ : ܒܐܝܕܝ ܚܛܝܐ ܘܡܣܟܢܐ ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܝܘܣܦ ܟܬܘܒܐ . ܫܠܡ ܒܥܘܕܪܢܐ ܕܐܠܗܐ ܗܢܐ ܟܬܒܐ ܕܦܢܩܝܬܐ ܕܩܝܛܐ ܕܚܒܝܫ ܒܗ ܕܘܟܪܢܐ ܕܩܕ̈ܝܫܐ ܘܕܣܗ̈ܕܐ ܘܕܫܠܝ̈ܚܐ ܘܕܢܒ̈ܝܐ .

[illegible]

„ Explicit ope Dei, qui virtutem dat omnibus, & opitulatur omnibus invocantibus glorioſum nomen ejus. Pervenimus ad verticem gradus ſcripturæ, auxilio Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti: cui gloria, Domino videlicet, qui infirmitatem meam adjuvit. Abſolutum eſt, Deo opitulante, Synaxarium totius anni, Lectiones ſcilicet, ex Actibus Apoſtolorum, & ex Epiſtolis Pauli Apoſtoli, juxta Ritum Græcorum in illa, *Eccleſia Antiochena*, & ex ipſorum ſermone converſum fuit hoc Lectionum exemplar. Exaratus autem & perfectus fuit hic Liber Anno Græcorum 1353. menſe Teſrin priore, *Octobri*, die ejus ultima, Sabbatho, circa horam tertiam: in ſacro Monaſterio S. Pantaleonis Martyris Chriſti Domini noſtri, in Monte Nigro, in ſuburbio Civitatis Dei Antiochiæ. Rogatur quiſquis in Librum hunc inciderit, ut precando dicat: Deus multum miſericors, propitiare miſero Johanni filio Joſephi, ſicut propitius fuiſti Latroni in Cruce: precibus Deiparæ Dominæ noſtræ Mariæ & omnium Sanctorum, Amen, Domine Deus noſter, *Sequuntur ſex verſus heptaſyllabi*. Caput, quod ad Libros tuos inclinatum eſt, erigatur in die adventus tui. Et oculi, qui verba tua correxerunt, extendantur ad veniam. Et manus, qui ſermones tuos expreſſere, videant gloriam in regno tuo. *Ubi ſextus iſte verſus ad oculos, & quartus ad manus eſſet referendus*. Amen, Domine Deus. Exaravit autem hunc Librum Synaxarii Lectionum pro Sabbathis, Dominicis, diebus ferialibus, & feſtis totius anni, ſine ullo defectu, integre & abſolute in omnibus, juxta Græcorum exemplar, Johannes filius Joſephi, cujus animæ requiem donet Dominus, Amen: qui unus eſt ex Presbyteris Eccleſiæ Sancti Pantaleonis. Ipſum vero Codicem Pater ſenex venerandus Georgius, ad uſum diſcipuli ſui fratris Moſis Monachi caſti, deſcribendum curavit, ære ſibi a gratia Dei collato, & in remiſſionem debitorum & indulgentiam peccatorum ſuorum, hunc ſpiritualem theſaurum repoſuit. Deus pater omnium miſericordiarum, det veniam omnibus, qui in iſto Codice partem habent, & requiem defunctis ipſorum, & omnibus fidelibus defunctis, filiis baptiſmi Sanctæ Catholicæ, & Apoſtolicæ

„ Ec-

„ Eccleſiæ: precibus Dominæ noſtræ Dei Genitricis Mariæ ſemper Virginis „ & ſemper Sanctæ, & omnium Sanctorum, qui bonæ voluntati Dei noſtri „ factoris cœli & terræ, placuerunt. Amen, Amen, fiat, fiat. „

Idem Johannes fol. 87. a tergo, ante Kalendarium Sanctorum, in hæc verba nomen ſuum prodit. ܨܠܘ ܥܠ ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܝܘܣܦ ܚܛܝܐ ܕܟܬܒ ܐܝܟ ܚܝܠܗ ܕܢܫܟܚ ܪ̈ܚܡܐ ܒܝܘܡ ܕܝܢܐ ܐܝܟ ܓܝܣܐ ܗܘ ܕܡܢ ܝܡܝܢܐ ܒܨܠܘܬܐ ܕܡܪܬܢ ܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܡܪܝܡ ܒܬܘܠܬܐ ܒܟܠܙܒܢ ܘܩܕܝܫܬܐ. ܘܕܟܠܗܘܢ ܩܕ̈ܝܫܐ ܐܡܝܢ ܡܪܝܐ ܕܥܠܡܐ.

„ Ora pro Johanne Joſephi filio peccatore, qui pro viribus ſcripſit, ut miſericordiam conſequatur in die Judicii inſtar Latronis, qui a dextris pendebat: precibus Dominæ noſtræ Deiparæ Mariæ ſemper Virginis ſemperque Sanctæ, & omnium Sanctorum, Amen, o Domine ſeculorum. „

Ex laudato S. Pantaleonis Cœnobio idem Codex primum quidem ad Monaſterium Sancti Domitii in urbe Antiochia poſitum, die 13. Junii, anno Mundi 6770. Chriſti 1162. deinde ad Cœnobium S. Mariæ in Saidanaja, die 11. Julii, anno Mundi 6790. viginti nimirum, poſt annis, translatus fuit; ut ex triplici epigraphe, fol. 87. & ad calcem ejuſdem adpoſita colligitur; quarum prima Syriacis literis ſic habet fol. 151. ܐܩܢܝܗ ܠܟܬܒܐ ܗܢܐ ܕܐ̈ܓܪܬܐ ܕܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ ܓܒܪܐܝܠ ܐܟܣܢܝܐ ܒܫܡܐ ܩܫܝܫܐ ܘܕܝܪܝܐ ܘܚܒܝܫܐ ܒܡܓܕܠܐ ܕܡܪܝ ܕܘܡܛ ܠܘܬ ܥܕܬܐ ܕܥܪܘܒܬܐ ܒܡܕܝܢܬܐ ܢܛܝܪܬ ܐܠܗܐ ܬܐܘܦܘܠܝܣ ܐܢܛܝܘܟܝܐ. ܠܐ ܢܗܘܐ ܫܠܝܛ ܠܐܢܫ ܕܢܓܢܘܒܝܘܗܝ ܐܘ ܕܢܚܘܒ ܠܢܦܫܗ. ܐܠܐ ܢܗܘܐ ܡܫܥܒܕ ܠܡܠܬܗ ܕܐܠܗܐ ܚܝܐ. ܐܡܝܢ.

„ Poſſedit hunc Librum Epiſtolarum Pauli Apoſtoli, Gabriel peregrinus, nomine Presbyter, & Monachus, & Incluſus in Turri S. Domitii juxta Eccleſiam Arubtæ, *Paraſceves*, in cuſtodita a Deo Theopoli Antiochia. Nemini fas eſto, ipſum furto uſurpare, aut ſibi vindicare: ſed verbo Dei vivi ſubjaceat. Amen. „

Altera Epigraphe Arabicis literis & ſermone expreſſa, fol. 151. a tergo occurit; videlicet, اشتريت هذا الدفتر السرياني رسايل بولص بيوم الجمعه ثلث عشر من شهر حزيران في سنة ست الاف وسبع مايه وسبعين سنة للعالم على يد الحقير في الكهنه والرهبان غبريال بالاسم حبيس بحبس مار ديماط ملازق كنيسة الجمعة بمدينة الله العظمي انطاكية حما الله تعالي وذلك لا لاحد سلطان من الله بان يسرقه ام ينكره من صاحبه المذكور وان تجاسر يكون محروم مفروز من الثالوث المقدس ولا يقبل الله له توبه وان ندم ويرده الي المذكور الرب يغفر له ذنبه

„ Emi hunc Codicem Syriacum Epiſtolarum Pauli, feria 6. die 13. menſis „ Haziran, *Junii*, anno Mundi 6770. per humilem Sacerdotem & Monacum Gabrielem, nomine Incluſum in Clauſtro S. Domitii, apud Eccleſiam Giomaæ, *Paraſceves*, in magna Dei urbe Antiochia, quam Deus cuſtodiat. Nemini igitur a Deo poteſtas eſto, ipſum Librum ſurripiendi, aut a prædicto domino ſuo occultandi: ſi ſecus auſus fuerit, anathematizatus a Sancta Trinitate & ſegregatus eſto. Nec pœnitentiam ejus acceptet Deus. Si vero pœnitentia ductus, eundem antedicto domino ſuo reſtituerit, veniam delicti ſui a Domino conſequatur. „

Tertia Epigraphe Arabicis item literis & ſermone deſcripta, fol. 87. a tergo, eſt hujuſmodi: هذا ما اوقف وحبس وتصدق بهذا المسطلس المبارك بولص بن صهيون من ال قرية صيدنايا وقف موبد وحبس محرم على كنيسة السيدة بصيدنايا اوقفه عن غفران خطايا والديه ❊ فما لاحد من الناس سلطان من الله ياخده ولا يقايض به ولا بغيره ومن تعدا ذلك يكون حظه مع اليهود الذين صلبوا المسيح ويكون تحت تبعة الناموس المقدس وحرم الجامع المقدسة وكتبت بتاريخ حاديعشر

حادي عشر من شهر تموز سنة ستة الاف وسبعمايه وتسعين لكون العالم والمسبح لله دايما وعلينا رحمته امين

" Hunc benedictum Apoſtoli Librum Paulus Sionis filius ex oppido Saida-
„ naja irrevocabili dono dedit, legavitque Eccleſiæ Dominæ in Saidanaja:
„ idque in remiſſionem peccatorum genitorum ſuorum. Nemini itaque per
„ Deum liceat ipſum ſurripere, aut commutare, aut extrahere. Qui ſecus
„ ſecerit, ſortem habeat cum Judæis, qui Chriſtum Cruci adfixere, ſubeat-
„ que pœnam a S. Lege impoſitam, & anathema a ſacris Conciliis infli-
„ ctum. Scripta ſunt hæc die 11. Thamuz, *Julii*, Anno ab Orbe condito 6790.
„ *Chriſti* 1182. Laus Deo ſemper, & ſuper nos miſericordia ejus. Amen. „

XXII.

Codex antiq. in fol. bombycinus, foliis conſtans 94. Syriacis literis Stronghilis curſivis, quas Neſtorianas dicunt, exaratus, inter Codd. Syriacos Vaticanos olim duodecimus; ubi continentur,

Epistolæ S. Pauli Apostoli, verſionis Simplicis Syriacæ, in Lectiones per anni circulum diſtributæ, juxta Ritum Chaldæorum Neſtorianorum, qui in Eccleſia Cochenſi, Seleuciæ nimirum, & Creſiphontis, viget; ubi ſedes eſt Patriarchæ Orientalium Chaldæorum, qui in Divinis Officiis, nonniſi Simplicem Syriacam Sacrorum Bibliorum verſionem adhibent. Præeunt nomina & figuræ Punctorum vocalium, quæ in orthographia Syriaco-Chaldaica adhiberi ſolent, ab Anonymo Grammatico hunc in modum deſcripta. ܡܫܡܗܢܐ ܫܡܗܐ

ܕܢܘܩܙܐ ܐܣܝܐ: ܦܬܚܐ ܪܒܐ ܙܩܦܐ ܪܒܐ ܗܢܐ: ܪܒܨܐ ܕܩܕܡ. ܪܒܨܐ ܕܐܠܐ ܩܕܡ: ܚܒܨܐ:

ܡܡܠܐ ܥܨܨܐ ܩܫܝܐ ܒܠܚܘܕ: ܪܘܟܟܐ: ܡܗܓܝܢܐ: Quibus de Punctis conſulendi Grammatici Syri Gregorius Bar-Ebræus, Ebedjeſus, aliique.

Lectiones autem ex Apoſtolo hocce titulo ſunt inſignitæ: ܒܚܝܠܗ ܘܒܡܥܘܕܪܢܘܬܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܟܬܒܝܢܢ ܩܪܝܢܐ ܕܫܠܝܚܐ ܕܚܕܒܫܒܐ ܕܟܠܗ ܫܢܬܐ ܘܕܥܐܕܐ ܘܕܘܟܪܢܐ ܘܕܒܥܘܬܐ ܘܕܨܘܡܐ. ܡܪܝ ܥܕܪܝܢܝ ܒܪܚܡܝܟ i.e. *Virtute, ope, & auxilio Domini noſtri Jeſu Chriſti ſcribimus Lectiones Apoſtoli pro Dominicis totius anni, & Feſtis, & Commemorationibus, & Rogationibus, & Jejunio. Domine adjuva me miſericordiis tuis*. Porro ſeries Lectionum, & Cantuum, qui eiſdem præfigi ſolent; unde Eccleſiaſticum Chaldæorum Orientalium Ritum deprehendas; hujuſmodi eſt.

Lectio I. Dom. 1. Annunciationis, cujus Cantus incipit: Deus verbum, qui a Patre: ex Epiſtola Pauli Apoſtoli ad Romanos. Numquid igitur legem irritam facimus per fidem? abſit: ſed legem ſtabilimus. Quid igitur dicimus de Abraham Patriarcha, quod invenit in Carne? ܚܕܒܫܒܐ ܩܕܡܝܐ ܕܣܘܒܪܐ. ܥܘܢܝܬܗ. ܐܠܗܐ ܡܠܬܐ ܕܡܢ ܐܒܐ. ܩܪܝܢܐ ܕܫܠܝܚܐ. ܡܢ ܐܓܪܬܐ ܕܪܗܘܡܝܐ. ܐܚܝ. ܢܡܘܣܐ ܗܟܝܠ ܡܒܛܠܝܢܢ ܒܗܝܡܢܘܬܐ. ܚܣ. ܐܠܐ ܢܡܘܣܐ ܡܩܝܡܝܢܢ. ܡܢܐ ܗܟܝܠ ܐܡܪܝܢܢ ܥܠ ܐܒܪܗܡ ܪܝܫ ܐܒܗܬܐ ܕܐܫܟܚ ܒܒܣܪ ... ܠܐܒܘܟܘܢ *Cap. 3. c. 31. & Cap. 4. a c. 1. ad c. 13. fol. 1.*

2. Dom. 2. Annunciationis. Cantus. Myſterium magnum, quod erat abſconditum. Ad Romanos. Nequaquam enim per Legem facta fuit promiſſio Abrahæ, & ſemini ejus. ܚܕܒܫܒܐ ܕܬܪܝܢ ܕܣܘܒܪܐ. ܥܘܢܝܬܗ. ܐܪܙܐ ܪܒܐ ܕܟܣܐ. ܗܘܐ. ܩܪܝܢܐ ܕܫܠܝܚܐ ܕܪܗܘܡܝܐ. ܐܚܝ. ܠܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܒܢܡܘܣܐ ܗܘܐ ܫܘܘܕܝܐ ... ܕܐܠܗܐ *Cap. 4. a com. 13. ad finem. fol. 2.*

3. Dom. 3. Annunciationis. Cantus. Incomprehenſibilis. Ad Ebræos.
Abra-

Abrahæ namque promittens Deus, quia non erat ipſi qui major ſe eſſet, ut per eum juraret, juravit per ſemetipſum. *Cap. 6. c. 13. ad finem : & Cap. 7. a com. 1. ad com. 11.* [illegible] *fol. 2. a tergo.*

4. Dom. 4. Annunciationis. Cantus. Splendor qui a Patre. Ad Ebræos. Si igitur conſummatio per Pontificatum Livitarum erat. *Cap. 7. a com. 11. ad finem.* [illegible] *fol. 3. a tergo.*

5. In Sancta Feſtivitate Nativitatis Domini & Salvatoris noſtri. Cantus. Tu rectitudinem diſpoſuiſti. Ad Romanos. Paulus ſervus Jeſu Chriſti, vocatus, & Apoſtolus, qui ſegregatus fuit ad Evangelium Dei. *Cap. 1. a c. 1. ad com. 6.* Deinde ad Galatas. Tamquam inter homines loquor. *Cap. 3. a com. 15. ad finem, & Cap. 4. com. 1. ad c. 8.* Demum ad Epheſios. *Cap. 13. com. 20. & 21.* Ei autem qui ſupra omnes poteſt facere nobis, & pluſquam petimus aut cogitamus. [illegible] *fol. 4. a tergo.*

6. Dom. 1. poſt Nativitatem. Cantus. Domine univerſorum, quum in forma. Ad Galatas. Bonum eſt autem, ut æmulemini in bonis ſemper, non autem quum ſum apud vos tantummodo. *Cap. 4. c. 18. ad finem, & Cap. 5. c. 1.* [illegible] *f. 5. a t.*

7. Feria 6. Commemoratio Dominæ Mariæ Virginis. Ad Romanos. Commendo autem Vobis Phœben, ſororem noſtram. *Cap. 16. com. 1. ad finem.* [illegible] *fol. 6.*

8. Dom. 2. poſt Nativitatem. Cantus. Inſtar virgæ. Ad Romanos. Debemus igitur nos fortes infirmitatem imbecillium ſuſtinere. *Cap. 15. c. 1. ad c. 14.* [illegible] *fol. 7.*

9. In S. Feſto Epiphaniæ Domini. Ad Titum. Apparuit enim gratia Dei, vivificatrix omnium, univerſis hominibus. *Cap. 2. c. 1. ad finem, & Cap. 3. c. 5. ad c. 8. & clauditur hæc Epiſtola verbis illis, 1. ad Timotheum Cap. 1. com. 17.* Regi autem ſeculorum incorruptibili & inviſibili, qui eſt unus Deus, honor & gloria in ſeculum ſeculorum. Amen. [illegible] *fol. 7. a tergo.*

10. Fer. 6. Commemoratio S. Johannis Baptiſtæ. Ad Epheſios. Hujus rei gratia ego Paulus vinctus ſum Jeſu Chriſti pro vobis gentibus. *Cap. 3. c. 1. ad finem.* [illegible] *fol. 8.*

11. Dom. 1. poſt Epiphaniam. Cantus. Eccleſiam tuam olim. Ad Epheſios. Benedictus Deus Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti. *Cap. 1. a com. 3. ad com. 15.* [illegible] *fol. 9.*

12. Fer. 2. Rogationis Virginum. Ad Philippenſes. Gratias ago Deo meo pro mentione veſtra continua, in omnibus precationibus meis pro vobis,

bis. *Cap.* 1. *c.* 3. *ad c.* 12. *& a c.* 27. *ad finem.* Et *Cap.* 4. *a c.* 4. *ad c.* 10. *& a c.* 20. *ad finem.* [illegible] *fol.* 9. *a tergo.*

13. Feria 3. Rogationis Virginum. Ad Galatas. Fratres. Siquis ex vobis præoccupatus fuerit in delicto: vos, qui in ſpiritu eſtis, corripite eum in ſpiritu humili. *Cap.* 6. *c.* 1. *ad c.* 11. *&* 2. *ad Teſſalonicen. Cap.* 3. *a c.* 13. *ad finem.* [illegible] *fol.* 10. *a tergo.*

14. Feria 4. Rogationis Virginum. Ad Coloſſenſes. Fratres. Si igitur ſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite. *Cap.* 3. *c.* 1. *ad com.* 18. *& Cap.* 4. *c.* 2. *& a c.* 14. *ad finem.* [illegible] *fol.* 11.

15. Feria 6. Commemoratio Petri & Pauli. Ad Corinthios 2. Ego autem Paulus peto a vobis per manſuetudinem & humilitatem Chriſti. *Cap.* 10. *c.* 1. *ad c.* 8. *& Cap.* 11. *c.* 21. *ad finem.* [illegible] *fol.* 12.

16. Dom. 2. poſt Epiphaniam, Cantus. Multifariam. Ad Coloſſenſes. Fratres. Cavete, nequis vos decipiat per philoſophiam. *Cap.* 2. *c.* 8. *ad c.* 16. *& Cap.* 3. *a c.* 1. *ad c.* 5. [illegible] *fol.* 13.

17. Fer. 6. Commemoratio Evangeliſtarum. Ad Corinthios 1. Arbitror autem, quod nos Apoſtolos noviſſimos poſuit Deus, velut ad mortem: *Cap.* 4. *c.* 9. *ad c.* 14. *&* 2. *ad Corinth. Cap.* 1. *c.* 8. *ad c.* 15. *& ad Philemonem Cap.* 23. *ad finem.* [illegible] *fol.* 13. *a tergo.*

18. Dom. 3. poſt Epiphaniam. Cantus, Venite, admiremur. Ad Theſſalonicenſes 1. Fratres. Propter hoc ego Paulus non ſuſtinui, donec mitterem, ut cognoſcerem fidem veſtram. *Cap.* 3. *c.* 5. *ad finem.* [illegible] *fol.* 14. *a tergo.*

19. Feria 6. Commemoratio S. Stephani. Ad Corinthios 1. Fratres, Peto autem a vobis, fratres, in nomine Domini Jeſu Chriſti, ut ſit unus ſermo omnibus vobis. *Cap.* 1. *c.* 10. *ad c.* 18. *& Cap.* 16. *c.* 15. *ad finem.* [illegible] *fol.* 15.

20. Dom. 4. poſt Epiphaniam. Cantus. Glorioſus & decorus. Ad Ebræos. Multifariam, & omnibus modis loquutus eſt Deus cum Patribus noſtris per Prophetas ab initio. *Cap.* 1. *com.* 1. *ad finem: & Cap.* 2. *a com.* 1. *ad c.* 5. [illegible] *fol.* 15. *a tergo.*

21. Feria 4. Commemoratio S. Sergii, & S. Bacchi martyris. Ad Romanos. Scimus autem, quod diligentibus Deum, in omni re auxiliatur eis in bonum. *Cap.* 8. *c.* 28. *ad finem: & Cap.* 9. *c.* 1. *ad c.* 6. [illegible]

[illegible] *fol.* 16. *a terg.*

22. Fer. 6. Commemoratio Doctorum Græcorum, S. Diodori, & S. Theodori, & S. Neſtorii. Ad Theſſalonicenſes 1. Propterea etiam nos gratias agimus indeſinenter Deo, quod ſermonem Dei, quem accepiſtis a nobis, nequaquam ſicut ſermonem hominum accepiſtis. *Cap.* 2. *com.* 13. *ad c.* 17. *&* 2. *Timoth. Cap.* 3. *c.* 5. *ad c.* 10. *& Cap.* 4. *c.* 14. *ad c.* 19. [illegible] *fol.* 17. *a tergo*. *Nomen Neſtorii ab Orthodoxa manu deletum eſt. Verum æque delendum fuiſſet & Theodori nomen, & Diodori, qui omnes ſunt Neſtorianorum anteſignani.*

23. Dom. 5. poſt Epiphaniam. Cantus. Sanguine Infantium. Ad Ebræos. Nequaquam enim Angelis ſubjecit ſeculum futurum, de quo loquimur. *Cap.* 2. *com.* 5. *ad finem.* [illegible] *fol.* 18.

24. Feria 2. Rogationis Ninivitarum. Ad Epheſios. De cetero, fratres, confortamini in Domino noſtro. *Cap.* 6. *c.* 19. *& a c.* 23. *ad finem.* [illegible] *fol.* 19.

25. Feria 3. Rogationis Ninivitarum. Ad Corinthios 1. Fratres, non ut confundam vos, hæc ſcribo. *Cap.* 4. *c.* 14. *ad finem, & Cap.* 5. *com.* 5. *ad finem.* [illegible] *fol.* 19. *a tergo.*

26. Fer. 4. Rogationis Ninivitarum. Ad Timotheum 1. Fili Timothee. Peto igitur a te, ut ante omnia precationem offeras Deo. *Cap.* 2. *com.* 1. *ad finem: & Cap.* 6. *c.* 17. *ad finem.* [illegible] *fol.* 20. *a tergo. Additur in margine, recentiori manu.* [illegible] Feria 5. Ad Romanos. Revelatur enim ira Dei de cœlo.

27. Feria 6. Commemoratio Doctorum Syrorum. Ad Corinthios 2. Odor enim ſuavis ſumus Deo in Chriſto. *Cap.* 2. *c.* 15. *ad finem: & Cap.* 4. *c.* 1. *ad com.* 7. [illegible] *fol.* 21. *a tergo.*

28. Dom. 6. poſt Epiphaniam. Cantus. Te glorificant. Ad Ebræos. Propterea reliquamus principium ſermonis Chriſti, & veniamus ad perfectionem. *Cap.* 6. *c.* 1. *ad c.* 9. [illegible] *fol.* 22.

29. Fer. 7. Commemoratio unius Sancti. Ad Philippenſes. Volo autem, ut ſciatis, fratres mei, quod negotium meum excellenter progreſſum fecit in Evangelio. *Cap.* 1. *c.* 12. *ad c.* 26. *&* 2. *Timoth. Cap.* 4. *c.* 16. *ad c.* 19. [illegible] *fol.* 22.

30. Dom. 7. poſt Epiphaniam. Cantus. Tres perſonæ. Ad Philippenſes. Eadem ut ſcribam vobis, non eſt moleſtum mihi. *Cap.* 3. *c.* 1. *ad c.* 13. [illegible]

[illegible] *fol.* 23.

31. Commemoratio Simeonis, & Saadoſt, & Barbaſemini Catholicorum. Ad Ebræos. Fratres. Charitas fratrum maneat in vobis. *Cap.* 13. *com.* 1. *ad finem*. [illegible] *fol.* 23. *a tergo*.

32. Dom. 8. poſt Epiphaniam. Cantus. Præteriit umbra. Ad Romanos. Perſuaſum autem habeo ego quoque de vobis, fratres. *Cap.* 15. *c.* 14. *ad finem*. [illegible] *fol.* 24. *a tergo*.

33. Fer. 6. Commemoratio filiorum Adam. In margine: [illegible] Comm. Defunctorum. Ad Corinth. II. Scimus enim, quoniam ſi domus noſtra, quæ eſt in terra, hæc nimirum corporis, diſſolvatur. [illegible] *Cap.* 5. *c.* 1. *ad c.* 11. & *ad Ebr. Cap.* 4. *c.* 12. *ad c.* 14. *fol.* 25. *a t.*

34. Dominica Ingreſſus Sacri Jejunii. Ad Epheſios. Hoc autem dico & teſtor per Dominum, ut deinceps non ambuletis, ſicut ceteræ gentes, quæ ambulant in vanitate cogitationis ſuæ. [illegible] *Cap.* 4. *com.* 17. & *Cap.* 5. *a com.* 1. *ad com.* 22. *fol.* 26.

35. Fer. 2. hebdomadæ 1. Jejunii. Ad Romanos. Paulus ſervus Jeſu Chriſti, vocatus & Apoſtolus. [illegible] *Cap.* 1. *a c.* 1. *ad com.* 26. *fol.* 27.

36. Fer. 3. hebd. 1. Jejunii. Ad Romanos. Propterea tradidit illos Deus, *hoc eſt impios*, in libidines ignominioſas. [illegible] *Cap.* 1. *a c.* 26. *ad finem*: & *Cap.* 2. *com.* 1. *ad com.* 7. *fol.* 28. *a tergo*.

37. Fer. 4. hebd. 1. Jejunii. Ad Romanos. Iis, qui in perſeverantia bonorum operum, gloriam & honorem, *fol.* 29. *a tergo*. [illegible] *Cap.* 2. *a com.* 7. *ad com.* 28.

38. Fer. 5. hebd. 1. Jejunii. Ad Romanos. Non enim is, qui in manifeſto Judæus eſt, *fol.* 30. *a tergo*. [illegible] *Cap.* 2. *a com.* 28. *ad finem*: & *Cap.* 3. *a c.* 1. *ad c.* 9.

39. Fer. 6. hebd. 1. Jejunii. Ad Romanos. Quid igitur habemus excellentius, qui ante pronunciavimus de Judæis, & de Græcis, quod ſub peccato ſunt omnes. *fol.* 31. [illegible] *Cap.* 3. *a com.* 9. *ad com.* 27.

40. Dominica 2. Jejunii. Cantus. Venite, confitemur & glorificamus. Ad Romanos. Ubi igitur gloriatio? [illegible] *Cap.* 3. *a com.* 27. *ad finem*: & *Cap.* 4. *a com.* 1. *ad com.* 13. *fol.* 31. *a tergo*.

41. Feria 6. hebd. 2. Jejunii magni. Ad Romanos. Nequaquam enim per legem facta fuit promiſſio Abrahæ. *Ut in Dom.* 2. *Annunciationis*, *fol.* 32. *a tergo*. [illegible]

Digitized by Google

[illegible] *Cap.* 4. *a com.* 13. *ad finem*.

42. Dom. 3. Jejunii. Cantus. Si intraveris in judicium. Ad Romanos. Quia igitur juſtificati ſumus per fidem. *fol.* 32. *a terg.* [illegible] *Cap.* 5. *a com.* 1. *ad com.* 12.

43. Fer. 6. hebd. 3. Jejunii magni. Ad Romanos. Scentibus legem loquor. *fol.* 33. [illegible] *Cap.* 7. *a com.* 1. *ad com.* 14.

44. Dom. 4. Jejunii. Cantus. Stuporem & gloriam. Ad Romanos. Scimus enim quod Lex ſpiritualis eſt. *fol.* 33. *a tergo*. [illegible] *Cap.* 7. *a com.* 14. *ad com.* 26.

45. Fer. 2. hebdomadæ mediæ Jejunii: quæ in margine adpellatur: [illegible] *Dimidiationis*. Ad Romanos. Non igitur ego mente mea ſervus ſum Legis Dei. *fol.* 34. *a tergo*. [illegible] *Cap.* 7. *com.* 26. & *Cap.* 8. *a com.* 1. *ad com.* 12.

46. Fer. 3 hebd. mediæ Jejunii. Ad Romanos. Nunc, fratres, debitores ſumus, non carni, ut in carne ambulemus. *fol.* 35. [illegible] *Cap.* 8. *a com.* 12. *ad com.* 28.

47. Fer. 4. hebdomadæ mediæ Jejunii. Ad Romanos. Nequaquam enim prorſus excidit Sermo Dei. *fol.* 36. [illegible] *Cap.* 9. *a com.* 6. *ad c.* 30.

48. Fer. 5. hebd. mediæ Jejunii. Ad Romanos. Fratres, voluntas cordis mei. *fol.* 37. [illegible] *Cap.* 10. *a com.* 1. *ad com.* 18.

49. Fer. 6. hebd. mediæ Jejunii. Ad Romanos. Ergo fides ex auditu auris eſt. *fol.* 37. *a tergo*. [illegible] *Cap.* 10. *a c.* 17. *ad finem*: & *Cap.* 11. *a c.* 1. *ad c.* 16.

50. Dom. 5. Jejunii magni. Cantus. Totum tempus vitæ meæ. Ad Romanos. Peto igitur a vobis, fratres, per miſericordiam Dei, *fol.* 38. *a tergo*. [illegible] *Cap.* 12. *a com.* 1. *ad finem*.

51. Fer. 6. hebdomadæ 5. Jejunii. Ad Romanos. Omnis anima poteſtatibus dominationis ſubdita ſit. *fol.* 39. *a tergo*. [illegible] *Cap.* 13. *a c.* 1. *ad com.* 11.

52. Dom. 6. Jejunii magni. Cantus. Quis eſt medicus. Ad Romanos. Omnes enim, futurum eſt, ut ſtemus ante tribunal Chriſti. *fol.* 40. *a terg.* [illegible] *Cap.* 14. *a com.* 10. *ad finem*.

53. Fer. 6. hebdomadæ 6. Jejunii. Ad Romanos. Volo autem vos ſcire, fratres, quod tempus & hora eſt deinceps, ut excitemur a ſomno noſtro. *fol.* 41. [illegible] *Cap.* 13. *a com.* 11. *ad finem*: & *Cap.* 14. *a com.* 1. *ad com.* 10.

54. Dom. 7. Feſtum Oſannarum. Ad Romanos. Vobis autem dico gentibus, ego, qui ſum Apoſtolus Gentium. *fol.* 41. *a tergo*. [illegible]

 [illegible]

Digitized by Google

[illegible] Cap. 11. com. 13. ad com. 25.

55. Fer. 2. hebdomadæ ultimæ Jejunii. *In margine*, [illegible] Fer. 2. hebd. Paſſionis. Ad Ebræos. Multifariam. *Ut Dom.* 4. *poſt Epiphaniam*, *fol.* 42. *a tergo*, [illegible].

56. Fer. 3. hebd. ultimæ Jejunii. *In marg.* Paſſionis, Ad Ebræos, Non enim Angelis ſubjecit. *Ut Dom.* 5. *poſt Epiphan.* [illegible] *fol.* 42. *a tergo*.

57. Fer. 4. hebd. ult. Jejun. *ſeu* Paſſionis, Ad Ebræos. Chriſtus autem, qui venit, factus eſt Pontifex bonorum, quæ fecit. *fol.* 42. *a tergo*. [illegible] Cap. 9 *a com.* 11. *ad finem*.

58. Fer. 5. Feſtum Paſchatis Domini noſtri. Ad Corinthios 1. Paſcha enim noſtrum Chriſtus eſt. *fol.* 43. *a tergo*. [illegible] Cap. 5. *com.* 7. *ad com.* 9. *Ubi quod ait Paulus*: [illegible] Non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & amaritudinis: ſed in azymis puritatis & ſanctitatis: *Neſtoriani ubique*, *pro Azymis*, *audacter ponunt Fermentum*. [illegible] Sed in fermento puritatis & ſanctitatis: *contra textus Paulini veritatem*. *Et Cap.* 10. *a c.* 15. *ad com.* 18. & *Cap.* 11. *a com.* 23. *ad finem*.

59. Fer. 6. Paſſionis Domini & Servatoris noſtri. Ad Galatas, Si autem, dum quærimus juſtificari per Chriſtum, reperimur etiam nos peccatores. *fol.* 44. *a tergo*. [illegible] Cap. 2. *c.* 17. *ad finem*: & Cap. 3. *a com.* 1. *ad com.* 15. & Cap. 6. *a com.* 11. *ad finem*.

60. Ad Veſperas ineuntis Dominicæ Reſurrectionis. 1. Ad Corinthios. Sermo enim Crucis pereuntibus ſtultitia eſt. *fol.* 46. [illegible] Cap. 1. *com.* 18. *ad finem*.

61. Lectio Baptiſmi. I. Ad Corinthios. Volo vos ſcire, fratres: quod patres noſtri omnes ſub nube fuerunt. *fol.* 46. *a tergo*. [illegible] Cap. 10. *c.* 1. *ad com.* 14.

62. Ad Sacramenta, *ideſt*, *ad Miſſam*, in nocte Reſurrectionis Domini noſtri. I. Ad Corinthios. Nunc autem Chriſtus reſurrexit a mortuis. *fol.* 47. [illegible] Cap. 15. *com.* 20. *ad com.* 29.

63. Lectio Baptiſmi ad Matutinum Dominicæ Reſurrectionis. Ad Titum, Apparuit enim gratia Dei. *Ut in feſto Epiphaniæ*: *fol.* 47. *a tergo*. [illegible].

64. Ad Miſſam diei Dominicæ magnæ Reſurrectionis. Ad Romanos, Sicut enim per unum hominem intravit peccatum in mundum. *fol.* 47. *a terg.* [illegible] *Cap.* 5. *com.* 12. *ad finem*, & *Cap.* 6. *a com.* 1. *ad com.* 12. & *ad Ebræos Cap.* 13. *com.* 20. *ad com.* 22.

65. Fer. 2.

65. Fer. 2. hebd. hebdomadarum. Ad Romanos. Ne igitur regnet peccatum in corpore veſtro mortali. *fol.* 49. [illegible] *Cap.* 6. *com.* 12. *ad finem*.

66. Fer. 3. hebdomadæ hebdomadarum. Ad Epheſios. Confortamini in Domino. Ut in Fer. 3. Rogationum Ninivitarum. *fol.* 49. *a tergo*. [illegible]

67. Fer. 4. hebdomadæ hebdomadarum. Ad Ebræos. Proinde fratres mei ſancti, qui vocati fuiſtis vocatione cœleſti. *fol.* 50. [illegible] *Cap.* 3. *a com.* 1. *ad com.* 14.

68. Fer. 5. hebdomadæ hebdomadarum. Ad Philippenſes. Fratres, ſicut omni tempore obedientes vos præſtitiſtis. *fol.* 50. *a tergo*. [illegible] *Cap.* 2. *a c.* 12. *ad com.* 19. & *Cap.* 4. *a com.* 4. *ad com.* 8.

69. Fer. 6. Confeſſorum. Ad Ebræos. Per fidem enim intelligimus, quod conſtructa fuerint ſecula ſermone Dei. *fol.* 51. [illegible] *Cap.* 11. *a com.* 3. *ad finem*: & *Cap.* 12. *a com.* 1. *ad com.* 3.

70. Dom. 2. Reſurrectionis, quæ vocatur nona. Ad Ebræos. Eſt nobis igitur, fratres, fiducia ad ingreſſum Sanctuarii. *fol.* 52. [illegible] *Cap.* 10. *a com.* 19. *ad finem*: & *Cap.* 11. *c.* 1. & I. *ad Timoth.* *Cap.* 1. *com.* 17.

71. Dom. 3. Reſurrectionis. Ad Epheſios. Propterea ego Paulus ex quo audivi fidem veſtram. *fol.* 53. [illegible] *Cap.* 1. *c.* 15. *ad finem*: & *Cap.* 2. *a c.* 1. *ad com.* 7.

72. Dom. 4. Reſurrectionis. Ad Epheſios. Deus autem, qui dives eſt in miſericordia ſua. *fol.* 53. *a tergo*. [illegible] *Cap.* 2. *a com.* 4. *ad finem*.

73. Dom. 5. Reſurrectionis. Ad Philippenſes. Siqua ergo eſt vobis conſolatio in Chriſto. *fol.* 54. *a tergo*. [illegible] *Cap.* 2. *a com.* 1. *ad com.* 12.

74. Dom. 6. Reſurrectionis. Ad Coloſſenſes. Gratias agimus Deo Patri Domini noſtri Jeſu Chriſti. *fol.* 55. [illegible] *Cap* 1. *a com.* 3. *ad com.* 21.

75. Feſtum Aſcenſionis Domini noſtri Chriſti in Cœlum. Ad Epheſios. Peto igitur a vobis ego vinctus in Domino noſtro. *fol.* 56. [illegible] *Cap.* 4. *a com.* 1. *ad c.* 17. & I *ad Timoth.* *Cap.* 3. *c.* 16. & *ad Ebr.* *Cap.* 12. *com.* 2.

76. Dominica poſt Aſcenſionem. Ad Ebræos. Quoniam igitur habemus ſummum Pontificem Jeſum Chriſtum. *fol.* 57. [illegible] *Cap.* 4. *c.* 14. *ad finem*: & *Cap.* 5. *a c.* 1. *ad com.* 11.

77. Dominica Pentecoſtes. Ad Corinthios I. De ſpiritualibus autem, fratres, volo vos ſcire. *fol.* 57. *a terg.* [illegible] *Cap.* 12. *a c.* 1. *ad c.* 12. & II. *ad Corinth.* *Cap.* 13. *com.* 11. *ad finem*.

78. Feria 6. Auri. I. Ad Corinthios. Dei enim ſumus adjutores. *fol.* 58. *Cap.* 3.

[illegible] *Cap.* 3. *com.* 9. *ad c.* 18. *& Cap.* 16. *com.* 13. *ad com.* 15. *& a com.* 19. *ad finem*.

79. Dominica 2. Apoſtolorum. Cantus. Omnia fecit. Ad Theſſalonicenſes 2. Gratias agere debemus Deo omni tempore. *fol.* 59. [illegible] *Cap.* 1. *com.* 3. *ad finem*.

80. Dom. 3. Apoſtolorum. Ad Corinthios 2. Fiducia autem hujuſmodi eſt nobis in Chriſto erga Deum. *fol.* 59. *a tergo*. [illegible] *Cap.* 3. *com.* 4. *ad finem*. [illegible]

81. Dom. 4. Apoſtolorum. Ad Galatas. Miror, quomodo celeriter avertimini a Chriſto. *fol.* 60. [illegible] *Cap.* 1. *c.* 6. *ad finem*: *& Cap.* 2. *a c.* 1. *ad c.* 9. *& ad Epheſ. Cap.* 3. *com.* 20. *ad finem*.

82. Dom. 5. Apoſtolorum. Ad Timotheum 1. Fili Timothee: Rogaveram te, quum proficiſcerer in Macedoniam. *fol.* 61. [illegible] *Cap.* 1. *com.* 3. *ad com.* 18.

83. Dom. 6. Apoſtolorum. Ad Corinthios 1. De victimis autem idolorum, *fol.* 62. [illegible] *Cap.* 8. *com.* 1. *ad finem*: *& Cap.* 9. *a com.* 1. *ad com.* 13.

84. Dom. 7. Apoſtolorum, Ad Theſſalonicenſes 1. Proinde fratres, rogamus vos, & obſecramus vos per Dominum noſtrum Jeſum. *fol.* 63. *a t.* [illegible] *Cap.* 4. *c.* 1. *ad com.* 13. *& Cap.* 5. *com.* 12. *ad finem*.

85. Fer. 6. quæ eſt complementum Septimanæ: commemoratio Apoſtolorum. Ad Corinthios 1. Exiſtimo autem, quod nos Apoſtolos: ut in commemoratione Evangeliſtarum, *fol.* 65. vel hæc alia Epiſtola ad Corinthios 2. Benedictus Deus Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, [illegible] *Cap.* 1. *com.* 3. *ad com.* 15.

86. Dominica complementi hebdomadæ Apoſtolorum. Ad Corinthios 1. Notum autem facio vobis, fratres, Evangelium. *fol.* 65. *a tergo*, [illegible] *Cap.* 15. *com.* 1. *ad com.* 12. *& Cap.* 16. *com.* 13. *ad finem*.

87. Dominica 2. hebdomadæ, Munda me. Ad Romanos. Debemus igitur nos fortes, Ut Dom. 2. poſt Nativitatem. *fol.* 66. [illegible]

88. Dom. 3. Munda me. Ad Corinthios 1. Scripſi vobis in Epiſtola. *fol.* 66. [illegible] *Cap.* 5. *com.* 9. *ad finem*: *& Cap.* 6. *com.* 1. *ad com.* 12.

89. Dom. 4. Munda me, Ad Corinthios 1. Propterea miſi ad vos Timotheum, *fol.* 67. [illegible] *Cap.* 4. *c.* 17. *& Cap.* 5. *c.* 1. *ad c.* 6. *& Cap.* 6. *c.* 12. *ad finem*.

90. Dom. 5. Munda me. Ad Corinthios 1. Omnia mihi licent. *fol.* 68. [illegible] *Cap.* 10. *c.* 23. *ad finem*: *& Cap.* 11. *com.* 1. *ad com.* 3.

91. Dom. 6. Munda me. Ad Corinthios 2. De miniſterio autem Sanctorum,

Digitized by Google

ctorum. *fol.* 68. *a tergo*, ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܗܕܐ ܕܡܠܟܝܢ . ܕܫܠܝܚܐ ܦܘܠܘܣ . ܟܠܠ ܠܡܣܒܐ ܡܢ ܕܡܩܕܫܐ *Cap.* 9. *com.* 1. *ad finem*.

92. Dom. 7. Munda me. Ad Corinthios 1. Fugite Idolorum cultum. *fol.* 69. *a tergo*. ܘܡܢ ܒܬܪ ܕܗܕܐ ܕܡܚܠܟܝܢ . ܕܫܠܝܚܐ ܦܘܠܘܣ . ܥܪܘܩܘ ܡܢ ܦܘܠܚܢܐ ܕܦܬܟܪܐ *Cap.* 10. *com.* 14. *ad com.* 23. & 2. *Corinth. Cap.* 6. *com.* 11. *ad finem*.

93. Dom. 1. Jejunii Sancti Eliæ, Ad Galatas. Dico autem: in ſpiritu ambulate. *fol.* 70. ܘܡܢ ܒܬܪ ܫܘܒܚܐ ܕܨܘܡܐ ܕܡܪܝ ܐܠܝܐ . ܕܫܠܝܚܐ ܠܓܠܛܝܐ . ܐܡܪ ܐܢܐ ܕܝܢ ܕܒܪܘܚܐ ܗܘܝܬܘܢ ܡܗܠܟܝܢ *Cap.* 5. *com.* 16. *ad finem*.

94. Dom. 2. Sancti Eliæ. Ad Corinthios 2. Hæc eſt autem gloriatio noſtra. *fol.* 71. ܘܡܢ ܒܬܪ ܬܪܬܝܢ ܕܡܪܝ ܐܠܝܐ . ܕܫܠܝܚܐ ܦܘܠܘܣ . ܫܘܒܗܪܢ ܓܝܪ ܗܢܐ ܗܘ *Cap.* 1. *com.* 12. *ad finem*: & *Cap.* 2. *com.* 1. *ad com.* 12.

95. Dom. 3. Sancti Eliæ, Ad Corinthios 2. Etſi enim in carne ambulamus. *fol.* 72. ܘܡܢ ܒܬܪ ܬܠܬ ܕܡܪܝ ܐܠܝܐ . ܕܫܠܝܚܐ ܦܘܠܘܣ . ܐܦ ܒܒܣܪܐ ܓܝܪ ܡܗܠܟܝܢ *Cap.* 10. *com.* 3. *ad finem*.

96. Feſtum Inventionis Sanctæ Crucis. Ad Galatas. Si autem quum juſtificari volumus in Chriſto. Vide Fer. 6. Paſſionis, ܕܐܫܬܟܚܬ ܙܩܝܦܐ ܣܓܝܕܐ . ܕܫܠܝܚܐ ܠܓܠܛܝܐ . ܐܢ ܕܝܢ ܟܕ ܒܥܝܢ ܚܢܢ ܕܢܙܕܕܩ ܒܡܫܝܚܐ . ܚܙܝ ܒܥܪܘܒܬܐ ܕܚܫܐ *Oſcitanter amanuenſis in titulo, pro* ܕܐܫܬܟܚܬ ܙܩܝܦܐ ܣܓܝܕܐ Inventionis adorandæ Crucis, *habet ſic*: ܕܐܫܬܟܚܬܗ ܕܡܪܝ ܙܩܝܦܐ ܣܓܝܕܐ Inventionis Domini mei Crucis adorandæ: *perinde ac ſi unus ex ſanctis hominibus, Crux fuerit*. *fol.* 72. *a tergo*.

97. Dom. 1. poſt Inventionem. Ad Corinthios 1. Neſcitis, quod ii, qui in Sanctuario miniſtrant, ex Sanctuario aluntur? *fol.* 73. ܘܡܢ ܒܬܪ ܩܕܡܝܬܐ ܕܒܬܪ ܙܩܝܦܐ . ܕܫܠܝܚܐ ܦܘܠܘܣ . ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܐܝܠܝܢ ܕܒܒܝܬ ܩܘܕܫܐ ܦܠܚܝܢ : ܡܢ ܒܝܬ ܩܘܕܫܐ ܡܬܬܪܣܝܢ *Cap.* 9. *com.* 13. *ad finem*.

17. *Benedictiones* in fine Miſſæ, quarum prima metro S. Epræm, hoceſt, heptaſyllabo, [illegible] incipit fol. 229. a tergo. [illegible] *Deus benedic populum tuum, & cuſtodi oves gregis tui*. Cujus Benedictionis ſtrophæ ordine alphabetico ſunt diſpoſitæ. In fine invocantur, S. Maria Deipara, Duodecim Apoſtoli, Quatuor Evangeliſtæ, & Paulus Apoſtolus: Johannes Baptiſta, Stephanus Protomartyr, Ignatius Theophorus, Barſumas, [illegible] Abcheus, Georgius, [illegible] Baſſus, Sergius, Abbas Peſoes, & Evagrius: S. Johannes, Baſilius, Gregorius, Clemens, Dioſcorus, Cyrillus, Quadraginta Martyres, Eugenius cum ſociis, Adæus

Digitized by Google

Adæus Meſopotamiæ Apoſtolus: Simeon, Cyriacus, Aaron, & Sacerdotes eorum ſocii, Matthæus, Machabæi, Behenamus, Zachæus, Dometius, Aghæus: Barbara, Juliana, Febronia, Pelagia: SS. Doctores Jacobus Edeſſenus, Jacobus Sarugenſis, Ephræm Syrus, & Iſaac. Clauditur cum invocatione precum Ignatii Patriarchæ, & Dioſcori Epiſcopi, quorum temporibus hic Codex deſcriptus videtur.

Altera item metro S. Ephræm, incipit, fol. 233. a tergo. ܐܠܗܐ ܒܪܟ ܠܟܠܢ ܒܪܘܝܢ ܢܛܘܪ ܠܟܠܢ *Deus benedic nos omnes, Creator noſter cuſtodi nos omnes*. Differt ab ea, quæ exſtat in proxime antecedenti Codice fol. 282. Hæc enim Benedictio eſt ordine alphabetico diſpoſita, & in ejus clauſula invocantur, Deipara, Johannes Baptiſta, Stephanus Protomartyr, Matthæus & Behenamus.

Tertia, quæ Sanctis Apoſtolis tribuitur, incipit, fol. 236. ܐܠܗܐ ܕܐܫܘܝܢ ܠܢ ܒܛܝܒܘܬܗ ܕܢܫܬܘܬܦ ܒܐܪ̈ܙܘܗܝ ܐܠܗܝ̈ܐ ܘܠܐ ܡܬܡܠܠ̈ܢܐ *Deus, qui nos dignos effecit, ut communicaremus Sacramentis ejus divinis & ineffabilibus*. Edita Renaudotio Tom. 2. Lit. Orient. pag. 25.

Quarta, incipit, fol. 236. a tergo. ܐܠܗܐ ܕܩܒܠ ܩܘܪܒܢܗ ܕܗܒܝܠ ܒܦܩܥܬܐ *Deus, qui oblationem Abel in campo ſuſcepit*. Edita Renaudotio Tom. 2. Lit. Orient. pag. 3.

18. *Proœmia, & Lectiones Evangelicæ*, ad Liturgiam recitandæ. Primum Procemium incipit fol. 238. a t. ܦܪܘܡܝܘܢ. ܠܗܘ ܦܪܩܐ ܕܐܬܓܠܝ ܡܢ ܠܒ Alterum, fol. 239. a t. ܠܗܘ ܡܫܡܫܢܐ ܕܫܘܒܚܐ ܡܫܒܚܐ Tertium, fol. 241. a tergo. ܠܗܘ ܚܝܠܐ ܕܠܐ ܡܬܥܩܒܢܐ Cetera vix legi poſſunt.

Is Codex ſcriptus eſt an. Chriſti 1484. Sic enim fol. 229. habetur: ܫܠܡ ܗܕܐ ܗܘܝܐ ܫܘܠܡܐ ܕܟܬܒܐ ܗܢܐ ܕܩܘܪܒܐ ܕܐܢܐܦܘܪ̈ܐ ܕܐܒܗ̈ܬܐ ܩܕܝ̈ܫܐ ܒܫܢܬ ܐܦܨܗ ܕܝܘ̈ܢܝܐ ܒܕܝܪܐ ܩܕܝܫܐ ܘܡܒܪܟܐ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܡܪܝܡ ܕܒܡܕܒܪܐ ܕܐܣܩܝܛܝܣ ܗܘ ܕܐܣܩܝܛ ܕܡܬܩܪܐ ܡܬܩܠܐ ܕܠܒ̈ܐ ܒܝܪܚ ܚܙܝܪܢ ܒܚܡܫܐ ܒܗ. ܒܝܘ̈ܡܝ ܪ̈ܝܫܝ ܟܗ̈ܢܐ ܕܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܡܪܝ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܘܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܦܛܪ̈ܝܪܟܐ ܛܘܒܬܢ̈ܐ ܥܡ ܫܪܟܐ ܕܐܦܝܣܩ̈ܘܦܐ ܬܪ̈ܝܨܝ ܫܘܒܚܐ. ܘܗܘܐ ܒܝܕ ܠܡܚܣܝܐ ܘܡܬܢܟܦܢܐ ܟܗܢܐ ܘܕܝܪܝܐ ܝܘܚܢܢ ܩܫܝܫܐ ܒܪ ܚܙܩܝܐܝܠ ܕܢܬܠ ܠܗ ܢܝܚܐ ܡܢ ܡܪܝܐ ܓܒܪܐ ܩܘܦܛܝܐ ܡܪܕܘܬܐ ܣܘܪܝܝܐ ܘܥܪܒܝܐ ܘܡܨܪܝܐ ܕܩܢܐ ܗܢܐ ܟܬܒܐ ܠܗ ܒܝܕ ܬܪܝܢ ܟܪ̈ܝܗܐ ܘܚܣܝܪ̈ܝ ܪܘܚܐ ܕܐܠܗܐ ܡܘܫܐ ܩܫܝܫܐ ܘܕܝܪܝܐ ܘܐܒܪܗܡ ܕܘܝܐ ܘܚܛܝܐ. ܨܠܘ ܥܠܝܗܘܢ ܐܢ ܨܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܐܘ ܩܪ̈ܘܝܐ. ܫܘܒܚܐ ܠܐܠܗܐ ܬܡܝܕܐܝܬ ܘܠܝܠܕܬܗ ܩܘܠܣܐ ܘܪܘܪܒܘܬܐ ܘܠܩܕ̈ܝܫܘܗܝ ܕܘܟܪܢܐ ܡܝܩܪܐ ܐܡܝܢ „ Abſolutus eſt liber iſte Liturgiarum Sanctorum Patrum anno Græcorum 1795. in ſancto, & benedicto Monaſterio
„ Deiparæ Mariæ, quod ſitum eſt in deſerto Scetenſi, quod Scihat, hoc eſt,
„ trutinam cordium vocant, menſe Haziran, *Junio*, die quinta ejuſdem
„ menſis, diebus Præſulum Eccleſiæ S. Ignatii Antiochiæ, & S. Johannis
„ Alexandriæ beatorum Patriarcharum, cum reliquis Orthodoxis Epiſcopis.
„ Atque hæc in gratiam caſti modeſtique Sacerdotis, & Monachi exercitati
„ ſtudioſique, Johannis Presbyteri, filij Ezechielis, cui requies
„ donetur, viri Coptitæ, Syriaci, Arabici & Ægyptiaci ſermonis periti,
„ qui hunc ſibi librum deſcribi curavit a duobus viris miſeris, opiſque
„ divinæ indigentibus, Moſe Presbytero & Monacho, & Abrahamo miſero
„ & peccatore. Orate pro eis, ſi vobis placet, o Lectores. Laus perpetua
„ Deo, ejuſque Genitrici præconium & magnificentia, & Sanctis ejus honorifica
„ commemoratio, Amen.

Et fol. 246. a tergo. ܐܠܦܢܐ ܘܡܠܦܢܘܬܐ ܕܐܘܪ̈ܬܐ ܩܕܝ̈ܫܬܐ ܕܐܬܬ ܡܢ ܦܘܡܐ ܕܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ

ܩܢܘܡܐ ܚܕ ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ ܕܠܗ ܫܘܒܚܐ ܘܥܠܝܢ ܪ̈ܚܡܘܗܝ ܠܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ. ܐܫܬܠܡ ܘܐܫܬܟܠܠ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܕܐܢܐܦܘܪ̈ܐ ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܫܒܥܡܐܐ ܘܬܫܥܝܢ ܘܚܡܫ ܕܝܘ̈ܢܝܐ. ܒܝܘܡ̈ܝ ܐܒܗ̈ܬܐ ܩܕܝ̈ܫܐ ܡܪܝ ܐܝܓܢܐܛܝܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ ܕܣܘܪܝܐ ܘܕܝܘܚܢܢ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܡܪܝ ܐܒܪܗܡ ܡܦܢܐ. ܘܐܬܟܬܒ ܒܕܝܪܐ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܕܒܡܕܒܪܐ ܕܐܣܩܝܛ ܕܡܬܝܕܥ ܕܣܘܪ̈ܝܝܐ ܕܠܘܩܒܠ ܕܝܪܐ ܕܐܒܐ ܦܫܘܝ ܕܪܝܫܐ ܕܝܠܗ ܐܒܐ ܕܝܠܢ ܡܪܝ ܩܘܪܝܩܘܣ " Ad honorem & gloriam Sanctæ Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti, unius Dei veri, cui laus, & ſuper nos miſericordia ejus in ſecula, Amen. Abſolutus & perfectus eſt liber iſte Anaphorarum Anno Gæcorum 1795. diebus Sanctorum Patrum, Ignatii Patriarchæ Antiochiæ Syriæ, & Johannis Alexandriæ, *&c.* Exaratus autem fuit in Monaſterio Deiparæ in deſerto Scetenſi, quod Syrorum dicitur, eſtque juxta Abbatis Peſois Monaſterium, cui præeſt Pater noſter Cyriacus, *&c.*

XXVII.

Codex bombycinus in 4. foliis conſtans 62. partim Syriacis recentioribus, partim Latinis literis & ſermone exaratus, inter Codd. Syriacos Vaticanos olim Quintus decimus; ubi continentur.

1. *Ordo Baptiſmi, Severo auctore*, a Melchiſedeco Presbytero Syro-Jacobita ex libro, Antuerpiæ an. 1572 per Guidonem Fabricium Boderianum impreſſo, Syriace & Latine ad literam deſcriptus, hocce præfixo titulo: *Divi Severi Alexandrini quondam Patriarchæ, de Ritibus Baptiſmi, & Sacræ Synaxis apud Syros Chriſtianos receptis, Liber, nunc primum in lucem editus, Guidone Fabricio Boderiano exſcriptore & interprete*. Conſequitur Epiſtola Dedicatoria ad Petrum Daneſium Epiſcopum Vaurenſem; cujus initium: *Cum ſuperioribus annis Antuerpiæ agerem* &c. *Lutetiæ Pariſiorum* 17. *Januarii, anno a Salute mortalibus reſtituta* 1572. a fol. 2. ad fol. 4. Inde vero incipit Ordo Baptiſmi, hiſce verbis. ܬܘܒ ܒܚܝܠܐ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܡܣܬܡܟܝܢܢ ܘܟܬܒܝܢܢ ܛܟܣܐ ܕܥܡ̈ܕܐ ܩܕ̈ܝܫܐ ܕܛܟܣܗ ܡܪܝ ܩܕܝܫܐ ܣܘܝܪܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ. ܘܩܕܡܝܬ ܨܠܘܬܐ ܕܫܘܪܝܐ. ܐܫܘܐ ܠܢ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܐܚܝܕ ܟܠ ܕܒܕܟܝܘܬܐ *Rurſum virtute Trinitatis innitimur, & deſcribimus Ordinem Baptiſmatum ſanctorum, quæ ordinavit Dominus meus Sanctus Severus Patriarcha. Primumque precationem principii. Dignos nos effice Domine Deus omnipotens, ut cum puritate*. Ita Boderianus, qui in multis fallitur. Ac primo Severum hujus Ordinis authorem, Monophyſitarum Anteſignanum, *Sanctum* vocat. Secundo, eundem Severum, qui Antiochenæ incubavit Eccleſiæ, *Alexandrinum* Patriarcham facit. Tertio demum pleraque verba tam Syriaci textus, quam Latinæ interpretationis invertit atque depravat. Quam ob rem editus a Boderiano Liber, & quæ ex eodem deſumta ſunt, exemplaria nihili habenda cenſemus. Ad calcem Ordinis Baptiſmi fol. 47. hæc adpoſita eſt epigraphe, quam Boderianus Latine non edidit. ܫܠܡ ܛܟܣܐ ܚܬܝܬܐ ܕܥܡܕܐ ܒܐܝܕܝ ܥܒܕܐ ܡܚܝܠܐ ܘܚܛܝܐ ܡܠܟܝܙܕܩ ܡܢ ܚܨܢܐ ܕܟܐܦܐ *Abſolutus eſt adcuratus Ordo Baptiſmi, per ſervum humilem & peccatorem Melchiſedecum ex caſtro Cepha*.

2. *Ordo Miſſæ Syriacæ*, cum Latina interpretatione ejuſdem Guidonis Fabricii Boderiani. Incipit, fol. 47. a tergo. ܬܘܒ ܟܬܒܝܢܢ ܛܟܣܐ ܚܬܝܬܐ ܕܩܘܪܒܢܐ. ܩܕܡܝܬ ܕܝܢ ܡܫܒܚ ܟܗܢܐ ܘܐܡܪ. ܫܘܒܚܐ ܠܐܒܐ ܘܠܒܪܐ *Rurſum ſcribimus Ordinem accuratiſſimum Oblationis. Primum autem Sacerdos laudat, ac dicit. Gloria Patri* &c. Quæ verba in editione Antuerpienſi pag. 131. Boderianus deſiderari adfirmat, ea in noſtro Codice integra habentur, fol. 61. a tergo, manu præfa-

præfati Melchiſedeci reſtituta, quem Romæ anno Chriſti 1593. claruiſſe, ex ipſius epigraphe, ſuperiori Codici X. adjecta, oſtendimus.

XXVIII.

CODEX in fol. bombycinus, foliorum 49. Syriacis recentioribus literis exaratus, inter Codd. Syriacos Vaticanos olim Vigeſimus nonus. Ibi continetur,

MISSALE Syriacum, juxta Ritum Eccleſiæ Antiochenæ Maronitarum, initio, medio, & fine mancum. Videlicet.

1. *Ordo Miſſæ*, una cum *Anaphora*, ſeu *Liturgia S. Petri Apoſtolorum Principis*, cujus exordium: [illegible] *Confirma Domine in cordibus noſtris, & planta, & funda in animabus noſtris*. Deeſt initium. Incipit autem hic Codex ab iis verbis, [illegible] *Tibi enim Domine nota ſunt & cognita eorum nomina*. In hac Anaphora, notandum eſt, Conſecratoria verba paullo diverſa ab aliis eſſe: nam ad Chriſtum diriguntur a celebrante, & Panis dicitur Chriſti Corpus. Ea verba tam ex hoc, fol. 3. quam ex ſequenti Syriaco Codice, fol. 5. accipe. [illegible] " Paſſionis tuæ Domine memoriam peragimus, quemadmo-
" dum nos docuiſti: In ea enim nocte, in qua crucifixoribus tradebaris, acce-
" piſti Domine Panem in puras & ſanctas manus tuas, & elevatis oculis tuis in
" cœlum ad glorioſum Patrem tuum, benedixiſti ✝ ſignaſti ✝ & conſecra-
" ſti ✝ Domine, fregiſti & dediſti diſcipulis tuis beatis Apoſtolis, dicens eis;
" Hic Panis eſt Corpus meum, quod pro vita mundi frangitur & traditur, &c. "
Præterea Invocatio Spiritus Sancti fol. 4. in hæc verba exprimitur. [illegible] " Ut
" per ſuum illapſum oſtendat Panem quidem hunc, Corpus Chriſti Dei no-
" ſtri. Diaconus. Amen. Sacerdos. Et quod miſtum eſt in hoc calice, cre-
" damus Sanguinem ejuſdem Chriſti Dei noſtri. Diaconus. Amen. " Quæ tamen verba in ſequenti Codice deſiderantur.

2. *Anaphora S. Johannis Evangeliſtæ*; cujus initium ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܚܣܝܢܐ *Domine Deus fortis*. Deſunt priores Precationes uſque ad Commemorationem Regum, quæ incipit fol. 8. [illegible] *Memento Domine Regum fidelium, & ſume arma & ſcutum*. Huic Anaphoræ, a fol. 10. ad fol. 13. Subjungitur *Ordo Miſſæ*, cum ab impreſſis, tum ab aliis manuſcriptis diverſus.

3. *Anaphora S. Xyſti Papæ Romani*: cujus initium ܫܝܢܐ ܘܫܠܡܐ *Tranquillitatem & pacem*. Deſunt priores Precationes uſque ad Commemorationem Regum, quæ incipit fol. 14. [illegible] *Et eos, qui turres intellectualis tuæ Sion circumdant*.

4. *Anaphora Duodecim Apoſtolorum*. Initium, fol. 15. a tergo ܡܪܝܐ ܡܪܚܡܢܐ ܘܩܕܝܫܐ [illegible] *Domine miſericors & ſancte, qui*

per

per unigenitum filium tuum menſam hanc ſpiritualem nobis præparaſti . Eſt diverſa ab impreſſis Syriacis , & Latinis .

5. *Anaphora S. Maruthæ* , cujus initium : ܐܠܗܐ ܛܒܐ ܒܟܝܢܐ *Deus natura bone* . Deſunt priores Precationes uſque ad Præfationem ad *Sanctus* , quæ incipit fol. 21. ܠܗܘ ܕܡܫܒܚܝܢ ܘܡܗܠܠܝܢ ܘܣܓܕܝܢ ܘܡܪܘܡܝܢ ܟܠܗܝܢ ܒܪ̈ܝܬܐ *Quem glorificant, laudant , adorant & exaltant omnes creaturæ* . Commemorantur in hoc Codice , fol. 23. a tergo , *Maruthas* , *Philoxenus* , *Anthimus* , *Petrus & Jacobus* : in Codice vero ſequenti , fol. 85. a tergo , *S. Maro Patriarcha* , *Philoxenus* , *Anthimus* , *Petrus & Jacobus* . Unde liquet , Maronitam horum Codicum Scriptorem Sacra profanis miſcere , & verbis , ſi non ex animo , Jacobitarum anteſignanos colere : quod etiam colligitur ex *Sancti* titulo , quo Jacobitas Anaphorarum authores , tam in hoc , quam in ſequenti Codice exornat .

6. *Anaphora* Anonymi . Deſiderantur priores Precationes uſque ad Præfationem ad *Sanctus* , quæ incipit fol. 27. ܡܫܒܚܝܢ ܠܟ ܡܪܝܐ ܡ̈ܫܪܝܬܐ ܕܡܠܐ̈ܟܐ ܘܠܓܝܘ̈ܢܐ ܕܪ̈ܝܫܝ ܡܠܐ̈ܟܐ ܘܟܢ̈ܫܐ ܕܚܝ̈ܠܘܬܐ ܠܐ ܗܘ̈ܠܢܝܐ *Laudant te Domine agmina Angelorum , legiones Archangelorum , cœtus Virtutum immaterialium* . Huic Anaphoræ ſubjungitur *Ordo Miſſæ* , a fol. 29. uſque ad fol. 32. a tergo , ideſt a conſignatione Hoſtiæ , quæ fit ante Orationem Dominicam , uſque ad Abſolutionem . Deſunt nonnulla in fine .

7. *Anaphora S. Julii Romani Pontificis* ; cujus initium , ܐܠܗܐ ܐܒܐ ܐܚܝܕ ܟܠ . ܗܘ ܕܐܝܬܝܟ ܚܘܒܐ ܫܪܝܪܐ *Deus , Pater omnipotens , qui es vera caritas* . Deſunt duæ priores Precationes . Incipit autem fol. 33. a tertia Precatione : ܐܡܝܢܐܝܬ ܗܟܝܠ ܥܕܪ ܠܡܘܟܟܢ *Aſſidue itaque adjuva humilitatem noſtram* .

8. *Anaphora S. Euſtathii Antiocheni* , cujus initium : ܐܠܗܐ ܚܢܢܐ ܘܣܓܝ ܪ̈ܚܡܐ ܡܪܝܐ *Deus clemens & multum miſericors , Domine* . Deſunt priores Precationes uſque ad Secretam poſt Sanctus , quæ incipit fol. 37. ܩܘܕܫܐ ܬܠܝܬܝܐ ܡܩܪܒܝܢܢ ܠܟ ܐܠܗܐ ܐܒܐ *Trinam Sanctificationem offerimus tibi , Domine Pater* . Deeſt finis poſtremæ Benedictionis .

9. *Anaphora S. Jacobi fratris Domini* , cujus initium . ܐܠܗܐ ܕܟܠ ܘܡܪܐ *Deus omnium & Dominus* . Deſunt duæ priores Precationes , & initium tertiæ , quæ fol. 41. incipit ab iis verbis . ܡܬܟܫܦܝܢܢ ܠܛܝܒܘܬܐ ܕܝܠܟ *Et rogamus bonitatem tuam* . Deeſt hujus Anaphoræ finis , nimirum a Commemoratione Doctorum uſque ad finem .

10. *Anaphora Matthæi Paſtoris* , cujus initium : ܫܝܢܐ ܐܡܝܢܐ ܘܫܠܡܐ ܠܐ ܡܬܦܣܩܢܐ *Tranquillitatem perpetuam , & pacem non deficientem* . Deſunt priores Precationes uſque ad Invocationem Spiritus Sancti , quæ fol. 47. incipit . ܠܚܕܐ ܕܢܗܘܘܢ ܠܢ ܗܠܝܢ ܠܡܩܪܒܝܢ ܒܗܘܢ ܠܚܘܣܝܐ ܕܚܘ̈ܒܐ *Ut ſint nobis ipſa contigentibus in remiſſionem debitorum* . Deeſt finis hujus Anaphoræ , nimirum a Precatione , quæ Orationi Dominicæ ſubjungitur , incipitque . ܠܟܠܗܘܢ ܗܠܝܢ ܕܒ̈ܝܫܬܐ ܘܣܘܪ̈ܚܢܐ ܡ̈ܝܬܝܢ *Quæcumque mala & detrimenta afferunt* , uſque ad finem .

Is Codex , quem ad XV. Chriſti Seculum haud immerito referas , tineis adeo corroſus eſt , & conſumtus , ut pluribus in locis vix legi poſſit . Ex eo expreſſa fuit editio Miſſalis Chaldaici , quæ typis Mediceis anno 1592. prodivit .

X X I X.

Codex in fol. bombycinus, foliis conſtans 139. Syriacis recentioribus literis exaratus, inter Codices Ecchellenſes olim Quintus; quo continetur.

MISSALE Syriacum ad uſum Maronitarum, præfixo Indice Anaphorarum, ſeu Liturgiarum, quæ ibidem exhibentur; videlicet.

1. *Anaphora S. Petri Principis Apoſtolorum*, una cum Ordine Miſſæ [illegible] Initium, fol. 1. a tergo. [illegible] *Confirma Domine in cordibus noſtris*. Ordo autem Miſſæ incipit ab Oratione, quæ *Ante Pacem* dicitur.

2. *Anaphora Duodecim Apoſtolorum* [illegible] Init. f. 11. [illegible] *Domine Deus miſericors, qui per Filium tuum unigenitum*. Anaphoræ adjungitur *Ordo Miſſæ*, & ad calcem *Benedictiones*, ſeu *Abſolutiones* tum Syriacæ, tum Arabicæ, ſed literis Syriacis; quarum prima f. 17. [illegible] *Domine benedic nobis omnibus*. Secunda fol. 18. [illegible] *Rogamus te Domine Deus noſter*. Tertia, ibidem. [illegible] *Rogamus te Domine Deus noſter, auctor ſalutis noſtræ*.

3. *Anaphora S. Johannis Evangeliſtæ*. [illegible] Initium, fol. 18. a tergo. [illegible] *Domine Deus fortis*.

4. *Anaphora Xyſti Papæ Romani*. [illegible] Initium, fol. 23. [illegible] *Tranquillitatem & pacem & caritatem æternam*. In hac Anaphora verba Conſecratoria deſiderantur; ſic enim legitur fol. 23. a tergo. [illegible] *Qui quum ad ſalutarem paſſionem paratus eſſet, in pane, qui ab ipſo † benedictus † ſanctificatus † fractus, & Sanctis Apoſtolis diſtributus fuit, Corpus ſuum propitiatorium dedit nobis in vitam ſeculi ſeculorum, Amen. Similiter & in calice, qui ab eodem ſignatus † ſanctificatus † † & traditus fuit iiſdem Sanctis Apoſtolis, Sanguinem ſuum propitiatorium dedit nobis in vitam ſeculi ſeculorum*. Hoc idem vitium occurrit in Codice Syriaco XXV. fol. 274. a tergo; ubi non ſecus, ac in iſto Codice, omittuntur verba Chriſti non minus ad conſecrationem Panis, quam ad conſecrationem Calicis. Qua de re vide Renaudotium Tom. 2. Lit. Orient. pag. 145. qui tamen pag. 135. ex aliis manuſcriptis verba, quæ deerant, adſcripſit. Poſt Xyſti Anaphoram, fol. 25. ſubjungitur *Abſolutio*, quæ incipit. [illegible] *Benedic nos omnes, cuſtodi nos omnes, protege nos omnes*.

5. *Anaphora Petri Principis Apoſtolorum*. [illegible] Incipit, fol. 26. [illegible] *Deus pacis & Dominus tranquillitatis*. In hac quoque Anaphora deſunt verba Chriſti ad conſecrationem Panis, & Vini: ſic enim fol. 26. a tergo habetur: [illegible] *Quumque vellet guſtare mortem pro nobis, & Paſcha veſpere perficere, accepit panem in*

manus ſuas † † *& ſanctificavit* † *& fregit, dedit agminibus Apoſtolorum, & dixit: Accipite, manducate ex eo in expiationem debitorum, & in remiſſionem peccatorum, & in vitam ſeculi ſeculorum, Amen. Similiter quum ex vino & aqua miſcuiſſet,* † *benedixit* † *ſanctificavit* † *& dixit: Accipite, bibite ex eo omnes in expiationem debitorum, & in remiſſionem peccatorum, & in vitam ſeculi ſeculorum, Amen.* Eadem fere leguntur in Codice XXV. fol. 234. omiſſis verbis Domini tam ſuper panem, quam ſuper calicem. Renaudotius hoc ipſum obſervat Tom. 2. Lit. Orient. pag. 160. *In pleriſque,* ſcilicet, *hujus Liturgiæ Codicibus Mss. tam illis, quos habuimus ex Bibliothecis Seguieriana & Colbertina, quam in illis, quos viderat Fauſtus Naironus, formam Verborum Chriſti ita concepi: Accipite & manducate in remiſſionem peccatorum, & vitam æternam. Et in forma Calicis benedicendi: Accipite & bibite ex eo vos omnes, in remiſſionem peccatorum, & vitam æternam.* Ipſe tamen Renaudotius nactus eſt Codicem manuſcriptum, ex quo Verba Chriſti diſerte expreſſit pag. 156.

6. *Anaphora Dionyſii Metropolitæ Amidæ*, cognomento *Barſalibi*. [Syriac text] Initium, fol. 29. [Syriac text] *Caritatem, & concordiam, & tranquillitatem perfectam concede nobis*. Vide Cod. XXV. fol. 277. a tergo. In hac etiam Liturgia deſunt verba Chriſti: iiſque, fol. 29. hæc ſufficiuntur. [Syriac text] *Quum autem ad ſalutarem paſſionem ſe prepararet, accepit Panem* † *& benedixit* † *& ſanctificavit* † *& fregit, & ſuum ipſe ſanctum Corpus vocavit in vitam æternam ſumentibus ipſum. Populus. Amen. Sacerdos. Et Calicem, quem ex vino & aqua miſcuit* †, *& benedixit* †, *& ſanctificavit* † *eumque perfecit ſuum pretioſum Sanguinem in vitam æternam ſumentibus ipſum in ſecula*. Id ipſum legere eſt in Cod. XXV. f. 278. Ubi hæc de conſecratione Calicis. [Syriac text] *Et calicem, quem ex vino & ex aqua miſcuit,* † *benedixit* † *ſanctificavit* † *& ſuum pretioſum ſanguinem perfecit in vitam æternam ſumentibus ipſum*. Quem defectum obſervat etiam Renaudotius Tom. 2. Lit. Orient. pag. 454.

7. *Anaphora S. Johan. Chryſoſtomi*. [Syriac text] Incip. fol. 31. a t. [Syriac text] *Deus magne & æterne, qui es tranquillitas & pax*. Edita Renaud. Tom. 2. Lit. Orient. p. 256. Eadem in Cod. XXV. f. 269. exſtat ſub nomine *Johannis Epiſcopi Haran, Haboræ & Niſibis*: quod & Renaudotius animadvertit Tom. cit. pag. 254. & 260.

8. *Anaphora Johannis Patriarchæ Antiochiæ Syriæ*. [Syriac text] Incipit, fol. 34. [Syriac text] *Fons caritatis, & ſcaturigo bonitatis, Domine, inſere, & funda in animabus noſtris caritatem & concordiam*.

9. *Anaphora S. Julii Patriarchæ Romani*. [Syriac text] Incipit, fol. 36. a tergo. [Syriac text] *Deus Pater omnipotens, qui es caritas vera & largitor vitæ & tranquillitatis*. Edita Renaudotio Tom. 2. Lit. Orient. pag. 227.

10. *Anaphora S. Euſtathii Patriarchæ Antiocheni*. [Syriac text] Incipit, fol. 40. a tergo. [Syriac text]

ܡܪܝܐ ܗܘ ܕܠܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܦܘܠܓܐ ܩܪܝܢ ܠܟ *Deus clemens, & multum miſericors Domine, qui eos, qui te ſine bæſitatione invocant.* Edita Renaudotio Tom. 2. Lit. Orient. pag. 235.

11. *Anaphora S. Marci Evangeliſtæ.* ܐܢܦܘܪܐ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܡܪܩܘܣ ܡܣܒܪܢܐ ܐܚܝܕ ܟܠ Incipit, fol. 44. ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܐܚܝܕ ܟܠ *Domine Deus omnipotens*, Vide Cod. XXV. fol. 245. Commemorantur inter Doctores, fol. 47. a tergo, Ignatius, Dionyſius, Clemens, Marcus & Paulus. Conſule Renaudotium Tom. 2. pag. 176.

12. *Anaphora Philoxeni Mabugenſis.* ܐܢܦܘܪܐ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܦܝܠܘܟܣܝܢܘܣ ܘܡܒܘܓܝܐ Incipit, fol. 49. a tergo ܐܠܗܐ ܢܘܗܪܐ ܕܟܠ ܘܚܝܐ *Deus omnium lux, & vita.* Edita Renaudotio Tom. 2. Lit. Orient. pag. 301. eſtque prima inter duas Philoxeni Liturgias. In Codice noſtro fol. 50. deeſt conſecratio Calicis; hæc enim conſecrationi Panis fol. 50. adnectuntur: ܗܕܐ ܦܩܕ ܘܙܗܪ ܐܢܘܢ ܕܟܠ ܐܡܬܝ ܕܓܡܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܐܪ̈ܙܐ ܗܠܝܢ *Hoc præcepit, & admonuit eos: Quotieſcumque Myſteria hæc perfeceritis*, &c. Verba autem conſecratoria Panis paullulum etiam ab iis differunt, quæ edidit Renaudotius Tom. cit. pag. 302. Ex quo colligitur, defectus & diſcrimina hujuſmodi ex librariorum oſcitantia, non ex certo authorum conſilio ut plurimum oriri.

13. *Anaphora S. Jacobi fratris Domini.* ܐܢܦܘܪܐ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܝܥܩܘܒ ܐܚܘܗܝ ܕܡܪܢ Incipit, fol. 53. a tergo. ܐܠܗܐ ܡܪܐ ܕܟܠ *Deus univerſorum Domine.* Vide Cod. XXV. fol. 47. Animadvertenda eſt autem amanuenſis oſcitantia, qui in verbis Domini, pro particula ܓܝܪ, quæ Græcis eſt γάρ, & ſignificat cauſalem *Nam*, ſæpe obtrudit particulam ܕܝܢ, quæ eſt Græcorum adverſativa δὲ, *autem*, *vero*. Sic enim habet fol. 55. ܘܝܗܒ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ ܩܕܝܫܐ ܫܠܝܚܐ ܟܕ ܐܡܪ. ܣܒܘ ܐܟܘܠܘ ܡܢܗ ܟܠܟܘܢ. ܗܢܐ ܕܝܢ ܐܝܬܘܗܝ ܦܓܪܝ ܕܚܠܦ ܣܓܝܐܐ ܡܬܩܨܐ ܘܡܬܝܗܒ ܠܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗܐ ܘܠܚܝܐ ܕܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ *Deditque diſcipulis ſuis Sanctis Apoſtolis, dicens. Accipite, manducate ex hoc omnes: Hoc* δὲ*, autem eſt Corpus meum* (Deeſt ܕܚܠܦܝܟܘܢ Quod pro vobis) *& pro multis frangitur & traditur in remiſſionem peccatorum, & in vitam ſeculi ſeculorum.* Et in conſecratione Calicis ibid. ܣܒܘ ܐܫܬܘ ܡܢܗ ܟܠܟܘܢ. ܗܢܐ ܕܝܢ ܐܝܬܘܗܝ ܕܡܐ ܕܝܠܝ ܕܕܝܬܩܐ ܚܕܬܐ. ܗܘ ܕܚܠܦܝܟܘܢ ܘܥܠ *Accipite, bibite ex eo omnes. Hic* δὲ*, vero eſt Calix Sanguis meus novi Teſtamenti, qui pro vobis*, &c. At in Cod. XXV. f. 49. a t. legitur. ܣܒܘ ܐܟܘܠܘ ܡܢܗ. ܗܢܐ ܕܝܠܝ ܐܝܬܘܗܝ ܦܓܪܐ ܗܘ ܕܚܠܦܝܟܘܢ ܘܚܠܦ ܣܓܝܐܐ ܘܫܬ. ܣܒܘ ܐܫܬܘ ܡܢܗ ܟܠܟܘܢ. ܗܢܐ ܕܝܠܝ ܐܝܬܘܗܝ ܕܡܐ ܕܕܝܬܩܐ ܚܕܬܐ ܗܘ ܕܚܠܦܝܟܘܢ ܘܥܠ *Accipite, manducate ex eo. Hoc meum eſt Corpus, quod pro vobis & pro multis*, &c. *Accipite, bibite ex eo omnes*, &c. *Hic meus eſt Sanguis novi Teſtamenti, qui pro vobis*, &c. Hoc ipſum in aliis quoque Anaphoris cernere eſt, ab eodem amanuenſi conſpurcatis: ſed & in Miſſali Chaldaico impreſſo Romæ anno 1592. in quo omnes Liturgiarum Syriacæ formæ ad Romanam ſunt reformatæ; & pro ܗܢܐ ܓܝܪ ܐܝܬܘܗܝ ܦܓܪܝ ܕܝܠܝ *Hoc eſt enim Corpus meum*, perperam ubique legitur ܗܢܐ ܕܝܢ *Hoc eſt autem*: ſimiliter pro ܗܢܐ ܓܝܪ ܐܝܬܘܗܝ ܟܣܐ ܕܕܡܝ *Hic eſt enim calix Sanguinis mei*, ſubſtituitur ܗܢܐ ܕܝܢ *Hic eſt vero*. Ad calcem hujus S. Jacobi Anaphoræ f. 60. hæc Adnotatio a calligrapho adpoſita eſt ܢܫܟܚ ܪܚܡܐ ܡܟܝܟܐ ܘܚܛܝܐ ܕܛܢܦ ܐܠܝܢ ܟܬܒܐ ܝܡܝܢ ܕܘܝܐ ܘܣܟܠܐ ܗܘ *Miſericordiam conſequatur humilis & peccator, qui haſce literas conſpurcavit, Jaminus miſer & inſipiens.* Eandem Epigraphen Anaphoræ Maruthæ ſubjunctam fol. 87. a tergo reperias.

14. *Anaphora S. Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini.* ܐܢܦܘܪܐ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܩܘܪܝܠܘܣ ܪܫ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܩܕܝܫܐ Incipit fol. 60. ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܡܣܝܒܪܢܐ ܩܕܝܫܐ

[illegible] *Domine Deus miſericors, & ſancte, & omnipotens*. Vide Cod. XXV. fol. 275. Sed in noſtro Codice alii Doctores fol. 64. a tergo memorantur; videlicet, Ignatius, Dionyſius, Julius, Athanaſius, Baſilius, Cyrillus, Patriarcha Petrus.

15. *Anaphora Lazari Bar-Sabtæ, Epiſcopi Babylonis*. [illegible] Incipit fol. 67. [illegible] *Deus, qui es mare tranquillitatis*. Vide Cod. XXVI. fol. 218. Eadem utrobique eſt forma Conſecrationis Calicis.

16. *Anaphora S. Jacobi Epiſcopi Batnarum Sarugi, Doctoris Œcumenici*: [illegible] Incipit fol. 73. [illegible] *Deus Pater, qui es tranquillitas infinita*. Vide Cod. XXV. fol. 160.

17. *Anaphora S. Maruthæ Metropolitæ Tagritenſis*. [illegible] Incipit fol. 81. a tergo [illegible] *Deus natura bone*. Vide Cod. XXVI. fol. 150. a tergo. In Invocatione Spiritus Sancti, Corpus Chriſti dicitur in hac Anaphora, *Panis ſimplex*, & Sanguis Chriſti, *Vinum ex aqua miſtum*, fol. 83. a tergo. [illegible] *Et panem hunc ſimplicem convertat & perficiat Corpus, quod pro nobis immolatum fuit* &c. [illegible] *Et Panem*, corrige [illegible], *Et Vinum miſtum, quod eſt in hoc calice, covertat & perficiat Sanguinem, qui pro nobis effuſus eſt*, &c. Hæc eadem verba habentur in Codice, quo uſus eſt Renaudotius Tom. 2. Lit. Orient. pag. 264. Sed in ſuperiori Codice Syriaco XXVI. fol. 155. a tergo, deeſt epitheton [illegible] *Simplex*, quod Pani adjungitur in aliis exemplaribus. Similiter in conſecratione Panis, tam in noſtris, quam in aliis Codicibus, dicitur Chriſtus accepiſſe in manus, [illegible] *Panem Fermentatum*, illumque benedixiſſe & conſecraſſe, ac dixiſſe: *Hoc eſt Corpus meum*: & in conſecratione Calicis, *Vinum accepiſſe, & illud juſta proportione aqua miſcuiſſe*, [illegible] *benedixiſſe, & dixiſſe*: *Hic eſt Sanguis meus*. Quæ verba, ut Renaudotius pag. 273. obſervat, *novitatis, aut interpolationis notam præferunt*. *Nam Maruthæ ætate de Azymo & Fermentato controverſia nulla erat*. Hoc verum eſſet, ſi ad S. Marutham hæc Anaphora referretur, qui ſub Theodoſio Imp. claruit. At vero propius eſt, authorem iſtius Liturgiæ Marutham alterum eſſe, qui Maphrianus Orientis atque Tagritenſis Jacobitarum Catholicus fuit, & anno Græcorum 960. Chriſti 649. die 2. Maji obiit, quemadmodum ex Gregorii Barebræi Chronico Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 419. & ſeq. adnotavimus. Eo ſiquidem tempore Jacobitas inter & Armenios de Azymo & Fermentato, deque Aqua in Sacrificio Miſſæ Vino miſcenda jam fuerat mota diſceptatio, cujus etiam meminit Jacobus Edeſſenus in Sermone adverſus Armenios, quem in Catalogo noſtro Biblioth. Palatinæ Mediceæ Cod. Syr. LXII. protulimus. Deceſſit autem Jacobus anno Chriſti 708. ut ex eodem Gregorio Barebræo Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 337. admonuimns.

18. *Anaphora Thomæ Germaniciæ*. [illegible] Init. f. 87. a t. [illegible] *Ens æternum & abſconditum, quod in ſua eſſentia manet*. Edita Renaud. Tom. 2. Lit. Orient. p. 383. ſub nomine Thomæ Heracleenſis: qui idem eſt ac Thomas Germaniciæ. In hac Anaphora deſunt verba Chriſti tam in conſecratione Panis, quam Vini: ſic enim fol. 88. legi-

[illegible] legitur : [illegible]
Convenienter & vere univit ſibi formam ſervi, ut in ea perficeret quæ futura erant generi noſtro. Accepit Panem in ſanctas manus ſuas † & benedixit † & ſanctificavit † & fregit, deditque diſcipulis ſuis, dicens. Accipite, manducate ex eo omnes, in remiſſionem peccatorum, in vitam æternam. Populus. Amen. Sacerdos. Similiter & Calicem miſcens ex vino † & aqua † benedixit † ſanctificavit, deditque Sanctis Apoſtolis, dicens. Accipite, bibite ex eo omnes, in expiationem debitorum & in vitam æternam. In Codice, quo uſus eſt Renaudotius, idem verborum defectus occurrit; ſed ibi Panis & Vini conſecratio uno tenore exprimitur, ſic: *Accepit panem & vinum, benedixit † ſanctificavit † fregit † deditque Apoſtolis ſuis dicens: Accipite, utimini, & ita facite.* Uno quoque tenore exhibetur Invocatio Spiritus Sancti ſuper Hoſtiam & Calicem, ibidem pag. 385. *Largitorem illum bonum: ut illabens faciat panem iſtum & vinum iſtud, Corpus & Sanguinem Chriſti Dei noſtri.* Verum in noſtro Codice, fol. 88. a tergo, Invocatio ſuper Hoſtiam ſeparatim ab Invocatione ſuper Calicem legitur in hæc verba: [illegible] *Largitor ille bonus, ut illabens faciat Panem hunc † Corpus † Chriſti † Dei noſtri. Populus. Amen. Sacerdos. Miſtum in hoc calice faciat † Sanguinem † Chriſti † Dei noſtri.*

19. *Anaphora Matthæi Paſtoris.* [illegible] Initium fol. 91. [illegible] *Tanquillitatem perpetuam, & pacem non interruptam.* Vide Cod. XXV. fol. 264. In conſecratione Panis, pro, *Hoc eſt Corpus meum*, heic dicitur fol. 91. a tergo, [illegible] *Hæc eſt Caro mea.* In conſecratione vero Calicis, verba Domini omittuntur: ſic enim legitur. [illegible] *Similiter & calicem vitæ, temperate miſtum genimine vitis & aqua, accepit, † gratias egit † benedixit † ſanctificavit † commendavitque etiam Myſterio ſuo initiatis, monuitque eos omnes, ut ex eo participarent, quodque in illo ſalus ipſum bibentibus eſſet, declaravit, quum eo uterentur in conſcientia pura, ad expiationem debitorum,* &c. Ibidem dicitur Chriſtus accepiſſe in manus & conſecraſſe Panem Fermentatum: [illegible] *Quumque Teſtamentum novum tradere vellet, Panem Fermentatum, in quo myſterium vitæ tegitur, accepit, & intentis in Patrem oculis, gratias egit, & benedixit,* &c. Quæ omnia indicio ſunt, apud antiquos Jacobitas quæſtionem de Azymo & Fermentato diu ante exarſiſſe, quam inter Græcos & Latinos: idque etiam Maruthæ Tagritenſis, & Jacobi Edeſſeni ſupra relatis verbis confirmatur: adeoque non eſt audiendus Renaudotius, dum in Notis ad hunc Matthæi Paſtoris locum pag. 353. ſcribit, Johannem Ebn-Borlanum Medicum Bagdadenſem fuiſſe primum, qui poſt exortam, Conſtantini Monomachi & Michaelis Cerularii temporibus circa annum Chriſti 1053. de

Digitized by Google

de Azymo & Fermentato inter Latinos & Græcos controverſiam, pro Michaele Patriarcha adverſus Latinos Tractatum edidit: antea nullius de hoc argumento operis apud Orientales memoriam fuiſſe. At palinodiam utique ceciniſſet Renaudotius, ſi quos in Bibliotheca Palatina Medicea ſe vidiſſe teſtatur, libros Orientales adcuratius inſpexiſſet: in iis enim diſerta eſt Jacobi Edeſſeni, octavi Seculi authoris, Epiſtola Syriaca adverſus Armenios, quos idcirco redarguit, quod Azymis, non Fermentato in Euchariſtia uterentur:

20. *Anaphora S. Johannis Patriarchæ Maronitarum*, cognomento *S. Maronis, Doctoris Eccleſiæ*. [illegible] Ad oram tituli hæc ab amanuenſi adnotantur fol. 94. Arabico quidem ſermone, ſed literis Syriacis. [illegible] *Quicumque Sacerdos hac Liturgia uſus fuerit in die commemorationis hujus Sancti, quæ nona Februarii peragitur, ſors ejus & pars eſto eum duodecim Domini noſtri Diſcipulis: item quiſquis eandem Liturgiam audiverit; dixit enim eis: Sedebitis ſuper ſedes duodecim*. Incipit autem fol. 94. a prima Oratione, quæ Ante Pacem dicitur. [illegible] *Coram te, Rex Regum & Domine dominantium, adoramus*. Deſinit fol. 103. a tergo in hanc epigraphen, [illegible] *Explicit Anaphora S. Johannis Patriarchæ Maronitarum, qui adpellatur S. Maro, cujus preces nobiſcum ſint. Amen*.

21. *Anaphora S. Gregorii Theologi*. [illegible] Incipit fol. 103. a tergo: [illegible] *Domine Deus beatiſſime*. Vide Cod. XXV. fol. 100.

Benedictio in fine Miſſæ Arabica, literis tamen Syriacis, fol. 113. [illegible] *In nomine Patris & Filii*, &c.

Orationes Arabicæ literis item Syriacis, dicendæ initio Miſſæ; quarum prima, fol. 114. [illegible] *Deus, rogo te, ut me dignum efficias*. Altera ibid. [illegible] *Supplex te rogo, Deus*.

22. *Ordo Miſſæ Syriacæ*, juxta Ritum Maronitarum, hocce titulo diſtinctus. [illegible] *Ope ſanctæ & conſubſtantialis Trinitatis, ſcribo Ordinem Miſſæ ab initio*. Incip. f. 115. [illegible] *Ego confiteor Deo, & Angelis ejus*, &c. Eſt ab edito in Miſſali Chaldaico paullo diverſus. Producitur autem ab initio Miſſæ uſque ad initium Anaphoræ: nam ab Anaphora ad finem Miſſæ altera Ordinis pars deſcripta eſt in hoc Codice unacum Liturgia S. Petri, a fol. 1. ad fol. 11. Sunt vero in iſto Ordine Prooemia, & Lectiones Evangelicæ, quæ ſequuntur.

Prooemium 1. metro Ephræmitico, fol. 119. [illegible] *Gloria Trinitati exiſtenti ab æterno*. Alterum fol. 119. a tergo, eodem metro. [illegible] *Suſcipere Domine digneris Sacrificium iſtud de manibus noſtris*. Tertium eodem metro, fol. 120. a tergo. [illegible] *Laudem, gratiarum actionem, decus & magnificientiam attollamus Trinitati in ſeculum ſeculorum, Amen. Ei, qui preces exaudit, Jeſu fonti bonorum*. Quartum eodem metro, fol. 121. [illegible] *Adoramus te, clemens, qui pro nobis oblatus es*. Quintum

eodem

Digitized by Google

eodem metro fol. 122. [illegible] *Laus Trinitati, quæ tribus nominibus adpellatur*. Sextum metro Jacobitico, i ieſt dodecaſyllabo fol. 123. [illegible] *Ens abſconditum, quod Vigiles in excelſis glorificant, & ſupernæ abſconditæ Virtutes ſanctificant*. Septimum eodem metro, fol. 123. a terg. [illegible] *Te, Domine, nunc invocamus nos debitores*. Octavum eodem metro, fol. 124. a tergo. [illegible] *Laudem, decus, & honorem attollamus omnes Patri, & Filio & Spiritui Sancto, uni Deo*. Nonum eodem metro, fol. 130. [illegible] *Unigenite, qui per aures benedictæ ingreſſus, in ejus ſinu inhabitaſti, & corpus ex ipſius membris induiſti*. Decimum metro Ephræmitico, fol. 131. [illegible] *Gaudeat fidelis Eccleſia*. Undecimum metro Jacobitico, fol. 132. a tergo, [illegible] *Excitabo citharam meam, ut canam, fratres*. Duodecimum metro Ephræmitico de XII. Apoſtolis & LXX. Diſcipulis, quorum nomina recenſet a fol. 135. ad fol. 136. Initium. [illegible] *Symmyſtæ Verbi Dei mei*.

Evangelicarum autem Lectionum prima ex Johanne incipit fol. 126. a t. [illegible] *In illo tempore reſpondens autem Jeſus dixit eis: Amen, amen dico vobis: quæritis me, non quia ſigna vidiſtis*. Altera ex Johanne Cap. 16. fol. 127. [illegible] *Amen, amen dico vobis: qui credit in me*. Tertia ex Luca pro Deipara, Cap. 28. fol. 127. a tergo. [illegible] *Nemo accendit lucernam*. Quarta ex Luca pro Martyribus, Cap. 43. ibid. [illegible] *Quumque conveniſſent myriades turbarum multarum*. Quinta ex Luca pro Apoſtolis, Cap. 29. fol. 128. [illegible] *Et vocavit Jeſus Duodecim ſuos, deditque eis virtutem & poteſtatem*. Sexta ex Johanne, Cap. 13. pro Defunctis, fol. 128, a tergo. [illegible] *Amen, amen dico vobis: non poteſt Filius quidquam facere a ſemetipſo*. Septima ex Matthæo pro Sacerdotibus, fol. 129. [illegible] *Quis eſt igitur ſervus fidelis*.

23. *Anaphora S. Ignatii Theophori, Diſcipuli Johannis Apoſtoli, & Archiepiſcopi Antiochiæ Syriæ*. [illegible] Incipit fol. 137. [illegible] *Deus Pater ſancte*. Eſt deſcripta manu recentiori. Vide Cod. XXV. fol. 192. a tergo.

Is Codex ſcriptus eſt Anno Chriſti 1539. ut hæc docent calligraphi verba, quæ Carſciunice, ſeu ſermone Arabico, literis tamen Syriacis, fol. 112. leguntur: [illegible] Abſolutus eſt hic benedictus

„ Li-

„ Liber Ordinis Miſſæ, per manus omnium hominum miſerrimi ac pec-
„ catoris Presbyteri Jamini, filii Salemi ex oppido Achel regionis Syriæ: ſcri-
„ pſit vero ipſum in oppido Ganblino in inſula Cypro ditionis Cyriniæ pro
„ ſeipſo, hoc eſt, in proprium uſum: inque eo continentur viginti quatuor
„ Anaphoræ: idque diebus Johannis Epiſcopi ex oppido Metoſci, & Domi-
„ ni Petri Patriarchæ in Monte Libano. Exaratus fuit anno Græcorum 1846.
„ Chriſti 1536. Sabbatho, die 19. Scebat, *Februarii*, benedicti. Quiſquis hunc
„ Librum legerit, & in mendum inciderit, ne, quæſo, in pauperem ama-
„ nuenſem invehatur, propter Dominum noſtrum Chriſtum, ſed pro ſua peri-
„ tia corrigat: omnis enim creatura eſt imperfecta: neque ullus perfectus
„ eſt præter ſolum Deum. „ Quum Jaminus dicat, in hoc Codice quatuor ſupra viginti Liturgias contineri, nec in Indice præter unam ſupra viginti habeantur, indicio eſt, vel ipſum in numero Liturgiarum erraſſe, vel tres inſuper Liturgias ad ejuſdem Codicis calcem addidiſſe, quæ inde exciderint. Rudem autem ipſum fuiſſe & imperitum tam in lingua Syriaca, quam in Arabica, colligitur ex infinitis propemodum mendis, quæ ubique occurrunt.

XXX.

Codex in 4. chartaceus, foliorum 16. Syriacis recentioribus literis elegantiſſime exaratus, inter Codd. Syriacos ex Oriente in Vaticanam Bibliothecam a nobis inlatos, olim Vigeſimus; quo continetur.

ܐܢܐܦܘܪܐ ܕܩܕܝܫܐ ܒܣܝܠܝܘܣ ܪܒܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܩܣܪܝܐ ܕܩܦܕܘܩܝܐ, ANAPHORA S. BASILII ARCHIEPISCOPI CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ. Incipit fol. 1. a tergo. ܐܠܗܐ ܗܘ ܕܠܥܠܡ ܗܘ ܕܒܪܝܬܝܗ ܠܐܢܫܐ ܥܠ ܠܐܡܝܘܬܘܬܐ i. e. *Deus æterne, qui hominem ad immortalitatem creaſti*. Edita ab Andrea Maſio, & iterum a Renaudotio Tom. 2. Liturg. Orient. pag. 548. Sed in noſtro Codice præter Syriacum textum, habetur e regione verſio Arabica, literis tamen Syriacis expreſſa, earum precum, quæ a Sacerdote elata voce dicuntur, authore *Gabriele Farahat* Monacho Antoniano Congregationis Montis Libani, hujuſce Codicis calligrapho, Viro Syriaci præſertim, & Arabici ſermonis peritiſſimo, qui ad Alepenſem Maronitarum Archiepiſcopatum a *Jacobo Petro Evodio* Patriarcha Antiocheno, patruo noſtro, promotus, qua vitæ ſanctitate, qua editis doctiſſimis elucubrationibus claruit. Ejus fit mentio in Catalogo Codd. Mss. Orientalium Bibliothecæ Regiæ Pariſienſis, Tom. 1. pag. 456. Cod. Arab. MCCXCV. in hæc verba: *Grammatica, omnes Arabicæ linguæ regulas, quod a nemine hactenus præſtitum, complectens, auctore Gabriele Pharraat, viro ſuæ ætatis eloquentiſſimo, Poëta inſigni, & qui vitæ ſanctitate Archiepiſcopatum Alepenſem adeptus eſt*.

Concordat hæc Liturgia cum ceteris Exemplaribus, quæ tam in Vaticana, quam in aliis Bibliothecis adſervantur; ſi quidem verba Conſecratoria excipias, quæ, uti in Miſſali Chaldaico, ad formam Romanæ Miſſæ adcommodantur. Is vero Codex deſcriptus eſt An. Chriſti 1714. teſte ejuſdem calligrapho, qui hanc adnotationem Carſciunicam fol. 16. a tergo adjecit: ܬܡ [illegible] [illegible] [illegible] „ Abſolu-
„ tum eſt hocce exemplar per iniquum peccatorem Gabrielem Farahat Mo-
„ na-

„ nachum Libaniotam in Monaſterio S. Antonii Cuzajæ Montis Libani: id- „ que die 17. menſis Niſan, *Aprilis*, anno Chriſti 1714. miſericordes mi- „ ſericordiam rogat. „

XXXI.

Codex in 8. bombycinus, foliis conſtans 172. recentioribus Syriacis literis exaratus, inter Codd. Syriacos, ex Oriente in Vaticanam Bibliothecam a nobis inlatos, olim Decimus nonus; ubi continetur,

MISSALÆ Syriacum ad uſum Eccleſiæ Antiochenæ Maronitarum; videlicet,

1. ܛܟܣܐ ܕܩܘܪܒ ܩܘܪܒܢܐ *Ordo Miſſæ*. Incipit fol. 1. ab hac Precatione Carſciunica, ſive Arabica charactere Syriaco expreſſa. ܡܘܩܕܡܗ ܩܒܠ ܐܠܩܕܐܣ ܐܠܠܗܡ ܐܢܬ ܕܐܒܠܐ ܩܒܠ ܢܘܪ ܡܒܕܥ usque ad lectionem Evangelicam. Cetera deſiderantur uſque ad Anaphoram.

2. *Anaphora Xyſti Papæ*. Incip. fol. 9. a Præfatione ad Sanctus. ܚܕܘܬܐ ܕܡܫܬܡܥܢܘܬܐ Vide Cod. XXV. fol. 273. a tergo. Deeſt itaque initium hujus Anaphoræ: cui in Codice noſtro conjungitur, *Ordo Miſſæ*, uſque ad finem.

Abſolutiones Carſciunicæ quatuor, fol. 26. quarum Prima incipit, ܝܐܪܒ ܪܚܡܐ ܢܥܡܐܠ Tertia. ܝܐܠܠܗ ܐܠܐܒ ܡܠܐܟ ܐܠܐܣܡܐ Secunda. ܡܣܝܚ ܡܥܒܘܕ ܐܠܩܕܝܣܝܢ. ܝܐܪܒ ܚܐܠܩ ܟܠ ܫܝ Quarta. ܘܐܠܐܫܝܐ cujus ad calcem commemorantur hi Sancti: Deipara Maria, Johannes Baptiſta, Antonius Monachorum Pater, Georgius, Sergius, Coſmas & Damianus, Demetrius (cujus corpus integrum dicitur) Lucius, Ephræm, Johannes Chryſoſtomus, Baſilius, Gregorius, & Sancta Oneſima filia Regum, quæ uſque ad diem Reſurrectionis vivere dicitur.

3. *Anaphora S. Johannis Evangeliſtæ & Theologi*. Initium fol. 31. ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܫܒܝܚܐ Vide Cod. XXV. fol. 238.

4. *Anaphora S. Petri Apoſtolorum Principis*. ܐܢܐܦܘܪܐ ܕܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ ܪܝܫ ܫܠܝܚܐ Incipit fol. 43. ܚܝܠ ܡܫܡܫܢ ܡܪܝܐ ܡܪܚܡܢܐ Altera. ܐܠܗܐ ܫܠܡܐ Vide Cod. XXV. fol. 233. & Cod. XXIX fol. 26. Sed in hoc Codice exſtant verba Chriſti conſecratoria. ܘܟܕ ܨܒܐ ܕܢܛܥܘܡ ܡܘܬܐ ܚܠܦܝܢ ܘܠܡܫܠܡܘ ܦܨܚܐ ܕܪܡܫܐ. ܢܣܒ ܠܚܡܐ ܥܠ ܐܝܕܘܗܝ ܩܕܝܫܬܐ ܘܒܪܟ ܘܩܕܫ ܘܩܨܐ ܘܝܗܒ ܠܓܘܕܐ ܕܫܠܝܚܐ ܩܕܝܫܐ ܘܐܡܪ. ܗܢܘ ܦܓܪܝ ܣܒܘ ܐܟܘܠܘ ܡܢܗ ܠܚܘܣܝܐ ܕܚܘܒܐ ܘܠܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗܐ ܘܠܚܝܐ ܕܠܥܠܡܝܢ. ܥܡܐ ܐܡܝܢ. ܟܗܢܐ. ܘܗܟܢܐ ܐܦ ܟܣܐ ܟܕ ܡܢ ܚܡܪܐ ܘܡܢ ܡܝܐ ܡܙܓ ܒܪܟ ܘܩܕܫ ܘܐܡܪ. ܗܢܘ ܕܡܝ. ܣܒܘ ܐܫܬܘ ܡܢܗ ܟܠܟܘܢ ܠܚܘܣܝܐ ܕܚܘܒܐ ܘܠܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗܐ ܘܠܚܝܐ ܕܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ *Quumque vellet guſtare mortem pro nobis, & Paſcha veſpere perficere, accepit panem in ſanctas manus ſuas, & benedixit, & ſanctificavit, fregit, deditque agminibus Sanctorum Apoſtolorum & dixit. Hoc eſt Corpus meum: accipite & manducate ex eo in expiationem debitorum, & in remiſſionem peccatorum, & in vitam æternam. Amen. Sacerdos. Similiter quum calicem ex vino & ex aqua miſcuiſſet, benedixit, & ſanctificavit, & dixit: Hic eſt Sanguis meus: accipite, bibite ex eo omnes in expiationem debitorum & in remiſſionem peccatorum, & in vitam æternam.*

5. *Anaphora XII. Apoſtolorum*. Initium fol. 52. ܡܪܝܐ ܡܪܚܡܢܐ ܗܘ ܕܒܝܕ ܡܫܝܚܐ ܒܪܗ ܕܩܪܒ Vide Cod. XXV. fol. 227. a tergo.

6. *Anaphora S. Dionyſii Barſalibi Epiſcopi Amidæ, cujus precibus juvemur*. ܐܢܐܦܘܪܐ ܕܡܪܝ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܒܪ ܨܠܝܒܝ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܡܝܕ. ܨܠܘܬܗ ܥܡܢ. Ita amanuenſis Maronita, exiſtimans hunc Dionyſium eſſe Sanctum, quum hæreticus

Jacobita fuerit. Incipit fol. 59. [illegible] Vide Cod. XXV. fol. 277. a tergo, & Cod. XXIX. fol. 29. Sed in hoc Codice fol. 60. exſtant verba Chriſti: [illegible] *Quumque ad ſalutarem paſſionem ſe præparaſſet panem illum, quem accepit, benedixit, ſanctificavit, fregit, & ſanctum ſuum Corpus ipſum vocavit, & dixit. Hoc eſt Corpus meum: accipite, manducate ex eo in remiſſionem debitorum, & in vitam æternam ſumentibus ipſum. Pop. Amen. Sacerdos. Et Calicem, quem ex vino & ex aqua miſcuit, benedixit, & ſanctificavit, ſuumque pretioſum Sanguinem ipſum perfecit, & dixit: Hic eſt Sanguis meus: accipite, bibite ex eo in remiſſionem debitorum, & in vitam æternam ſumentibus ipſum.*

7. *Anaphora S. Euſtathii Patriarchæ Antiocheni*. Incipit fol. 65. [illegible] Vide Cod. XXIX. fol. 40. a tergo.

8. *Anaphora S. Matthæi Paſtoris Epiſcopi Haſaſſæ*. [illegible] Initium fol. 73. [illegible] Vide Cod. XXV. fol. 264. & Cod. XXIX. fol. 91.

Prooemia metro dodecaſyllabo & heptaſyllabo, quorum I. fol. 82. pro Deipara. [illegible] II. fol. 87. a tergo, pro quocumque feſto. [illegible] III. fol. 91. [illegible] IV. fol. 97. in commemoratione Apoſtolorum & Evangeliſtarum. [illegible] Vide Cod. XXIX. fol. 135. V. fol. 99. pro quacumque die. [illegible] Vide Cod. XXIX. fol. 119. a terg. Subnectuntur a fol. 102. ad 112. Evangelicæ Lectiones Syriacæ, cum paraphraſi Carſciunica, de quibus ſuperius.

9. *Ordo Miſſæ Syriacæ* Maronitarum, manu recentiori. Initium fol. 113. [illegible] i. e. *Ordo Oblationis ſanctorum Myſteriorum. Primum, Precatio pro eo, qui confitetur peccata ſua ante Miſſam. Primum confitetur Sacerdos Sacerdotibus ſociis dicens. Confiteor Deo, & Sanctis Angelis ejus*, &c.

10. *Anaphora S. Maruthæ Epiſcopi Tagritenſis*. Incipit fol. 123. [illegible] Vide Cod. XXV. fol. 150. a tergo, & Cod. XXIX. fol. 81. a tergo. In Commemoratione Doctorum, fol. 131. in hoc Codice recenſebantur, [illegible] *S. Maro Patriarcha, Philoxenus, Anthimus, Petrus, & Jacobus*. Sed deletis horum quatuor nominibus, ad marginem addita ſunt nomina *SS. Jacobi & Ephræmi*.

11. *Anaphora S. Johannis Bar-Maadani Doctoris*. Incipit fol. 136. [illegible] Vide Cod. XXV. fol. 76. a tergo.

12. *Anaphora S. Johannis Evangeliſtæ*, Arabice literis Syriacis. [illegible] Init. fol. 165. a tergo. [illegible] *Domine Deus fortis, qui es caritas vera*. Vide ſupra fol. 31.

Hujus Codicis pleraque folia ex nimio glutine adeo ſunt inſimul juncta, ut niſi conſcindantur, nequaquam diſſolvi poſſint. Quod vero ad ejus ætatem attinet, eam ex tribus hiſce Epigraphis, a totidem amanuenſibus adjectis, percipies. Prima eſt calligraphi, qui potiorem hujus Codicis partem elegantiſſime de-

ſcri-

Digitized by Google

ſcripſit, fol. 30. ad calcem. ܨܠܘ ܚܠܦ ܚܛܝܐ ܡܪܘܢ ܕܟܬܒ ܘܪܫܡ *Orate pro peccatore Marone, qui exaravit & ſcripſit.* Altera Doræi cujuſdam, qui nonnulla Arabice ſed literis Syriacis exſcripſit, fol. 171. a tergo. ܫܠܡ ܥܠ ܐܝܕ ܕܘܪܝ ܚܛܝܐ ܫܢܬ ܠܝܘ̈ܢܝܐ ܗܘܝ *Explicit manu Doræi peccatoris, anno Græcorum* 1875. Chriſti 1564. Tertia demum epigraphe eſt Johannis, qui multa recentiori charta Syriace adjecit: fol. 111. ܢܫܟܚ ܪܚܡܐ ܡܣܟܢܐ ܝܘܚܢܢ ܕܐܝܟ ܚܝܠܗ ܟܬܒ *Miſericordiam obtineat humilis Johannes, qui pro viribus deſcripſit.* Et fol. 135. ܐܘ ܐܒ̈ܗܝ ܚܒܝܒܐ ܡܛܠ ܡܫܝܚܐ ܨܠܘ ܥܠ ܚܛܝܐ ܝܘܚܢܢ ܕܐܝܟ ܚܝܠܗ ܟܬܒ ܫܘܒܚܐ ܠܐܠܗܐ ܕܥܕܪܗ ܠܡܣܟܢܘܬܝ ܫܢܬ ܠܝܘ̈ܢܝܐ ܗܘܝ *O Patres mei, propter Chriſtum orate pro peccatore Johanne, qui pro viribus exaravit. Laus Deo, qui paupertatem meam adjuvit, anno Græcorum* 1887. Chriſti 1576.

XXXII.

CODEX in 8. bombycinus, foliorum 110. Syriacis recentioribus literis exaratus, inter Codd. Orientales, ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide ex Oriente tranſmiſſos, ejuſdemque Decreto in Bibliothecam Vaticanam inlatos, ut non ſolum ad Bibliothecæ, ſed ipſius etiam S. Congregationis uſus adſervarentur, num. VI. notatus in eorundem Codicum Catalogo, quem Tomo 3. Biblioth. Orient. pag. 635. adjecimus. Ibi continetur.

MISSALÆ Syriacum, juxta Ritum Eccleſiæ Antiochenæ Maronitarum; videlicet.

1. *Ordo Miſſæ*, principio mutilus. Incipit fol. 1. ab iis verbis ܘܠܦ ܡܥܕܪܢܐ ܘܐܠܗܘܬܟ.

2. *Anaphora Simonis Petri, Principis Apoſtolorum*. Incipit fol. 2. a tergo. ܠܟ ܘܩܕܡܝܟ ܡܪܝܐ ܡܩܪܒܝܢܢ *Tibi & coram te Domine offerimus*. Eadem alibi incipit: ܐܠܗܐ ܕܫܠܡܐ *Deus pacis*. Deſunt verba Conſecratoria, ut in Cod. XXIX. fol. 26. a tergo.

3. *Ordo Miſſæ* Syriacæ Maronitarum cum Rubricis Carſciunicis, hocce titulo inſignitus: ܛܟܣܐ ܕܩܘܪܒܐ ܕܐܪ̈ܐܙܐ ܩܕܝܫܐ ܥܠ ܡܕܒܚܐ ܩܕܝܫܐ *Ordo oblationis ſanctorum Sacramentorum ad ſacrum Altare*. Incipit fol. 14. ܫܘܒܚܐ ܡܫܠܐ ܕܠܐ ܗܘ ܡܫܒܚ ܠܐܠܗܐ ܕܐܬܘ.

4. *Anaphora Xyſti Papæ*. Incipit fol. 32. ܗܘܐ ܡܫܠܡܢܐ Deſunt verba Conſecratoria, ut in Cod. XXIX. fol. 23. a tergo.

5. *Anaphora Gregorii*, Primatis Orientis, Catholici Tagritenſis. Initium fol. 50. ܡܪܝܐ ܗܘ ܕܒܫܡܝܐ ܡܫܒܚܐ Vide Cod. XXV. fol. 89. a tergo.

6. *Anaphora S. Johannis Evangeliſtæ*, duobus foliis circa medium manca. Initium fol. 73. ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܡܫܒܚܐ

Proœmia duo, metro S. Jacobi, fol. 84. a t. Eorum Primum incip. ܠܟ ܡܪܝ ܡܪܝܐ ܡܫܒܚܢܐ Vide Cod. XXIX. fol. 123 a t. Alterum metro S. Ephræm, fine mutilum, fol. 88. ܡܘܕܐ ܠܟ ܡܫܒܚܢܘܬܐ Vide Cod. XXIX. fol. 122. Quæ ſequuntur recentiori manu ſunt addita.

7. *Ordo Miſſæ* Syriacæ, juxta ritum Jacobitarum. ܛܟܣܐ ܕܩܘܪܒܐ Init. fol. 91. ܩܕܡ ܡܕܒܚ ܩܘܕܫܐ . ܚܢܢ ܠܐܠܗܐ

Proœmia, quæ a Sacerdote recens ordinato memoriter recitari ſolent, apud Jacobitas, fol. 101. ܦܪ̈ܘܡܝܐ ܘܡܬܐܡܪܝܢ ܡܢ ܟܗܢܐ ܚܕܬܐ ܕܡܢ ܠܒܐ ܡܬܐܡܪܝܢ

Abſolutiones ad Horas veſpertinas, nocturnas & matutinas, fine mutilæ, fol. 109. a tergo. ܫܘܠܡܐ ܕܚܘܣܝܐ ܕܥܕܢܐ ܕܪ̈ܡܫܐ ܘܠܠܝܐ ܘܨܦܪܐ

Is Codex, cujus calligraphi tum antiqui, tum recentioris nomen deſideratur, ad XV. Chriſti ſeculum videtur referendus.

XXXIII.

Codex in 8. bombycinus, ſoliis conſtans 82. Syriacis recentioribus literis exaratus, inter Codd. Orientales a S. Congregatione de Propaganda Fide Bibliothecæ Vaticanæ addictos, olim num. VII. notatus; quo continetur.

MISSALÆ Syriacum, ſecundum Ritum Jacobitarum, hocce ordine diſpoſitum.

1. *Proœmium* ex Ordine Miſſæ. Incipit fol. 1. [illegible]

2. *Anaphora Johannis Patriarchæ Bar-Maadani*. Incipit fol. 2. [illegible] Vide Cod. XXV. fol. 42. a tergo. Eſt mutila in fine.

3. *Anaphora Dioſcori Epiſcopi Inſulæ Cardoæ*, an. Chriſti 1285. clari, de quo vide Tomum alterum Biblioth. Orient. pag. 463. titulo, & principio manca. Incipit enim fol. 9. a Secreta poſt *Dignum & juſtum eſt*: [illegible] Adnectitur *Abſolutio*, ejuſdem Authoris, metro S. Jacobi, fine mutila. Init. fol. 25. [illegible] Edidit hanc Anaphoram Renaudotius in ſua Collectione Liturgiarum Orient. Tom. 2. p. 492. ubi tamen ingenuus vir nihil præter authoris, eiuſque Epiſcopalis Sedis nomen ſe ſcire profitetur.

4. *Anaphora Ignatii Patriarchæ*, qui & *Badr-Zache*, *Bar-Vabib*, compoſita *Anno 1615. Græcorum*, ideſt Chriſti Anno 1304. Incipit fol. 26. [illegible] Vide Cod. XXV. fol. 61. a tergo, & Cod. XXVI. fol. 21. a tergo. Ad calcem ejuſdem Anaphoræ, fol. 42. a tergo, hæc adnotatio ab amanuenſi adjicitur. [illegible] *Explicit Anaphora S. Ignatii Bar-Vabib, qui & Badr Bar-zache Mardenſis, compoſita ab ipſo anno 1615. in Cænobio Sancti Ananiæ.*

* 5. *Anaphora, compoſita a S. Patre noſtro Baſilio Maphriano Orientis, qui & Behenamus filius Johannis Habubni, anno Græcorum 1705. Chr. 1394. quo ipſe ordinatus fuit, quum eſſet in Gazarta Cardon*: nondum edita. [illegible] Incipit fol. 43. a Proœmio. [illegible] Illud in hac Anaphora eſt ſingulare, quod Panis & Vini Conſecrationem non ſeparatim, ut in ceteris omnibus, ſed conjunctim, & continuata oratione tradit Baſilius Behenamus fol. 46. in hæc verba. [illegible] ✝ ✝ ✝ [illegible] ✝ ✝ ✝ [illegible] *Accepit Panem Fermentatum in ſanctas manus ſuas, & Calicem temperate ex vino uvarum & ex aqua ſimplici miſtum, & elevatis oculis in cælum, oſtendit tibi, Deus Pater, & gratias agens benedixit ✝ ✝ ✝ ſanctificavit ✝ ✝ ✝ deditque domeſticorum ſuorum cœtui, dicens. Accipite, utimini eo omnes: Hoc eſt meum Corpus & Sanguis, quod pro vita mundi trado in expiationem debitorum, & in remiſ-*

remiſſionem peccatorum, & in vitam ſeculi ſeculorum. In margine ibidem, hæc cæremonia benedicendi Hoſtiam & Calicem adnotatur. ܟܗܢܐ ܕܝ ܐܡܪ ܒܪܟ ܪܫܡ ܥܠ ܠܚܡܐ ܬܪܬܝܢ ܒܨܠܝܒܐ ܘܥܠ ܟܣܐ ܚܕܐ . ܘܟܕ ܐܡܪ ܩܕܫ ܪܫܡ ܥܠ ܠܚܡܐ ܚܕܐ ܘܥܠ ܟܣܐ ܬܪܬܝܢ *Quum Sacerdos dicit*, Benedixit, *bis ſignat ſigno Crucis Panem, & ſemel Sanguinem: quum vero dicit*, Sanctificavit, *ſemel ſignat Panem, & bis Sanguinem*. Deſideratur finis hujus Anaphoræ; cujus author, aſſumto deinde Ignatii nomine, an. Chriſti 1412. Patriarchatum Jacobitarum obtinuit, obiitque an. Chriſti 1455. Vide Bibl. Orient. Tom. 2. pag. 385.

6. *Anaphora Lazari Bar-Sabtæ*, prioribus duabus precatonibus mutila. Incipit fol. 50. ܡܪܝܐ ܠܚܘܒܐ ܡܫܡܠܝܐ ܘܠܐ Vide Cod. XXVI. f. 218. & Cod. XXIX. f. 67. In conſecratione Calicis, pro, *Sanguis meus novi teſtamenti*, ubique dicitur, ܗܢܘ ܕܡܐ ܕܕܝܬܩܐ ܚܕܬܐ *Hic eſt Sanguis novi teſtamenti*.

7. *Anaphora S. Thomæ Heracleenſis*, cujus precationes alphabetico ordine ſunt diſpoſitæ. Incip. fol. 60. ܠܐܠܗܐ ܡܫܡܠܝܐ ܘܓܡܝܪܐ Vide Cod. XXIX. f. 87. a tergo. In hoc Codice verba Chriſti, non ſecus ac in illo, quo uſus eſt Renaudotius, ſunt depravata. Sic enim utrobique legitur. ܘܢܣܒ ܠܚܡܐ ܘܚܡܪܐ ܘܒܪܟ ܘܩܨܐ ܘܝܗܒ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ ܟܕ ܐܡܪ . ܣܒܘ ܐܬܗܢܘ ܘܗܟܢܐ ܥܒܕܘ . ܘܡܐ ܕܗܕܐ ܢܣܒܬܘܢ ܗܝܡܢܘ ܘܗܘܘ ܫܪܝܪܝܢ ܕܦܓܪܝ ܐܟܠܝܢ ܐܢܬܘܢ : ܘܕܡܝ ܫܬܝܢ ܐܢܬܘܢ . ܠܥܘܗܕܢܐ ܕܡܘܬܝ ܥܕܡܐ ܕܐܬܐ ܐܢܐ *Accepitque panem & vinum, benedixit, fregit, deditque diſcipulis ſuis, dicens: Accipite, utimini, & ita facite: & quum hoc acceperitis, credite & certi eſtote, quod Corpus meum editis, & Sanguinem meum bibitis in memoriam mortis meæ, donec veniam.* Deeſt finis.

8. *Anaphora S. Maruthæ Catholici Tagritenſis*. Incipit fol. 67. ܠܐܠܗܐ ܪܒܐ ܚܝܠܬܢܐ Vide Cod. XXVI. fol. 150. a tergo, & Cod. XXIX. fol. 81. a tergo. Ad calcem fol. 78. a tergo, Hæc legas. ܫܠܡܬ ܐܢܐܦܘܪܐ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܘܬܐ ܡܕܢܚܝܐ ܩܬܘܠܝܩܐ ܬܓܪܝܬܝܐ ܗܘ ܕܒܢܐ ܡܝܦܪܩܛ . ܨܠܘܬܗ ܬܗܘܐ ܥܡܢ ܐܡܝܢ *Explicit Liturgia S. Maruthæ Orientalis, Catholici Tagrithi, qui Maipheractam ædificavit: ejus precibus juvemur, Amen.*

Commemoratio communis, quæ fit in Liturgia. Incipit fol. 79. ܘܡܛܠܬܗ ܕܡܪܢ ܥܠܘܗܝ ܡܩܪܒܝܢ ܩܘܪܒܢܐ ܗܢܐ .

Abſolutio Arabica, literis Syriacis, quæ dicitur in fine Miſſæ. Incip. fol. 80. ܐܠܪܒ ܝܓܦܪ ܠܠܟܠ . ܐܠܪܒ ܝܪܚܡ ܠܠܟܠ .

Is Codex ſcriptus eſt an. Chriſti 1467. ut hæc docet Epigraphe, quæ fol. 78. a tergo habetur: ܫܠܡ ܗܢܐ ܟܬܒܐ ܒܝܕ ܥܒܕܐ ܡܚܝܠܐ ܘܚܛܝܐ ... ܒܡܕܝܢܬܐ ܚܡܨ ܒܪܝܟܬܐ ܒܥܕܬܐ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܡܪܝܡ ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܫܒܥܡܐܐ ܘܫܒܥܝܢ ܘܬܡܢܐ ܒܥܣܪܝܢ ܘܬܪܝܢ ܒܝܪܚ ܐܒ . ܢܚܣ ܐܠܗܐ ܥܠ ܟܠܗܘܢ ܕܫܘܬܦܘ ܥܡܢ ܐܡܝܢ " Explicit hic Codex per „ ſervum humilem & peccatorem, *cujus nomen eſt abraſum*, in Emeſſa civi„ tate benedicta, in Eccleſia Deigenitricis Mariæ, anno 1778. die 22. men„ ſis Ab, *Auguſti*. Parcat Deus omnibus nobiſcum partem habentibus, Amen. „

XXXIV.

CODEX in 8. bombycinus, foliorum 117. Syriacis recentioribus literis nitidiſſime exaratus, inter Codd. Orientales, a Sacra Congregatione de Propaganda Fide Vaticanæ Bibliothecæ addictos, olim Octavus; quo continetur,

MISSALE Syriacum Jacobitarum, cum Rubricis Carſciunicis, ſeu Arabicis, charactere Syriaco deſcriptis. Videlicet,

1. Or-

1. *Ordo Miſſæ*, principio mancus; incipit enim fol. 1. ab iis verbis, ܘܡܐ ܕܠܒܫ ܠܗ ܠܡܢܕܝܠܐ. ܐܡܪ ܐܠܦ ܐܝܕܝ ܠܩܪܒܐ *Et quum induit eum*, i. e. Manipulum, *dicit: Doce manus meas prælium*. Conſequuntur,

Lectiones ex Actibus, Apoſtolo, & Evangelio. Initium fol. 9. a tergo. ܦܪܟܣܝܣ ܕܫܠܝܚܐ ܩܕܝܫܐ. ܡܢ ܟܬܒܐ. ܣܒܪܐ ܡܢ ܠܘܩܐ.

Proœmia cum ſuis Ordinibus. Init. fol. 12. ܦܪܘܡܝܘܢ. ܠܗܘ ܚܘܣܝܐ ܘܛܠܐ ܡܢ ܚܘܣܝܐ ܕܩܘܪܒܐ ܩܕܝܫܐ ܕܟܠܗ.

Oratio dicenda Feria V. Myſteriorum, & Sabbatho Annunciationis, loco Orationis Pacis. Init. fol. 15. ܚܘܣܝܐ ܐܠܗܐ ܕܟܠ

2. *Anaphora minor Sancti Jacobi fratris Domini*, quam compoſuit Pater noſter S. Gregorius Theophorus, Rex Sapientum, cognomento Bar-Ebræus, Maphrianus Orientis, inter montes Armeniæ, anno Græcorum 1593. Chriſti 1282. ut in ſequenti titulo dicitur. ܬܘܒ ܐܢܐܦܘܪܐ ܙܥܘܪܬܐ ܕܝܥܩܘܒ ܐܚܘܗܝ ܕܡܪܢ. ܕܣܕܪܗ ܡܪܝ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܡܦܪܝܢܐ ܕܡܕܢܚܐ: ܒܝܬ ܛܘܪܐ ܕܐܪܡܢܝܐ ܪܒܬܐ. ܒܫܢܬ ܐܦܨܓ ܕܝܘܢܝܐ. ܘܕܡܫܝܚܐ ܒܫܢܬ ܐܪܦܒ Incipit fol. 15. a tergo. ܐܠܗܐ ܕܟܠ ܘܡܪܐ. ܠܢ ܕܫܘܝܢ ܘܠܐ ܫܘܝܢ *Deus univerſorum & Domine, nos indignos*. Edita Renaudotio Tom. 2. Lit. Orient. pag. 126. Sed quum mendoſum exemplar ſit nactus, pro anno Græcorum 1593. Chriſti 1282. perperam habet annum Græcorum 1903. Chr. 1591, Sic: *Liturgia minor S. Jacobi fratris Domini, ordinata per Gregorium Catholicum Orientis, inter montes Armeniæ magnæ, an. Græc. 1903. Jeſu Chriſti* 1591. Quæ ad hunc errorem ſulciendum idem Renaudotius pag. 132. adjungit, de Metropolita quodam Hieruſalem Gregorio cognomento Karkari, quem conjicit potuiſſe ex Metropolita Hieroſolymitano ad Catholici dignitatem eo Chriſti anno, videlicet 1591. promoveri; hæc, inquam, indigna ſunt, quæ eruditis ipſius obſervationibus interſerantur. Res enim hæc plana eſt, nec opus conjecturis. Gregorius Bar-Ebræus Abulpharagius anno Græc. 1593. Chriſti 1282. præfatam S. Jacobi Liturgiam in compendium redegit, quatuor ſcil. ante ipſus obitum annis; obiit enim, eodem Renaudotio teſte, anno Græcor. 1597. qui anno Chriſti 1286. reſpondet, non anno 1285. ut idem Renaudotius male exponit.

Abſolutio, metro S. Jacobi. ܫܘܠܡܐ ܚܝܝܐ ܘܩܕܝܫܐ ܒܫܘܒܚܐ Initium fol. 26. a t. ܠܟ ܐܠܗܐ ܗܘ ܕܫܘܒܚܐ Vide Cod. XXV. fol. 58. a tergo. Sed amanuenſis noſter nomen *Severi* in Petrum, & *Barſumæ* in Antonium commutavit.

Lectio Pauli Apoſtoli ad Corinthios, fol. 30. ܐܚܝ. ܐܠܐ ܡܫܒܚܝܢܢ ܡܢ ܡܪܢ

Proœmium, fol. 31. ܠܗܘ ܕܡܢ ܩܘܕܡ ܥܠܡܐ ܡܫܒܚ

3. *Anaphora S. Johannis Evangeliſtæ*. Incipit fol. 35. ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܚܝܠܬܢܐ. Vide Cod. XXV. fol. 238. & Cod. XXXI. fol. 31.

4. *Anaphora S. Matthæi Paſtoris*. Incipit fol. 47. a tergo. ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ Vide Cod. XXV. fol. 264. & Cod. XXIX. fol. 91. Ejus ad calcem hæc adnotantur fol. 56. a tergo. ܫܠܡ ܩܘܪܒܐ ܕܡܪܝ ܡܬܝ ܪܥܝܐ ܗܘ ܗܪܡܣ ܚܕ ܡܢ ܫܒܥܝܢ ܨܠܘܬܗ ܥܡܢ *Explicit Miſſa S. Matthæi Paſtoris, qui eſt Hermes, unus ex Septuaginta. Ejus precibus juvemur*.

Proœmium, fol. 56. a tergo. ܦܪܘܡܝܘܢ ܕܩܘܕܡ ܩܘܪܒܐ ܚܘܣܝܐ

5. *Anaphora Ignatii*, qui & Badr-Zache, filius Joſephi Bar-Vahib, Mardenſis, Patriarchæ Jacobitarum. Initium fol. 58. ܐܠܗܐ ܚܝܠܐ ܘܠܐ ܡܬܕܪܟܢܐ Vide Cod. XXV. fol. 61. a terg. Cod. XXVI. fol. 21. a terg. & Cod. XXXIII. fol. 26.

6. *Anaphora Johannis Patriarchæ Syriæ*, i. e. Jacobitarum, qui & Bar-Maa-

Maadani. Incipit fol. 91. ܬܫܠܘܡܬܐ ܡܥܕܥܕܢܐ ܕܟܠܗ ܫܢܬܐ Vide Cod. XXV. fol. 76. a tergo, Cod. XXVI. fol. 42. a t. & Cod. XXXIII. fol. 2. Deſideratur finis.

Is Codex ante annum Græcorum 1812. Chriſti 1501. exaratus eſt; ut ex hocce Inſtrumento donationis ejuſdem liquet, quod literis Syriacis, ſed ſermone Arabico expreſſum, fol. 9. legitur. ܒܫܡ ܐܠܠܗ ܪܓܐ ܕܠܚܐܝܦܝܢ: ܐܢܬܩܠ ܗܕܐ ܐܠܟܬܐܒ ܐܠܡܩܕܣ ܡܢ ܡܠܟ ܡܠܟܗ ܐܠܪܐܗܒ ܬܘܡܐ ܐܠܝ ܡܠܟ ܐܒܘܢܐ ܐܠܩܡܨ ܓܪܓܝ ܐܠܩܒܪܨܝ ܘܨܐܪ ܗܘ ܐܠܡܐܠܟ ܠܗ ܘܐܠܡܬܨܪܦ ܦܝܗ ܘܐܠܡܬܨܪܦ ܠܗ ܘܐܠܚܡܕ ܠܠܗ ܕܐܝܡܐ. ܘܡܢ ܐܠܡܛܪܐܢ ܓܪܓܝ ܐܠܩܒܪܨܝ ܐܠܡܕܟܘܪ ܐܠܝ ܐܠܪܐܗܒ ܐܒܪܗܝܡ ܐܠܩܣ ܐܠܡܫܪܩܝ ܐܒܢ ܐܠܪܐܗܒ ܒܗܢܐܡ ܐܠܡܪܚܘܡ. ܘܨܐܪ ܗܘ ܐܠܡܐܠܟ ܠܗ ܘܐܠܡܬܨܪܦ ܦܝܗ. ܘܡܐ ܠܐܚܕ ܡܥܗ ܟܠܡܗ. ܘܠܐ ܕܥܘܐ ܘܟܬܒ ܦܝ ܣܢܗ ܐܠܦ ܘܬܡܐܢܡܐܝܗ ܘܐܬܢܝ ܥܫܪ ܠܐܣܟܢܕܪ ܐܠܝܘܢܐܢܝ ܡܠܟ ܐܠܡܩܕܘܢܝܝܢ ܘܐܠܚܡܕ ܠܠܗ ܕܐܝܡܐ ܐܠܝ ܐܠܐܒܕ ܐܡܝܢ " In nomine Dei, qui eſt

„ ſpes timentium ipſum. Tranſlata eſt hujus ſacri Libri poſſeſſio a domi-
„ nio Thomæ Monachi ad dominium Patris noſtri Hegumeni Georgii Cyprii:
„ qui proinde nactus eſt legitimum ipſius dominium & uſum: Laus Deo ſem-
„ per: Et a præfato Archiepiſcopo Georgio Cyprio ad Monachum Abraha-
„ mum Presbyterum Orientalem, filium Monachi Behenami, bonæ memo-
„ riæ. Factus eſt igitur ipſius Codicis dominus, ejuſque legitimum uſum
„ habet: Nemini proinde, præter ipſum, poteſtas eſto in eundem Codicem,
„ neque fas eſto cuiquam litem in ipſum de eo movere. Hæc ſcripta ſunt
„ anno 1812. Alexandri Græci Regis Macedonum. Laus Domino ſemper in
„ ſecula, Amen.

Ibidem ad marginem hæc Arabice habentur: والراهب ابراهيم اوهبه للشماس عيسى بن سيف بن عيسى والرب الاله وملايكته وقديسيه يشهدون لذلك

" Monachus autem Abrahamus eundem Codicem dono dedit Diacono Iſæ,
„ filio Saiphi, filii Iſæ. Teſtes hujus rei Dominus Deus & Angeli & San-
„ cti ejus adſunt. „

Folio autem 56. a tergo, hæc Syriace legas: ܐܝܬܘܗܝ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܕܒܨܝܪܐ ܘܡܣܟܢܐ ܥܒܕܐ ܕܐܠܗܐ ܦܝܠܘܟܣܝܢܘܣ ܡܛܪܦܘܠܝܛܐ ܕܩܘܦܪܘܣ " Eſt Liber iſte humilis ſervi Dei Phi-
„ loxeni tenuis Antiſtitis Cypri. „ Et fol. ult. literis Syriacis ſermone Arabico, manu ejuſdem Philoxeni: ܡܛܪܦܘܠܝܛܐ ܕܩܘܦܪܘܣ ܦܝܠܘܟܣܝܢܘܣ ܐܫܗܕ ܐܢ ܗܘ ܐܠܩܣ ܐܒܪܗܝܡ ܐܫܬܪܐ ܡܢܝ ܗܕܐ ܐܠܟܬܐܒ ܘܗܘ ܐܠܝܘܡ ܐܠܡܐܠܟ ܠܗ " Philoxenus humilis Cy-
„ pri Antiſtes teſtatum facio, Presbyterum Abrahamum emiſſe a me hunc
„ Librum; ipſumque proinde eſſe hodierna die legitimum ejus dominum. „
Ex quo colligitur Hegumenum Georgium Cyprium ad Metropoliticam Jacobitarum illius Inſulæ dignitatem evectum, nomen Philoxeni adſumſiſſe.

X X X V.

CODEX in 8. bombycinus, foliis conſtans 120. Syriaco recentiori charactere eleganter exaratus, inter Codd. Syriacos Vaticanos olim Trigeſimus ſextus; ubi continetur.

MISSALE Syriacum, juxa ritum Jacobitarum, hunc in ordinem digeſtum.

Lectiones Apoſtolicæ, & Evangelicæ ex Verſione Heracleenſi, nec non *Prœmia* cum ſuis Ordinibus, pro ſingulis hebdomadæ diebus. Et primo quidem Lectio Apoſtoli ex Epiſtola 1. ad Corinthios pro Liturgia quotidiana, & pro Feria V. Myſteriorum, fol. 2. a t. ܩܪܝܢܐ ܕܫܠܝܚܐ ܕܟܠ ܝܘܡ ܘܕܚܡܫܐ ܕܐܪ̈ܙܐ. ܐܚ̈ܝ. ܐܢܐ ܓܝܪ ܩܒܠܬ ܡܢ ܡܪܝ Deinde vero

vero Evangelium Matthæi, ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܡܬܝ ܟܕ ܕܝܢ ܐܬܝܠܕ. ܡܫܝܚܐ ܝܫܘܥ
ܒܒܝܬ ܠܚܡ. ܘܡܢ ܐܬܘ ܡܓܘܫܐ.

Proœmium pro Ingreſſu, fol. 4. ܦܪܘܡܝܘܢ ܕܡܥܠܬܐ. ܠܫܘܒܚܐ ܘܐܝܩܪܐ ܘܬܘܕܝܬܐ ܡܫܬܐ. ܢܣܩ ܗܘܐ
ܘܢܣܒܪ.

Pro Dominica, ex Epiſt. 1. ad Corinth. fol. 5. ܕܚܕܒܫܒܐ. ܫܠܝܚܐ ܡܢ ܐܓܪܬܐ
ܕܠܘܬ ܩܘܪܢܬܝܐ. ܐܚܝ̈. ܐܢܐ ܓܝܪ ܩܒܠܬ ܗܘ ܡܢ ܡܪܢ ܡܕܡ.

Evangelium Marci, fol. 6. ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܡܪܩܘܣ. ܘܫܪܝ ܠܡܐܡܪ ܕܒܪܗ ܕܐܢܫܐ
ܥܬܝܕ ܠܡܚܫ ܣܓܝܐܬܐ ܘܢܣܬܠܩ ܡܢ ܩܫܝܫܐ.

Proœmium, fol. 6. a tergo. ܦܪܘܡܝܘܢ. ܠܗܘ ܡܪܐ ܕܫܘܠܛܢܐ ܘܫܪܒܐ ܗܘ ܠܗ.

Pro Feria II. ex Epiſtola Apoſtoli ad Romanos, fol. 8. ܕܬܪܝܢܒܫܒܐ. ܫܠܝܚܐ
ܡܢ ܐܓܪܬܐ ܕܠܘܬ ܪܗܘܡܝܐ. ܐܚܝ̈. ܡܫܝܚܐ ܓܝܪ ܐܦ ܟܕ ܡܚܝܠܝܢ ܗܘܝܢ ܚܠܦ ܪܫܝ̈ܥܐ.

Evangelium Matthæi, fol. 8. a tergo. ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܡܬܝ. ܘܩܪܐ ܝܫܘܥ
ܠܬܪܥܣܪ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܘܝܗܒ ܠܗܘܢ ܫܘܠܛܢܐ.

Proœmium, fol. 9. a tergo. ܦܪܘܡܝܘܢ. ܠܗܘ ܡܬܚܝܠܢܐ ܕܒܪܝܬܐ.

Pro Feria III. Ex Epiſtola Johannis Apoſtoli, fol. 10. a tergo. ܕܬܠܬܐ
ܡܢ ܐܓܪܬܐ ܕܝܘܚܢܢ ܫܠܝܚܐ. ܚܒܝܒܝ̈. ܢܚܒ ܚܕ ܠܚܕ.

Evangelium Johannis, fol. 11. ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܝܘܚܢܢ. ܐܡܝܢ ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ
ܕܡܢ ܕܡܫܡܥ ܡܠܬܝ: ܘܡܗܝܡܢ ܠܡܢ ܕܫܕܪܢܝ ܐܝܬ ܠܗ ܚܝ̈ܐ ܕܠܥܠܡ.

Proœmium, fol. 12. ܦܪܘܡܝܘܢ. ܠܗܘ ܠܚܡܐ ܕܚܝ̈ܐ ܕܡܢ ܫܡܝܐ ܢܚܬ ܠܥܠܡܐ.

Pro Feria IV. et pro Deipara, ex Epiſtola Pauli Apoſtoli ad Ebræos;
fol. 13. ܕܐܪܒܥܒܫܒܐ. ܘܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ. ܫܠܝܚܐ ܡܢ ܐܓܪܬܐ ܕܠܘܬ ܥܒܪܝ̈ܐ. ܐܚܝ̈. ܡܛܠ
ܕܐܝܬ ܠܢ ܟܗܢܐ ܪܒܐ ܥܠ ܒܝܬ ܐܠܗܐ.

Evangelium Lucæ, fol. 13. a tergo. ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܠܘܩܐ. ܠܐ ܐܢܫ ܡܕܠܩ ܫܪܓܐ
ܘܣܐܡ ܠܗ: ܬܚܝܬ ܣܐܬܐ.

Proœmium, fol. 14. a tergo. ܦܪܘܡܝܘܢ. ܠܗܘ ܢܘܗܪܐ ܕܡܢ ܢܘܗܪܐ.

Pro Feria V. et Prophetis, Apoſtolis, & Doctoribus, ex Epiſtola Apoſtoli ad Corinthios, fol. 16. ܕܚܡܫܒܫܒܐ. ܘܕܢܒܝ̈ܐ ܘܫܠܝ̈ܚܐ ܘܡܠܦ̈ܢܐ.
ܫܠܝܚܐ ܡܢ ܐܓܪܬܐ ܕܠܘܬ ܩܘܪܢܬܝܐ. ܐܚܝ̈. ܗܟܢܐ ܐܝܟ ܕܚܟܝܡܐ.

Evangelium Lucæ, fol. 17. ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܠܘܩܐ. ܟܕ ܩܪܒܘ ܕܝܢ ܝܘܡܝ̈ ܠܡܣܬܠܩܗ:
ܐܬܩܢ ܐܦܘܗܝ ܠܐܘܪܫܠܡ.

Proœmium, fol. 18. ܠܗܘ ܡܫܝܚܐ ܕܡܫܒܚ ܘܡܣܓܕ ܒܢܒܝ̈ܐ.

Pro Feria VI. ex Epiſtola Apoſtoli ad Galatas, fol. 22. ܕܥܪܘܒܬܐ. ܫܠܝܚܐ
ܡܢ ܐܓܪܬܐ ܕܠܘܬ ܓܠܛܝ̈ܐ. ܐܚܝ̈. ܐܝܟܢܐ ܕܒܗ ܒܡܫܝܚܐ ܕܡܫܝܚܐ.

Evangelium Johannis, fol. 22. a tergo. ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܝܘܚܢܢ. ܒܬܪܟܢ ܗܘܐ
ܕܝܢ ܥܐܕܐ ܕܝܗܘܕܝ̈ܐ.

Proœmium, fol. 23. a tergo. ܦܪܘܡܝܘܢ. ܚܣܝܐ ܕܚܝܠܐ ܕܗܘܐ ܒܪܝܐ ܐܝܟ ܕܐܬܝܗܒ.

Pro Sabbatho, & pro Defunctis, ex Epiſtola prima Apoſtoli ad Theſſalonicenſes, fol. 25. a tergo. ܕܫܒܬܐ ܘܕܥܢܝ̈ܕܐ. ܫܠܝܚܐ ܡܢ ܐܓܪܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܠܘܬ ܬܣܠܘܢܝܩܝ̈ܐ.
ܐܚܝ̈. ܨܒܐ ܐܢܐ ܕܝܢ ܕܬܕܥܘܢ.

Evangelium Johannis, fol. 26. ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܝܘܚܢܢ. ܥܢܐ ܝܫܘܥ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ
ܐܡܝܢ ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ. ܕܠܐ ܡܫܬܟܚ ܒܪܐ ܠܡܥܒܕ ܡܕܡ ܡܢ ܨܒܝܢ ܢܦܫܗ.

Proœmium, fol. 27. ܦܪܘܡܝܘܢ. ܠܡܫܡܫܢܐ ܕܩܘܫܬܐ.

Oratio pro Feria V. Myſteriorum, & Sabbatho Annunciationis. Incipit fol. 28. ܡܫܝܚܐ ܐܠܗܐ ܕܝܠܢ Vide Cod. XXV. fol. 42. a tergo.

1 *Anaphora S. Jacobi fratris Domini putativi*, quam, ut in titulo legitur, recitavit ad Caput Chriſti in Cœnaculo Myſteriorum, juxta emendationem Jacobi Edeſſeni; eſtque prima omnium Liturgiarum: ſic enim præceperunt Sancti Apoſtoli, ut quotieſcumque novus initiatur Sacerdos, hac primum Liturgia offerre debeat

beat: necnon in omnibus feſtis Dominicis, & in Feria V. Myſteriorum, & in Sabbatho Annunciationis. [Syriac] Initium fol. 29. a terg. [Syriac] Vide Cod. XXV. fol. 47.

2. *Anaphora S. Johannis Evangeliſtæ*. Incipit fol. 54. a tergo. [Syriac] Vide Cod. XXV. fol. 238.

3. *Anaphora XII. Apoſtolorum*. Initium fol. 70. a tergo. [Syriac] Vide Cod. XXV. fol. 227. a tergo.

4. *Anaphora S. Petri principis Apoſtolorum*. Incipit fol. 82. a terg. [Syriac] Vide Cod. XXV. fol. 233. Heic deſiderantur verba Chriſti conſecratoria panis & vini, ut in Cod. XXIX fol. 26. a tergo.

5. *Anaphora Matthæi Paſtoris*, unius ex ſeptuaginta duobus Diſcipulis: qui eſt Hermas Paſtor civitatis Haſaſæ. [Syriac] Initium fol. 93. a t. [Syriac] Vide Cod. XXV. fol. 264. Cod. XXIX. fol. 91. Cod. XXXI. fol. 73. & Cod. XXXIV. fol. 47. a tergo.

6. *Anaphora Dionyſii Barſalibi*. Incipit fol. 105. [Syriac] Vide Cod. XXV. fol. 277. a tergo, & Cod. XXIX. fol. 29.

Proœmia II. ad Ingreſſum, quorum Primum incipit fol. 113. a tergo. [Syriac] Alterum fol. 118. [Syriac]

Officium ad Horam Tertiam, Dominicæ Reſurrectionis. Incipit 115. a t. [Syriac]

Is Codex ſcriptus eſt anno Chriſti 1519. ut hæc oſtendit Epigraphe, quæ fol. 120. ad calcem legitur: [Syriac] " Abſoluti ſunt hi
" quinterniones Liturgici per manus Pauli peccatoris, nomine Epiſcopi Se-
" veri, menſe Elul, *Septembri*, in Feſto ſalutaris Crucis, Feria quarta, ho-
" ra tertia, anno Græcor. 1830. Sunt autem ad uſum Presbyteri Baſilii, ger-
" mani fratris mei. Dignum faciat eum Dominus, ut Liturgiam in iis ce-
" lebret, & ſpiritualem profectum ex ipſis hauriat, Amen. Quiſquis in
" hunc Codicem inciderit, erroremque, aut mendum deprehenderit, corri-
" gat, quæſo, neque miſerum reprehendat, qui eum conſpurcavit: non
" enim eſt ſcriba, neque lector, ſed impudens ac temerarius, qui pro ſuis
" viribus deſcribere auſus eſt: adeo mentis luciſque eſt inops. Laus Deo,
" & ſuper nos miſericordia ejus in ſecula, Amen.

XXXVI.

Codex bombycinus in 4. foliorum 203. Syriacis recentioribus literis exaratus, inter Codd. Syriacos Vaticanos olim Trigeſimus; quo continetur.

1. MISSALE Syriacum Jacobitarum; videlicet.

Lectio ex Apoſtolo ad Coloſſenſes. Incipit fol. 1. ܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ ܡܢ ܐܓܪܬܐ ܠܩܘܠܣܝ̈ܐ ܕܩܘܪܒܢܐ ܕܟܠ ܝܘܡ . ܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ *Evangelium* ad Miſſam quotidianam ex Matthæo. fol. 1. ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܩܘܪܒܢܐ ܡܢ ܡܬܝ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ . ܟܕ ܕܝܢ ܗܘܐ ܪܡܫܐ ܩܪܒܘ ܠܘܬܗ ܬܠܡܝܕܘܗܝ Quæ in hoc Codice exhibentur Evangelicæ Lectiones, ex Verſione Heracleenſi ſunt deſumtæ.

Proœmium ad Ingreſſum, pro Miſſa quotidiana, & feſtis Deiparæ. fol. 1. a tergo. ܦܪܘܡܝܘܢ ܕܡܥܠܠܬܐ . ܡܫܒܚ ܠܚܘܒܐ ܘܫܘܒܚܐ ܠܐܠܗܐ . ܘܠܡܫܝܚܐ . ܠܗܘ ܠܚܡܐ ܚܝܐ ܕܡܢ ܫܡܝܐ ܕܢܚܬ ܠܥܠܡܐ Vide Cod. XXXV. fol. 14. a tergo.

Precatio, quæ dicitur Feria V. Myſteriorum, & Sabbatho Annunciationis, pro Oratione Pacis. ܨܠܘܬܐ ܕܡܬܐܡܪܐ ܒܚܡܫܐ ܕܐܪ̈ܙܐ ܘܒܫܒܬܐ ܕܣܘܒܪܐ ܕܥܠ ܫܠܡܐ . ܗܘ ܡܠܟܐ ܕܫܠܡܐ . ܡܫܝܚܐ ܐܠܗܐ ܕܝܠܢ Vide ibid. fol. 28.

Anaphora XII. Apoſtolorum. fol. 3. ܡܠܝܐ ܡܪܚܡܢܐ ܘܚܢܢܐ Vide ibidem fol. 70. a tergo.

Lectio ex Epiſtola 2. ad Corinthios, pro Martyribus, & Sanctis. Init. fol. 7. a tergo. ܐܚ̈ܝ . ܐܠܗܐ ܗܘ ܕܐܡܪ : ܕܡܢ ܚܫܘܟܐ ܢܘܗܪܐ ܢܕܢܚ

Evangelium Matthæi pro Sacerdotibus. fol. 8. ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܡܬܝ ܠܟܗ̈ܢܐ . ܡܢܘ ܐܦ ܐܝܬܘܗܝ ܥܒܕܐ .

Proœmium ad Miſſam. fol. 8. ܦܪܘܡܝܘܢ ܕܩܘܪܒܐ . ܠܗܘ ܡܩܒܠܢܐ ܕܩܘܪ̈ܒܢܐ Vide ibid. fol. 12.

Anaphora Petri Apoſtolorum Principis. fol. 9. ܐܠܗܐ ܕܫܠܡܐ Vide ibid. fol. 82. a tergo.

Lectio ex Epiſtola ad Theſſalonicenſes, pro Fidelibus defunctis, fol. 13. a tergo. ܐܚ̈ܝ ܘܠܐ ܨܒܝܢ ܐܢܐ ܕܬܗܘܘܢ

Evangelium Johannis, de Defunctis, fol. 13. a tergo. ܫܪܝܪ ܡܛܠ ܗܘ ܡܢ ܫܡܝܐ ܗܘ ܠܟܘܢ . ܐܡܝܢ ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ .

Proœmium Liturgiæ. fol. 14. ܦܪܘܡܝܘܢ ܕܩܘܪܒܐ . ܠܗܘ ܚܝܠܐ ܕܠܐ ܡܬܕܪܟܢܐ Vide ibid. fol. 1. a tergo, & fol. 6. a tergo.

Anaphora S. Euſtathii Patriarchæ. fol. 15. ܐܠܗܐ ܚܝܠܐ ܕܟܘܠ ܕܡܫܬܡܥ Vide Cod. XXV. fol. 40. a tergo, & Cod. XXXI. fol. 65.

Lectio Apoſtoli ex Epiſtola ad Romanos, pro die ſancto Reſurrectionis, fol. 20. ܐܚ̈ܝ . ܐܝܟܢܐ ܕܝܢ ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܒܚܛܝܬܐ . ܐܠܐ ܕܢܚܝܐ

Evangelium Lucæ. Dies autem cœpit inclinare. Ibid. ܝܘܡܐ ܕܝܢ ܫܪܝ ܗܘܐ ܠܡܨܠܐ .

Proœmium Liturgiæ, fol. 20. a terg. ܦܪܘܡܝܘܢ ܕܩܘܪܒܐ . ܠܡܫܝܚܐ ܕܠܐ ܡܬܚܙܝܢ Vide Cod. XXXV. fol. 27.

Anaphora Sancti Johannis Epiſcopi Haran, Chaboræ, & Niſibis. Initium fol. 21. ܐܠܗܐ ܗܘ ܪܒܐ ܡܬܡܘܬܢܐ Vide Cod. XXIX. fol. 31. a terg. ubi S. Johanni Chryſoſtomo perperam adſcribitur. Deſunt in hoc Codice verba Domini in conſecratione Calicis. Sic enim habet fol. 22. ܗܟܢܐ ܕܝܢ ܘܟܣܐ ܢܣܒ ܒܪܟ ✝✝ ܩܕܫ ✝ ܘܝܗܒ ܠܬܠܡܝ̈ܕܘܗܝ ܘܐܡܪ . ܣܒܘ ܐܫܬܘ ܡܢܗ ܟܠܟܘܢ ܠܚܘܣܝܐ ܕܚ̈ܘܒܐ ܘܠܫܘܒܩܢܐ ܕܚ̈ܛܗܐ ܘܠܚ̈ܝܐ ܚ̈ܕܬܐ ܕܠܥܠܡ *Similiter & Calicem accepit, benedixit* ✝✝ *Sanctificavit* ✝ *deditque Diſcipulis ſuis, & dixit. Accipite & bibite ex eo omnes in expiationem debitorum & in remiſſionem peccatorum & in novam vitam in ſeculum*. Quæ tamen verba in Cod. XXV. fol. 269. & in Cod. XXIX. fol. 32. habentur.

Lectio Apoſtoli ex Epiſt. I. ad Corinth. pro Miſſa quotidiana, & Feria V. Myſteriorum, fol. 24. a tergo. ܐܚ̈ܝ . ܐܢܐ ܓܝܪ ܩܒܠܬ ܡܢ ܡܪܢ .

Evan-

Evangelium Matthæi, fol. 24. a tergo, [illegible]

Proœmium Liturgiæ, fol. 25. [illegible] Vide Cod. XXXV. fol. 113. a tergo, & fol. 9. a tergo.

Anaphora Dionyſii Barſalibi. fol. 25. a tergo. [illegible] Vide Cod. XXXV. fol. 105. Cod. XXIX. fol. 29. & Cod. XXV. fol. 277. a tergo.

Abſolutio in fine Miſſæ metro S. Ephræm, fol. 29. [illegible] Vide Cod. XXVI. fol. 233. a tergo.

2. *Iſagoge Porphyriana*. Ubi excerpta quædam ex Ariſtotelis Libris de Interpretatione, & de Prædicamentis. Omnia recentiori manu exarata a Moſe Surenſi Epiſcopo, qui Latinas quandoque voces adjungit. Initium fol. 35. [illegible]

3. *Ratio inveniendi Paſchatis*, ex præſcripto Sanctorum Apoſtolorum & Concilii Nicæni, Arabice, ſed Syriacis literis, manu ejuſdem Moſis Epiſcopi, Anno Chriſti 1584. ut adnotatur fol. 58. Initium fol. 36. a terg. [illegible]

4. Ejuſdem *Moſis* Epiſcopi Excerpta nonnulla Arabica ex libris *Jabiæ Ben Adi* Jacobitæ, Syriacis literis deſcripta; videlicet. Primo, *Confutatio* eorum, qui adſerunt Chriſtum non vere, ſed ſimulate Cruci adfixum fuiſſe. fol. 61. a tergo. [illegible] Secundo, *Reſponſio* adverſus eos, qui adfirmant, a Chriſtianis Evangelium ſuiſſe corruptum. fol. 63. [illegible] Tertio, Mundum non fuiſſe ab æterno. fol. 71. [illegible]

5. Ejuſdem *Moſis* Epiſcopi Excerpta ex Grammatica Arabica, quæ vulgo *Caphia* adpellatur, Syriacis literis, ſed ſermone Arabico. Initium f 79. [illegible]

6. S. *Jacobi Doctoris* Epiſcopi Sarugenſis, de quo fuſius alibi, *Carmen Philoſophicum*, de Ente, Subſtantia, Accidente, &c. [illegible] Initium fol. 84. [illegible]

7. *Ordo Baptiſmi* juxta Ritum Eccleſiæ Syriacæ, ab eodem Moſe Epiſcopo in Arabicum ſermonem e Syriaco converſus. [illegible] Initium fol. 101. [illegible] Eſt fere idem Ordo, ac ille, quem Syriace & Latine edidit Boderianus: de quo vide Cod. Syr. XXVII. fol. 4. Sed hæc Moſis verſio a puritate linguæ Arabicæ non parum recedit. Præterea in Forma Baptiſmi a Syriaco textu diſſentit: non enim tempore præſenti, ſed præterito utitur, fol. 108. ſic: [illegible] *Baptizatus eſt N.* † *in nomine Patris, Amen.* & † *Filii, Amen.* † & *Spiritus vivi & Sancti in vitam æternam, Amen.* Ubi Syriacus textus habet apud Boderianum pag. 87. [illegible] *Baptizatur N. in nomine Patris. Amen. Et Filii. Amen. & Spiritus Sancti ad vitam Seculi Seculorum.*

8. *Gregorii Maphriani* Barebræi, *Grammatica Syriaca*, metro heptaſyllabo, cum Scholiis ejuſdem authoris, de qua vide Tom. 2. Bibl. Orient. p. 308. [illegible]

[illegible] Incipit fol. 118. [illegible] Manu ejuſdem Moſis Epiſcopi, quemadmodum adnotatur fol. 183. كتب الحقير مطران موسي الصوري في روما *Scripſit humilis Metropolita Moſes Surenſis Romæ*.

9. *Lexicon* Syriaco-Arabicum, ejuſdem *Moſis* Epiſcopi. Incip. fol. 185. [illegible]

10. *Catalogus* Librorum *Gregorii Barebræi*, qui & Abulpharagius filius Aaronis Medici, ex urbe Melitina, Maphriani Orientis. fol. 201. a tergo. [illegible] Sunt numero XXXII. Libri, quorum titulos in Catalogo noſtro Mediceo, & in Biblioth. Orient. Syriace & Latine exhibuimus Tom. 2. pag. 267. Ad calcem hujus Catalogi ſubjicitur brevis narratio de obitu ejuſdem Gregorii, qui accidiſſe dicitur die 30. Julii anno Græcor. 1597. Chriſti 1286.

XXXVII.

CODEX in 4. bombycinus, foliis conſtans 190. Syriacis recentioribus literis exaratus, inter Codd. Orientales, ab Andrea Scandar in Vaticanam Bibliothecam ex Moſopotamia inlatos, olim Trigeſimus ſecundus. Ibi continentur.

1. LIBER EXEQUIARUM, ad uſum Eccleſiæ Syrorum; videlicet,

Exequiæ Virorum Secularium. [illegible] Initium, fol. 8. [illegible]

Præit *Hymnus* Carſciunicus, ſeu Arabicus Syriaco charactere deſcriptus, qui poſt Cadaveris depoſitionem cantari ſolet. Initium fol. 1. [illegible] Item *Proœmium* in Miſſa pro Defunctis recitandum, Carſciunice. [illegible] Init. fol. 4. [illegible]

Exequiæ Mulierum. [illegible] Initium fol. 29. [illegible]

Exequiæ Puerorum & Juvenum. [illegible]

In fine vero, fol. 56. hæc a Calligrapho adnotantur: [illegible] *Quicumque in hunc librum inciderit, preces fundat pro Scriba peccatore Diacono Pilato, qui adpellatur Gargarenſis, ex pago Ur-Biſo. Rogo itaque Lectores omnes, ut circa orthographiam me non reprehendant. Facta ſunt hæc anno Græcorum 1938. Chriſti 1627. Scribimus autem hunc Exequiarum librum pro Metropolita Cæſare ex benedicta urbe Amida*.

2. *Jacobi Edeſſeni Tractatus de impedimentis Matrimonii*, i. e. de gradibus conſanguinitatis, & affinitatis [illegible] Incipit fol. 57. [illegible] Definit fol. 60. a tergo in hanc Epigraphen: [illegible] *Explicit hæc Compaternitatis diviſio, authore S. Jacobo Edeſſeno, cujus precibus juvemur, Amen. Quiſquis legerit*,

legerit, oret pro me propter amorem Dei, &c. *Facta ſunt hæc anno Græcorum* 1946. Chriſti 1635.

3. *Hiſtoria S. Jacobi Ægyptii, incluſi, & ſociorum ejus*, Carſciunice. [illegible] Init. fol. 62. [illegible] Jacobus iſte ex Ægypto ortus, dicitur cum diſcipulis *Marco*, *Eliſæo*, *Joſepho*, & *Iſaia* ex urbe Alexandria in deſertum quoddam perrexiſſe, ubi Eremiticam vitam *Gabriel* ducebat: quo ibidem ſepulto, ac diſcipulis illis relictis, ad urbem Meſopotamiæ Amidam profectus, alios diſcipulos habuiſſe, *Antonium* videlicet, [illegible] *Chalum*, & *Danielem*: quibuſcum in Cœnobio Salachæ regionis Tur-abdinenſis habitaſſe, cui præerat *Barſabas*. Hoc vero Abbate eum undecim ſociis Monachis, Martyrium ſub Perſarum Duce Samiro perpeſſo, idem Jacobus paucis poſt annis obiiſſe perhibetur, die 18. Septembris, anno Græcor. 732. Chriſti 421. In hac hiſtoria, quæ fabulis non paucis miſcetur, dicitur ſub Theodoſio Imperatore, Amidæ quidem Præfectus *Anthimus*, & Epiſcopus *Sergius*; Heſnæ vero Cephæ *Rufus* Anthimi frater Præfectus, & *Benjaminus* Epiſcopus; Armenorum denique per id tempus Rex *Stephanus* laudatur.

4. *Hiſtoria Hermiani Regis ejuſque uxoris & filiorum*, quorum dies emortualis 10. menſis Barmudæ, ſeu Aprilis, ſcripta, ut dicitur, a *Zoſima Tarſenſi Epiſcopo*. [illegible] Initium fol. 98. [illegible] Arabice, ſed literis Syriacis.

5. *Officium Dominicæ Reſurrectionis*, ad Veſperas, ad Matutinum, & ad Tertiam, principio mutilum. Incipit fol. 116. [illegible] Deſinit fol. 120. in hanc epigraphen [illegible] *Explicit Ordo Dominicæ. Orate pro exiguo Denba, qui ſcripſit anno Græcorum* 1889. Chriſti 1578.

Lectio Apoſtoli ex Epiſtola ad Galatas. fol. 120. a tergo. [illegible]

Evangelium Matthæi. Ibid. [illegible]

Proœmium, fol. 121. [illegible]

Oratio dicenda Feria V. Myſteriorum, & Sabbatho Sancto, loco Orationis Pacis. Init. fol. 121. a terg. [illegible] Vide Cod. XXXV. fol. 28. & Cod. XXXVI. fol. 2. a tergo.

6. *Anaphora* minor S. Jacobi, fratris Domini. Init. fol. 121. a tergo. [illegible] Vide Cod. XXXIV. fol. 15. a tergo.

Abſolutio brevis in fine Miſſæ. Initium fol. 126. a t. [illegible] Vide Cod. XXV. fol. 60. a tergo.

In ejus Clauſula fol. 127. hæc Arabice, ſed literis Syriacis adnotata reperias. [illegible] *Anno Græcorum* 1890. Chriſti 1579. *ſcripſi hunc Ferialem librum, Veſpertinas ſcilicet, & Matutinas Horas complectentem, & quæcumque ex præſcripto Canonum requiruntur: in urbe munita Amida, quam Deus ab omnibus malis cuſtodiat, Amen, Diebus magni Patris Patriarchæ*

chæ David-Sciah, cujus precibus nos una vobiſcum juvemur. Amen. Quod indicio eſt, multa ad Diurnum Syrorum pertinentia ex hoc Codice excidiſſe.

7. *Canones* varii, ad Sacramenta Baptiſmi, Pœnitentiæ, Euchariſtiæ, & Ordinis pertinentes, Arabice literis Syriacis. Initium fol. 127. a tergo. [illegible] Adverſus Panem Azymum, duos heic Canones legas; quorum alter, Dionyſii Bar-Salibæi fœtus, eſt hujuſmodi: [illegible] *Ait Pater Sanctus Dionyſius: Quiſquis Azymum offert poſt Domini noſtri Crucifixionem, Judæus eſt, & Meſſiam venturum adhuc præſtolatur.* Alter vero SS. Ephræmo, & Jacobo adſcriptus, [illegible] *Ait S. Ephræm, & Jacobus: Sicut corpus mortuum anima caret, quæ prius in ipſo habitabat; ita Azymus illapſu Spiritus Sancti caret.* Qui quidem Canon e Jacobitarum cerebro eſt confictus. Vide Catalogum noſtrum Bibliothecæ Mediceæ Cod. LXII. pag. 107. & ſeqq.

8. *Anaphora ex Sanctis Patribus collecta a Johanne Patriarcha*, qui & *Bar-Vebebun*; de qua vide Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 216. [illegible] Initium fol. 129. [illegible] *Philoxeni. Oratio ante Pacem. Domine Deus fortis & incomprebenſibilis.* Edita Renaudotio Tom. 2. Liturg. Orient. pag. 409. Ex Anaphora Dioſcori commemorantur inter Sanctos, Ignatius, Dionyſius, Julius, Athanaſius, Baſilius, Gregorius, Cyrillus, Dioſcorus, Severus: ubi apud Renaudotium pag. 415. ea Precatio Dionyſio tribuitur, ibique Ignatius, Dionyſius & Julius dumtaxat nominantur. Subnectitur adnotatio calligraphi, qui duo folia ſupplevit, in hæc verba, fol. 140. [illegible] *Orate pro eo, qui hunc librum compegit & ligavit, Mirigiano Manſurenſi, nomine, non re Presbytero.*

9. *Exemplar* Epigraphes, adpoſitæ ad calcem Evangelii ſcripti, auroque & argento obliti anno Græcor. 1476. Chriſti 1165. in Cœnobio Aquilonari Sancti Abrahæ Magiſtri Barſumæ, apud Modiad caſtrum regionis Turabdinenſis, a Joſue Presbytero ejuſdem Cœnobii Monacho, pro Johanne Mardæ Epiſcopo & pro Cœnobio Ananiæ ejuſdem urbis. fol. 240. a terg. [illegible] Quæ quidem Epigraphe ex illo antiquo in hunc Codicem tranſlata dicitur, anno Græc. 1871. Ch. 1560. [illegible] *Collata & deſcripta ſunt hæc feria quinta, die 19. Elul,* Septembris, *anni* 1871. *in pago Dair-Hauil.*

10. *Vita Johannis Epiſcopi Mardæ, Daræ, Haran, Chaboræ, Niſibis, & Caphartutæ, & Telbeſmæ*, collecta ex diverſis adnotationibus deſcriptis in hoc Codice ex Evangelio, quod ipſe Johannes exaraverat. Titulus hic eſt, fol. 141. [illegible] *Ope Domini noſtri ſcribimus memoriam & cauſſam habitationis, ſeu inſtaurationis Cœnobiorum Diœceſeos Mar Johannis Metropoli-*

politæ Mardæ. Initium: [illegible] *Dixit Mar Johannes, qui inter juſtos requievit. Quum miſer ego in habitu Monachali habitarem*. Edita a nobis Tom. 2. Biblioth. Orient. pag. 217. in qua Vita idem Johannes Mardæ Epiſcopus objiſſe dicitur, Feria 2. hora quarta diei 12. Thamuz, Julii, anno Græcor. 1476. in Neomenia menſis Romadan Arabum, anno Hegiræ 506. hoc eſt, Chriſti 1165. Adnotationes autem ab eodem Johanne ad Codicem Evangelii ab ipſo exarati olim adpoſitas, in hunc noſtrum Librum tranſtuliſſe perhibetur *Pharuchus* amanuenſis. [illegible] *Qui hæc ſcripſit in dimidio menſis Elul*, Septembris, *anni Græcorum* 1871. *Chr.* 1560. *in dicto pago Dair-Havil, ad uſum Paſtoris Paſtorum Mar Ignatii, Patriarchæ temporis prædicti, qui eſt Nemet-allah*.

11. *Exemplar Epigraphes*, Ignatii Xenajæ Patriarchæ manu olim adpoſitæ ad Codicem Evangeliorum a Johanne Mardenſi, ut ſupra, exaratum, & a Pharucho amanuenſi in hunc Codicem fol. 143. a tergo translatæ, qua adſerit, ſe vendidiſſe caſtro Cœnobii S. Abel in regione Mardenſi poſito duos Officii Divini per anni circulum Tomos, manu Rabban Zebinæ exaratos, & Tomum alterum complectentem Evangelicas per anni decurſum Lectiones, necnon Tomum Prooemia, Preceſque illas continentem, quæ dum Incenſum in Eccleſia adoletur, recitari ſolent: eorumque Librorum pretio debitum illud ſoluiſſe, quod ideo contraxerat, quia dirutum per Tamerlani inruptionem Ananiæ Cœnobium ac Templum, anno Græcor. 1707. Chr. 1496. inſtaurare ac reficere curaverat. Initium. [illegible] *Ignatius Xenajas, ſenex miſer. Quum curſu rotæ temporis murus cum cellis, & porta Altaris ſacri Cœnobii Mar Ananiæ, anno Græcor.* 1707. *per Tamarlangum corruiſſet*, &c. Vide Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 229.

12. *Vita S. Abbæi Epiſcopi Nicææ*, ſub Arcadio, Honorio, ac Theodoſio Imperatoribus: emendata a *Michaele Magno* Patriarcha Syrorum Jacobitarum. [illegible] Initium fol. 144. a tergo. [illegible] Patrem habuiſſe dicitur *Conſtantinum*, matrem [illegible] *Euchiſtiam*, fratrem [illegible] *Zucam*, patriam [illegible] *Rekmanam* in regione Meſopotamiæ Mardenſi poſitam: Syriacum & Græcum ſermonem didiciſſe: defunctis parentibus in Cœnobium [illegible] *Beth-Hamorum* in eadem regione ſitum unacum fratre ſeſe recepiſſe: a *Chriſtophoro Mardenſi Epiſcopo*, Diaconatus & Presbyteratus Ordine initiatus, quum miraculis claruiſſet, clam inde receſſiſſe, inque locum Cæſareæ Cappadociæ proximum ſeſe abdidiſſe: unde a *Theodoſio* Imp. evocatus, & ad Nicææ Epiſcopatum evectus, Eccleſiam illam per 33. annos rexiſſe, donec *Andronico* ſibi ſubſtituto, poſt Theodoſii obitum, Ægypti, & Paleſtinæ ſacris locis viſitatis, apud Samoſatam in monte quodam, ubi olim [illegible] *Cœnobium Scalarum* conditum fuerat, novum ipſe Monaſterium excitavit, quod de ejus nomine [illegible] *Cœnobium S. Abbæi* adpellatur. Ibi anno ætatis 110. die 15. Julii obiit, quum *Andream* diſcipulum Cœnobio præfeciſſet. Meminit hujus

hujus Vitæ author miraculi ſeptem Puerorum Epheſi, quos ſpatio annorum 370. dormiiſſe ſcribit: *Sabbathium* etiam Monachum celebrem commemorat, in rupe ad Euphratis ripas eremiticam vitam colentem. Demum hiſtoriam ipſam claudit fol. 156. in hæc verba. [illegible] *Quiſquis legerit, oret pro miſero, qui pro viribus ſcripſit. Domine adjuva me propter miſericordiam tuam precibus Electi tui, & ad ejus Cœnobium me adducito in pace juxta fratres meos, eorumque faciem ante obitum oſtende mihi, propter ejus preces, necnon ſociorum ejus, Mar Barſumæ, & Mar Sabbathii. Hæc porro beati Mar Abbæi hiſtoria in antiquis quidem libris exſtabat: ſed ita ſimpliciter & confuſe, ut minus accurata & a veritate aliena moroſis cenſoribus videri poſſet. Verum abſit, ut mendum ipſi, aut mendacium ineſſe dicatur. Eam igitur dumtaxat ob cauſſam, quod ſcilicet ordo ſermoniſque puritas in ipſa deſideraretur, a multis ſæpe rogati fuimus, ut eandem in ordinem redigeremus, elegantiori orationis contextu utentes*, &c. Nihilominus fabuloſa multa occurrunt, quæ Michael Patriarcha tueri nequeat. Ipſe etiam Abhæus aut commentitius inter Nicænos Epiſcopus fuit, aut unus ex illis Sac. Concilii Chalcedonenſis hoſtibus, quos Marciani, ſeu Leonis, aut certe Juſtini orthodoxi Imperatoris juſſu, e Græcia in Syriam relegatos conſtat: qui proinde Syriacum ſibi nomen Ab-Hai imponens, in Cœnobium Samoſatæ proximum, ubi Barſumas Archimandrita Dioſcorianæ ſectæ acerrimus propugnator vixerat, ſeſe recepit.

13. *Narratio de obitu Conſtantii Imperatoris, filii Conſtantini Magni*. [illegible] Initium fol. 156. a terg. [illegible] Obiiſſe dicitur Conſtantius Conſtantini Magni filius. [illegible] *Menſe Teſri, anno Græcorum* 673. Chriſti 362. *die* 17. *ejuſdem menſis, feria quarta, hora nona: imperaſſe autem annos* 24. Hæc hiſtoria, quæ quinque integris chartis comprehenditur, unde ſit deſumta, non indicatur. Videtur tamen, ex Chronico Michaelis Patriachæ exſcripta.

14. *Vita S. Jacobi Sarugenſis, Batnarum Epiſcopi*. [illegible] Incipit fol. 16. [illegible] Paullo diverſa eſt hæc Jacobi Vita ab ea, quam Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 286. edidimus. Videtur autem, Michaelem Patriarcham Jacobitarum authorem habere: qui proinde non ſecus atque Gregorius Bar-Ebræus Abulpharagius in Chronico Syriaco, tamquam ſectæ Jacobiticæ profeſſor, eundem Jacobum a Severo Antiochenæ Sedis incubatore examinatum & adprobatum fuiſſe ait: [illegible] *Erat autem ipſe Mar Jacobus tempore S. Severi Patriarchæ, ad quem acceſſit, benedictionem ipſius petiturus: acceſſit autem ad eum unacum pluribus totius Orientis Epiſcopis*. Ut enim notavimus Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 322. tam a Dionyſio Patriarcha, quam a Gregorio Bar-Ebræo hæc de Jacobo Sarugenſi

genſi idcirco confinguntur, ut ipſum pro ſecta Monophyſtica ſtetiſſe lectoribus imponat, a qua ſecta quantum ille abhorruerit, abunde declaravimus Tom. I. pag. 297. Notatu quidem dignum eſt, quod in hac vita de eodem Jacobo dicitur, illum ſcil. educatum fuiſſe ܒܚܘܪܐ ܕܣܪܘܓ *in Haura Sarugenſis* ditionis oppido, ubi & Periodeutæ munus geſſit: poſtea ad Eccleſiam Epiſcopalem Batnarum ejuſdem ditionis urbis aſcendiſſe.

15. *Vita Sancti Achæ* ܬܫܥܝܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܚܐ ܪܒܢܐ Incipit fol. 164. ܗܘܐ ܒܝܘܡܝ ܡܪܩܝܢܐ ܡܠܟܐ ܗܘ ܕܓܕܦ ܥܠ ܐܠܗܐ ܘܥܠ ܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܘܥܠ ܝܠܝܕܘܬܗ ܕܡܠܬܐ ܐܡܪܚ ܘܦܠܓܗ ܠܬܪܬܝܢ ܟܝܢܝܢ *Factum eſt in diebus Marciani Imperatoris, qui in Deum & in Spiritum Sanctum blaſphemus, inque Nativitatem Verbi audax & temerarius, in duas ipſum naturas diviſit.* Ex hoc exordio patet, authorem hujus Vitæ Jacobitam eſſe Monophyſitarum erroribus infectum. Ad Acham vero quod ſpectat, heic dicitur ex ܓܘܪܓܝܢܐ *Georgina* Rheſinenſis in Meſopotamia ditionis oppido ortus, patrem *Abdiam*, fratreſque ܡܪܐܪܐ ܘܙܥܘܪܐ *Maram*, & *Zoaram* habuiſſe. Anno autem ætatis ſeptimo, quum Nabones copiarum Choſrois Perſarum Regis ductor in Meſopotamiam uſque ad Niſibin excurſionem feciſſet, captivus in Perſidem abductus, in poteſtatem venit cujuſdam militis, nomine *Michaelis*, qui ex Ninive oriundus, Chriſtianam Fidem clam inter Perſas colebat. Inde poſt 18. annos unacum eodem Michaele Meſopotamiam repetens, apud pagum Niſibenæ ditionis, qui ܬܠܐ ܕܐܪܣܘ *Tela Martis* dicitur, in colle proximo, cui ܬܠܐ ܛܘܪܟܝܐ *Tela Turcica* nomen, juxta ܢܗܪ ܟܘܣܪ *Coſar Fluvium*, opera *Theodori* illius Principis, & *Jacobi* Presbyteri Monaſterium exſtruxit, quod de ejus nomine *Monaſterium Achæ* adpellatur. Ibi Monaſticam vitam unacum antedicto *Michaele*, & *Hevara* Theodori filio aliiſque nonnullis diu exegit, quumque ſancta Hieroſolymorum loca viſitaſſet, fratribus ſuis, qui nauticam exercebant, a Ptolemaide Antiochiam navigantibus, cognoſcendum ſe præbuit. In ſuum vero Monaſterium reverſus, Matrem etiam ad ſe ex urbe Antiochia venientem excepit, & poſt novennium defunctam, ſepelivit. Michael poſt quinquennium, quam Monachum ſub Acha egerat, in Niniven patriam profectus, Cœnobio apud eam urbem condito, in columna ipſe uſque ad obitum vixit. At Acha in montis cacumine, qui antedicto Cœnobio imminet, aliud Monaſterium, ܒܢܐܝܠ *Banael* adpellatum, exſtruxit, cui Hevaram diſcipulum præfecit. Poſtea in Italiam, & Græciam iter inſtituit, quo in itinere perhibetur particulam Ligni S. Crucis ex majori Byzantinæ urbis templo acceptam, ad ſuos detuliſſe, quam deinde in fruſta diviſam, partem in cœnobio Banael, alteram in Auſenſi, tertiam denique in Monaſterio ad ortum Heſnæ cephæ juxta Tigris fluvii ripam excitato, quod ܕܨܠܝܒܐ *Crucis* nuncupatur, a Diſcipulis repoſitam narrant. Demum in ܥܘܣܐ *Auſa* pago ad fluvium ܣܦܪ *Sepher* poſito, ubi tertium Monaſterium exſtruxerat, poſteaquam ingentem Armenorum multitudinem ab Idolorum cultu ad Chriſti fidem a ſe adductam, a Cyriaco Melitinæ Metropolita baptizandam curaſſet, diem obiit anno ætatis 105. die 25. Januarii. Quinto poſt obitum anno corpus ejus ad Cœnobium Banael tranſlatum fuit, brachio dextero in Auſenſi Monaſterio relicto. Ei ſucceſſere, *Hevara* quidem in Cœnobio Achæ, *Abrahamus* vero in Monaſterio Banael. Liquet igitur, hunc Acham circa annum Chriſti 556. obiiſſe; ſi verum eſt, ipſum Marciani Imperatoris temporibus natum fuiſſe. Alius proinde eſt ab Acha Ægyptio Johannis fratre, quorum nomine conditum in Gezira Cœnobium, in vita Abdjeſu Chaldæorum

rum Patriarchæ occurrit. Vide Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 537.

16. *Catalogus Librorum Dionyſii Barſalibi*. [illegible] Initium fol. 180. [illegible] *Liber magnus Expoſitionis Literalis & Spiritualis in Pentateuchum & Prophetas*. Cetera vide Tom. 2. Biblioth. Orient. pag. 210.

17. *Menſes* Coptici, Syriaci & Æthiopici. اشهر القبط والحبش Initium fol. 180. توت ايلول مسكرم *Toth*, *Elul*, *Maſacrum*, &c.

18. *Kalendarium per anni circulum*, *feſtorum Domini & Sanctorum*, *ordinatum a S. Jacobo Edeſſeno*, fol. 187. a tergo. [illegible] Folium primum hujus Kalendarii uſque ad 17. Octobris, eſt manu recentiori ſuppletum. Ad calcem vero ejuſdem, fol. 188. a tergo dicitur *Saliba Presbyter* Kalendarium iſtud collegiſſe: quod proinde deſcribere juvat, quum in eo nomina omnium contineantur, qui tamquam Sancti a Syris Jacobitis coluntur.

Teſri prior, October, principium anni Syrorum, dies habet 31. literam *Aleph*: horas diei 11. cum dimidia, & noctis duodecim cum dimidia [illegible] fol. 180. a t. Die 1. omnium Doctorum Syrorum: & S. Beth-Sahadæ Anachoritæ, & S. Abæi, ejuſque patris Ador, Pherozegardis, & S. Platonis Archiepiſcopi & Martyris, qui paralyticus fuerat, & a S. Euſebio Samoſatæ Epiſcopo ſanatus: ejus vero mater unacum ipſo coronata eſt, & S. Juliani Antiocheni martyris, & Ananiæ diſcipuli, & Sancti Aſiæ; i. e. Pantaleonis. [illegible]

2. Martyrum Monaſteri Karkaphtæ, & Cypriani, & Juſtæ, & Eliæ, & Simeonis, & Denhæ Metropolitæ. [illegible]

3. Coronatio Sancti Abdæ, qui & Aſer, Martyr Judæus e Sigara, & Sancti Bacchi. [illegible]

4. Dometii, Paralyticorum ſanatoris, & Hierothei magiſtri Dionyſii Magni, & Caliſthenæ Martyris, Oculorum ſanatricis. [illegible]

5. Mamelcthenæ Cantatricis ex Bethgarma, & Joſeph Patriarchæ. [illegible]

6. Coronatio Thomæ Apoſtoli, & Regis Indiæ, & Miſadi ejuſque filii Johannis, & matris ejus Tartariæ, & Decem Martyrum Cartaminenſium, qui Fraterculi vocantur, & Quadringentorum octoginta trium Martyrum. [illegible]

7. Coronatio Sergii & Bacchi in diebus Maximiani, & Abbatis Pauli Tamauei, & Abbatis Johannis Puſilli. [illegible] Ad oram marginis additur [illegible] *Mabarſapor Martyr in diebus Varharani Regis*.

8. Barſemiæ Epiſcopi Edeſſæ, & Platonis Epiſcopi & Martyris, & obitus

tus Thomæ Epiſcopi & Confeſſoris, & Taſiæ Ægyptiæ. [illegible]

9. Coronatio Jacobi filii Alphæi, fratris Matthæi Evangeliſtæ, & Sancti Euthelii. [illegible]

10. Olympii, & Olympiæ ſororis ejus. [illegible] In margine additur. [illegible] *Martyrium Epiſcopi Aceſſimæ in Arbele, & Presbyteri Joſephi, & Aithallahæ Diaconi, ſub Sapore.* [illegible] *Item anno Saporis trigeſimo Martyrium ſubjere Epiſcopi Iſaac & Sapores.*

11. Philippi Diſcipuli, & Apollinis Anachoritæ. [illegible]

12. Coronatio Tarachi, & Probi, & Andronici. [illegible]

13. Carpi, & Papyli, & Archeladii, & Theodoſii junioris. [illegible]

14. Sarbelii, ejuſque ſororis Babææ, & Athanaſii magni Alexandriæ, & Georgii Græcorum. [illegible]

15. Iſajæ Alepenſis, & obitus Sancti Aſiæ, (medici) qui & Pantaleon, & Ignatii Melitinæ, qui & Curſor, & Sancti Phinees Hahæ. [illegible]

16. Longini Centurionis, & Martyris Malli. [illegible]

17. Prophetarum omnium, & Hoſee Prophetæ, & Ignatii Theophori, & Theophili Alexandrini. [illegible]

18. Lucæ Evangeliſtæ, & Adæi. [illegible]

19. Sozontis Epiſcopi, & 127. ſociorum Martyrum, & Joelis Prophetæ, & Beelſemæ Edeſſeni. [illegible]

20. Inventio Capitis Johannis Baptiſtæ, & Danielis Monaſterii Hebſoſiatæ. [illegible]

21. Sahadæ Martyris Monaſterii magni, & Severi Patriarchæ BarMaſche. [illegible]

22. Danielis Prophetæ, & Hilarii, & S. Aaron, & Damiani Martyris. [illegible]

23. Jacobi fratris Domini. [illegible]

24. Septem Puerorum ſpeluncæ Epheſi poſt 188. annos, & Theodoræ Martyris ejuſque filiorum, & Luciani Martyris, qui Byzantii Martyrium ſubiit. [illegible]

25. Coronatio S. Phetionis Advocati tribulatorum, & Marci, & Marathei. [illegible] In margine additur. [illegible] *Phocæ Epiſcopi Hieromartyris in Ponto, ſub Trajano.*

26. Demetrii, & Neſtoris Martyris Theſſalonicæ anno Adæ 6240. [illegible]

27. Obitus Sancti Jareth, & Anatolii, & Marci Eremitæ, & Capitolinæ Martyris. [illegible]

28. Petri Alexandrini, & Cyriaci Hieroſolymitani. [illegible]

29. Anaſtaſiæ Martyris Romæ. [illegible]

30. Coronatio Adæi Apoſtoli, & Andreæ, & Zenobii, ejuſque ſororis Zenobiæ. [illegible]

31. Stachys, & Ampliæ. Item Coronatio Andreæ Apoſtoli. [illegible]

Teſri poſterior, November, habet dies 30. literam Daleth, horas diei 11. noctis 14. eſt hiemis præcurſor. [illegible]

Die 1. S. Abi ductoris militum Perſarum, magiſtri S. Abi, & Coſmæ & Damiani Medicorum, qui mulieribus ſterilibus filios impetrarunt, & Theodori Patriarchæ. [illegible]

2. Quinque Martyrum. [illegible]

3. Eliæ Patriarchæ Antiochiæ anno Græcorum 1035. & Conſtantini & Patrum CCC. & Georgii Martyris. [illegible]

4. Johannis Bar-Aphthonii: cujus obitus anno 849. [illegible]

5. Johannis Arabis, & Patrobæ, & Hermæ, & Caji, & Philologi, diſcipulorum Pauli, & Mariæ Ægyptiacæ, & Zoſimæ Anachoritæ, & S. Papylii, & Chirimæ. [illegible]

6. Pauli Epiſcopi, qui Martyrio ab Arianis affectus fuit. [illegible]

7. Gregorii Nyſſæ, & Martyrum XXXIII. Melitinæ. [illegible]

8. Juliani Patriarchæ anno 1019. & obitus Sancti Aaron ex Armeniæ regione anno 700. & Sancti Zurbar, & Synaxis Angelorum. [illegible]

9. Prophyrii, & Oneſiphori, & Eliſæi Prophetæ, & Droſidis Martyris. [illegible]

10. Sancti Beth-Sahadæ, & Honorii & Arcadii Imperatorum, Theodoſii filiorum, & Jonæ Epiſcopi, & Hieronis Apoſtolorum diſcipuli, & Cyri Archimandritæ, & Johannis Cartaminenſis. [illegible]

11. Damiani Alexandrini, & Apollinis Anachoritæ. [illegible]

12. Cyriaci diſcipuli Sancti Jarethi, & Sancti Johannis Eleemoſynarii, qui uxorem & duos filios habuit. [illegible]

13. Co-

13. Coronatio S. Johannis Chryſoſtomi, & Coronatio Millis, ejuſque diſcipulorum. [illegible]

14. Gratiani Imperatoris, & Philippi ex XII. Apoſtolis, & ſeptem filiarum ejus. [illegible]

15. Guriæ, Samonæ, & Abibi, & Sancti Scialitæ (Artemii) qui pro peſte & lue laborantibus prodeſt, & Martyrum Romanorum XXIV. quorum caput Pappus, Feſtum Coronationis eorum. [illegible]

16. Gregorii Thaumaturgi, & Ignatii Theophori, qui Romæ coronatus eſt. [illegible]

17. Matthæi Evangeliſtæ, pro lacte mulierum, & Sancti Zalphæ, & obitus Conſtantini Imperatoris anno 673. [illegible]

18. Obitus Romani, & puerorum ſociorum ejus, & Severi Samoſatæ, & Simonis Græci, & Abi Hahenſis, Archimandritæ Cœnobii Cartaminenſis. [illegible]

19. Azi Martyris, & Dionyſii Areopagitæ, & Procli, & Agapii, & Petri Patriarchæ. [illegible]

20. Gregorii Decapolitæ, & Narſetis & Joſephi Epiſcoporum, & aliorum plurimorum Martyrum, & Jaſonis, & Abdiæ Prophetæ. [illegible]

21. Præſentatio Deiparæ in Templum, quum trium eſſet annorum, (ita emendaturus lapſum amanuenſis, qui pro [illegible] tribus annis, perperam habet [illegible] triginta annos) & Sancti Ananiæ. [illegible] Additur in margine manu recentiori. [illegible] *Item Martyrium Mercurii diebus Decii*.

22. Petri & Pauli, & Theclæ, quæ omnium feminarum prima Martyrium ſubiit tempore Pauli. [illegible]

23. Obitus Sancti Heuaræ filii Theodori, & Magni. [illegible]

24. Clementis Romani, & Gregorii Theologi, & Martyrum Ægyptiorum, & Martyrum Perſarum. [illegible]

25. Cyriaci & Luciani, & Euſebii Martyrum, & Petri Iberi, & Abbatis Iſaiæ Pædagogi. [illegible]

26. Vigilia Fratrum, & Theodoſii Epiſcopi, qui in fornace calcis obiit, & eorum, qui cum ipſo Martyrium paſſi ſunt. [illegible]

27. Hilariæ filiæ Zenonis invicti Imperatoris: quæ ſub nomine Johannis Eunuchi claruit. [illegible] & obitus Sancti Jacobi Interciſi.

28. S. Cyriaci Martyris, & Jacobi fratris Domini. [illegible]

29. S. Ja-

Digitized by Google

29. S. Jacobi Doctoris Sarugenſis anno 833. & obitus S. Palladii Eremitæ. [illegible]

30. Obitus Johannis Eleemoſynarii, Patriarchæ Alexandriæ, qui uxorem & filios habebat, & Andreæ Apoſtoli. [illegible]

Canun prior, December, habet dies 31. horas diei 9. & noctis 15. [illegible]

1. Nahum Prophetæ, & Iſaac Patriarchæ, adoleſcentium reſuſcitatoris. & Petri Iberi, qui & Bar-Thaſææ, & Martyris Hahenſis, cujus nomen non reperimus. [illegible]

2. Habacuc Prophetæ, & Georgii Patriarchæ, qui in carcerem conjectus eſt Bagdadi a Moſulmanis. [illegible]

3. Sophoniæ Prophetæ, & Carpi Epiſcopi Sauræ, qui hac die coronatus eſt. [illegible]

4. Barbaræ & Julianæ Martyrum. [illegible]

5. Sabæ Juliani. [illegible]

6. Sancti Zachæ, ſive Nicolai, qui vixit 173. annos. [illegible]

7. Gregorii Patriarchæ: & Sciabaræ, ſeu Adoleſcentis, & Johannis parui. [illegible]

8. S. Simeonis, qui ædificavit Monaſterium Karkaphtæ (ideſt, Petri Apoſtolor. Principis) & Parentum Deiparæ. [illegible]

9. Annunciatio Conceptionis Annæ matris Deiparæ, & S. Danielis Epiſcopi Cartamini, & Samuelis Prophetæ, & Patapii, Hydropicorum advocati. [illegible]

10. Hippolyti Epiſcopi & Martyris, & Philoxeni, & Sancti Behenami, & ſociorum ejus, & Hermogenis, & Sancti Thathaelis, & Babææ ſororis ejus. [illegible]

11. Euſtathii, & Meletii Antiochiæ, & Danielis Stylitæ. [illegible]

12. Inventio Sanctorum Cœnobii Harbtæ de Tute, Tyrſi, Lucii, Euſtratii, Paphanutii, Mardarii, Eugenii, & Spiridionis Martyris. [illegible]

13. Johaunis Cantoris, & Antonii, & Pauli. [illegible]

14. Undecim millium, & quadringentorum, & triginta quatuor Martyrium, qui paſſi ſunt unacum S. Cyriaco, & Cyri pueri, Archimandritæ Cartamini, & obitus Abrahæ Chidonitæ anno 678. & Martyris Eleutherii, & Nonnæ ejus matris, & Carpi, & Sergii in monte Sajo. [illegible]

15. Jo-

15. Johannis Baptiſtæ, & Aggæi, & Danielis, & Millis Martyris anno 733. [illegible]

16. Abrahami, Iſaaci, & Jacobi, & Zachariæ & Eliſabeth, parentum Johannis. [illegible]

17. Andreæ Martyris, & Rabulæ Edeſſeni. [illegible]

18. Ananiæ, Azariæ, & Miſaelis. [illegible]

19. Silveſtri, & Liberii, & Xyſti, & Julii, & Probael: videtur pro [illegible] legendum [illegible] *Romæ Pontificum*. [illegible]

20. Petri Alexandrini. [illegible]

21. Juſtiniani Martyris, & Amphilochii Epiſcopi Iconii, & Johannis Haranenſis. [illegible]

22. Procli Epiſcopi, & Nectarii, & Alexandri Conſtantinopolitani. [illegible]

23. Sergii in monte Sajo, & obitus Sancti Gabrielis Coſtanenſis, ad aquilonem & ortum Hahæ, & Gabrielis, & Simeonis Epiſcoporum Edeſſæ, & Nagranitarum militum, qui & Homeritæ. [illegible]

24. Eugeniæ, & eorum, qui martyrium paſſi ſunt in Perſide ſub impio Rege Coſroe. [illegible]

25. Nativitas Dei magni & Salvatoris noſtri ex Virgine Deipara Maria in Bethlehem, & Antonii Coraſitæ e tribu Omari, tribulatorum protectoris. [illegible]

26. Feſtum de Laudibus [illegible] In margine [illegible] 26. *Apud Græcos, S. Deiparæ, feſtum de Laudibus. Addunt Græci, & Joſeph Juſti*.

27. Sexaginta quatuor millium: in alio exemplari, XIV. millium Infantium, quos interfici juſſit Herodes propter Dominum noſtrum. [illegible]

28. Viginti millium, qui Nicomediæ paſſi ſunt, & Jacobi Adelphothei. [illegible]

29. Duodecim Apoſtolorum. [illegible]

30. Marcelli, & Abrahæ Scribæ, & Sergii Zucheninenſis Monaſterii & Fontis Beth-chuſi. [illegible]

31. Homeritarum in Nagran, & Arethæ Doctoris, & reliquorum puerorum & mulierum. [illegible] Pro [illegible] *Doctore*, Legendum [illegible] *& Arethæ Regis*.

Canun poſterior, Januarius, principium anni Romanorum: habet dies 31. literam *Beth*, horas diei decem cum dimidia, & noctis tredicim cum dimidia. [illegible]

Die 1.

Die 1. Circumciſio Domini noſtri, & Baſilii Cæſareæ urbis, & Gregorii Nyſſæ, fratrum in carne, & reliquorum Doctorum Græcorum. [illegible]

2. Johannis Evangeliſtæ. [illegible]

3. Simeonis Haranenſis, & Lazari Turabdinen. & Davidis, & Athanaſii Patriarchæ, & Lazari Zagugæi. [illegible]

4. Commemoratio Pauperum & Peregrinorum, & Simeonis Abbatis ſecundi Cartaminenſis, & Zoſimæ Martyris. [illegible]

5. Malachiæ Prophetæ, & Gregorii Cæſareæ, & Martyris, qui in deſerto ordinatus eſt, & miracula patravit. [illegible]

6. Feſtum Epiphaniæ. [illegible]

7. De Laudibus Johannis Baptiſtæ. [illegible]

8. Stephani Protomartyris. [illegible] In margine. [illegible] *Barhaſremini, nomen eſt Chaldaicum.*

9. Lucii Martyris, & Agæi Epiſcopi Edeſſæ, & Pharaciæ Scribæ. [illegible]

10. Theodoſii Alexandrini. [illegible]

11. Petri & Pauli, & Danielis Edeſſeni, & Simeonis Papenſis, Archimandritæ Cartaminenſis. [illegible]

12. Barſæ Epiſcopi Edeſſæ, & filiorum Imperatoris Valentiniani, filii Joviniani, filii Honorii, Maximi & Domitii: eorumque ſororis Modeſtæ. [illegible]

13. Hermolai, & Stratonici. [illegible]

14. Johannis Regum filii, & Metrophanis, ejuſque matris Theodoræ, & Martyrum, qui in monte Sinai cæſi ſunt. [illegible]

15. Deiparæ, Feſtum Seminum, & Pauli Thebæi, & Timothei Edeſſæ. [illegible]

16. Petri, & Pauli, quum in vincula conjecti ſunt, & S. Evagrii. [illegible]

17. Abbatis Pachomii, & Abbatis Arſenii, & Abbatis Agathonis, & Abbatis Longini, & Patrum Ægyptiorum, & commemoratio Fidelium, qui Aſceteriis & Monaſteriis dona offerunt. [illegible]

18. Archiepiſcoporum Alexandriæ, & Synodi Ducentorum ac viginti Epheſi: & Theodoſii junioris Imperatoris, & obitus S. Simeonis Cartamini anno 744. [illegible]

19. Macarii Ægyptii Abbatis. [illegible]

20. Jſidori Abbatis, & Euthymii Presbyteri: & Sacerdotum. [illegible]

21. Maximi, & ſociorum ejus, & Agnetis Virginis, quam vocant Virginem

ginem deſponſatam . ܟܐ. ܕܡܥܡܥܕܢܘܬܗ ܕܠܡܬܡܟܪܘܬܗ. ܘܕܥܠܝܐ ܒܬܘܠܬܐ. ܗ̄ ܗܒܗܒܗ.
ܒܬܘܠܬܐ ܕܡܟܝܪܐ.

22. Timothei, & Anaſtaſiæ. ܟܒ. ܕܛܝܡܬܐܘܣ ܘܐܢܣܛܣܝܐ.

23. Coronatio Babylæ, & Puerorum ſociorum ejus, Barbadi duodecim annorum, Apyllii annorum novem, & Arbi annorum ſeptem, & Salimantis Martyris, & Sancti Adæ, & Johannis Abbatis, & S. Sabæ Eccleſiæ magnæ Hahæ, & duodecim millium Martyrum ſociorum ejus. ܟܓ. ܟܠܝܠܗ ܕܒܒܘܠܐ. ܘܛܠܝ̈ܐ ܕܥܡܗ ܒܪ ܫܢܝܢ ܬܪܬܥܣܪ. ܐܦܘܠܝܘܣ ܒܪ ܬܫܥ. ܘܐܪܒܣ ܒܪ ܫܒܥ. ܘܕܣܠܝܡܢܛܝܘܣ ܣܗܕܐ. ܘܕܡܪܝ ܐܕܝ. ܘܕܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܪܝܫ ܕܝܪܐ. ܘܕܡܪܝ ܣܒܐ ܕܥܕܬܐ ܪܒܬܐ ܕܚܚ. ܘܬܪܥܣܪ ܐܠܦܝܢ ܣܗܕܐ ܕܥܡܗ.

24. Johannis filii Regum, & S. Heraclii incluſi in Monaſterio Caphar-Scema, & Xeniæ, ideſt, Peregrnæ. ܟܕ. ܝܘܚܢܢ ܒܪ ܡ̈ܠܟܐ. ܘܡܪܝ ܗܪܩܠܐ ܚܒܝܫܐ ܕܒܕܝܪܐ ܕܟܦܪ ܫܡܐ ܘܕܩܣܢܝܐ ܐܘܟܝܬ ܐܟܣܢܝܬܐ.

25. Sancti Achæ Eremitæ, qui particulam Ligni Crucis nobis detulit, & Gregorii Theologi, & Gregorii ejus patris, & matris Nunnæ, & fratris Cæſarii, & Gorgoniæ ſororis. ܟܗ. ܕܡܪܝ ܐܚܐ ܡܚܝܠܐ ܗܘ ܕܐܝܬܝ ܠܢ ܡܢܬܐ ܡܢ ܙܩܝܦܐ ܘܕܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܬܐܘܠܘܓܘܣ. ܐܒܘܗܝ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ. ܘܐܡܗ ܢܘܢܐ ܘܐܚܘܗܝ ܩܣܪܝܘܣ. ܘܓܘܪܓܘܢܝܐ ܚܬܗ.

26. Longini, qui Dominum noſtrum percuſſit, & Hieroſolymis Martyrium ſubjit, & Xenophontis & ſociorum. ܟܘ. ܠܓܝܢܘܣ ܗܘ ܕܡܚܝܗ ܠܡܪܢ ܘܐܣܬܗܕ ܒܐܘܪܫܠܡ. ܘܟܣܢܦܘܢ ܘܕܥܡܗ.

27. Deportatio Oſſium Johannis per Proclum ejus diſcipulum e Comana in urbem Regiam, & Hahenſis Presbyteri & Martyris, & Sanctorum Septem inclytorum. ܟܙ. ܡܥܠܢܐ ܕܓܪ̈ܡܘܗܝ ܕܝܘܚܢܢ ܒܝܕ ܦܪܘܩܠܘܣ ܬܠܡܝܕܗ ܡܢ ܩܘܡܢܐ ܠܡܕܝܢܬܐ ܡܠܟܬܐ. ܘܕܩܫܝܫܐ ܚܚܝܐ ܣܗܕܐ. ܘܕܣ̈ܗܕܐ ܫܒܥܐ ܢܨܝ̈ܚܐ.

28. S. Ephræm Syri, & Johannis *Calybitæ*, qui ab Evangelio nomen accepit. ܟܚ. ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܣܘܪܝܝܐ. ܘܝܘܚܢܢ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܫܡܗ.

29. Tumulatio Oſſium Ignatii Theophori, & Severi Capharſæi, Archimandritæ Cartaminenſis, & Martyrum Galatarum. ܟܛ. ܡܩܒܪܢܐ ܕܓܪ̈ܡܘܗܝ ܕܐܝܓܢܛܝܘܣ ܢܘܗܪܐ ܘܕܣܘܝܪܐ ܕܟܦܪ ܣܐܒ. ܪܝܫ ܕܝܪܐ ܕܩܪܛܡܝܢ ܘܕܣܗ̈ܕܐ ܓܠܛܝ̈ܐ.

30. Hippolyti Romani, & Sancti Martyris, & Barſamiæ Epiſcopi Edeſſæ. ܠ. ܕܗܦܘܠܝܛܘܣ ܪܗܘܡܝܐ ܣܗܕܐ ܩܕܝܫܐ. ܘܕܒܪܫܡܝܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܐܘܪܗܝ.

31. Johannis Thaumaturgi, qui eſt Johannes Edeſſenus, & Martyris Tryphænæ: prodeſt mulieribus lactantibus, & Vaccis, ut lacte fluant: & trium Virginum Theodotæ, Theoctiſtæ, & Eudoxiæ, & Cyri Alexandrini. ܠܐ. ܝܘܚܢܢ ܥܒܕ ܬܕܡܪ̈ܬܐ ܗܘ ܐܘܪܗܝܐ ܘܕܛܪܝܦܢܐ ܣܗܕܬܐ. ܥܕܪܐ ܠܢܫ̈ܐ ܡܝܢܩܬܐ ܘܠܬܘܪ̈ܬܐ ܕܢܪܕܘܢ ܚܠܒܐ. ܘܕܬܠܬ ܒ̈ܬܘܠܬܐ. ܬܐܘܕܘܛܐ ܘܬܐܘܩܛܝܣܛܐ ܘܐܘܕܘܟܣܝܐ. ܘܕܩܘܪܘܣ ܕܐܠܟܣܢܕܪܝܐ.

Scebat, Februarius, habet dies XXVIII. & in Biſſexto, XXIX. literam He: horas diei XI. noctis XIII. ܫܒܛ. ܫܘܡܗܗ ܕ̈ܝܘܡܐ. ܟܚ̄. ܘܒܟܒܝܣܐ ܟܛ̄. ܐܬܐ ܗ̄. ܫܥ̈ܝܐ ܕܐܝܡܡܐ ܝܐ. ܕܠܠܝܐ ܝܓ.

Die 1. S. Taliæ, & S. Johannis Bar-Abdon Patriarchæ anno 1341. & S. Eliæ Martyris novi in Beth-Cuſina apud Haham, & Juſtinæ, quæ & Candida, mater Sancti Abi, in Keleth, & Sciaadoſti Catholici, ideſt, Amatoris Chriſti, qui cæſus eſt in Scebat, *menſe Februario*. ܐ. ܡܪܝ ܛܠܝܐ. ܘܡܪܝ ܝܘܚܢܢ ܦܛܪܝܪܟܐ ܒܪ ܥܒܕܘܢ ܫܢܬ ܐܫܡܐ. ܘܡܪܝ ܐܠܝܐ ܣܗܕܐ ܚܕܬܐ ܕܒܝܬ ܟܘܣܝܢܐ ܕܚܚ. ܘܕܝܘܣܛܝܢܐ ܕܐܝܬܝܗ̇ ܩܢܕܝܕܐ ܐܡܗ ܕܡܪܝ ܐܒܝ ܕܒܩܠܬ. ܘܕܫܘܕܘܣܛ ܩܬܘܠܝܩܐ ܐܘܟܝܬ ܪܚܡ ܡܫܝܚܐ. ܕܐܬܢܟܣ ܒܫܒܛ.

2. Præſentatio Domini noſtri in Templum, & Simeonis Senis, ideſt,

Hyppolyti · ܒ̈ . ܕܕܟܪܘܢܗ ܕܡܪܝ ܠܡܫܒܚܐ ، ܘܡܫܒܚܘܢ ܗܕܐ ܐܝܟ ܕܗܦܘܠܘܛܘܣ

3. Obitus Sancti Barſumæ Scenæ, & S. Aaronis Eremitæ. ܓ̈ . ܫܘܢܝ ܡܪܝ ܘܡܪܝ ܐܗܪܘܢ ܕܣܝܓܪܐ In margine manu recentiori: ܒܪܨܘܡܐ ܕܫܠܐ ، ܘܡܪܝ ܐܗܪܘܢ ܡܣܟܢܐ .
S. Aaron Sigaræ .

4. Iſidori Epiſcopi Haran, & Davidis Haranitæ, ܕ̈ . ܠܐܝܣܝܕܘܪ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܚܪܢ . ܘܕܘܝܕ ܕܚܪܢ .

5. Eſdræ Scribæ filii Addo de terra Sumnatha; quum reverſi ſunt Ebræi captivi e Babylone, & Agathæ Martyris. ܗ̈ . ܥܙܪܐ ܣܦܪܐ ܒܪ ܥܕܘ ܡܢ ܐܪܥܐ ܕܫܘܡܢܬܐ ܟܕ ܗܦܟܘ ܥܡܐ ܡܢ ܒܒܠ ܘܐܓܐܛܝ ܣܗܕܬܐ .

6. Johannis Telæ Mauzalath, qui mortem obiit in carcere Diophyſitarum, ideſt, eorum, qui duas naturas adſerunt. ܘ̈ . ܝܘܚܢܢ ܕܬܠܐ ܕܡܘܙܠܬ ܕܡܝܬ ܒܒܝܬ ܐܣܝܪܐ ܕܬܪ̈ܬܝܢ ܟܝ̈ܢܐ .

7. Quatuor millium Martyrum: & Sabæ Juliani. ܙ̈ . ܐܪܒܥܐ ܐܠܦܝ̈ܢ ܣܗ̈ܕܐ ܘܣܒܐ ܝܘܠܝܢܐ .

8. Severi Patriarchæ; cujus annus emortualis 849. & Martyris Sirinæ Perſæ. ܚ̈ . ܣܘܝܪܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܡܝܬ ܫܢܬ ܬܡܢܡܐܐ ܘܐܪܒܥܝܢ ܘܬܫܥ . ܘܣܗܕܬܐ ܫܝܪܝܢ ܦܪܣܝܬܐ .

9. Nicephori Martyris. ܛ̈ . ܢܝܩܦܘܪܘܣ ܣܗܕܐ .

10. Charalampii, & Docti Martyrum. ܝ̈ . ܚܪܠܡܦܝܘܣ ܘܕܘܩܛܘܣ ܣܗ̈ܕܐ .

11. Theodotæ Martyris, & Blaſii Epiſcopi. ܝܐ̈ . ܬܐܘܕܘܛܐ ܣܗܕܬܐ . ܘܒܠܐܣܝܘܣ ܐܦܣܩܘܦܐ ,

12. Pauli, & Johannis, & Meletii Epiſcopi Antiochiæ, & Trium millium Martyrum. ܝܒ̈ . ܦܘܠܐ ܘܝܘܚܢܢ ܘܡܠܛܝܘܣ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܐܢܛܝܘܟܝܐ . ܘܬܠܬܐ ܐܠܦܝܢ ܣܗ̈ܕܐ .
In margine additur. ܡܘܫܐ ܒܪ ܟܐܦܐ ܕܡܝܬ ܒܫܢܬ ܐܠܦܐ ܘܡܐܬܝܢ ܘܐܪܒܥܣܪ *Moſis Bar-Cephe, qui obiit anno* 1214.

13. Martiniani Eremitæ. ܝܓ̈ . ܡܪܛܝܢܝܢܐ ܡܣܟܢܐ .

14. Xyſti Romæ. ܝܕ̈ ܟܣܘܣܛܘܣ ܕܪܘܡܝ
31. [illegible] *Acoluthia*, ſive *Ordo ſacri Olei Lampadis*. Incipit fol. 366. [illegible] Hunc ritum e Græco in Syriacum convertit Paulus Metropolita Siceota; quemadmodum adnotatur fol. 403. in hæc verba: [illegible] *Orate pro peccatore, qui eum interpretatus eſt, patre noſtro Sancto Paulo, Metropolita Sicæ, cujus precibus Deus noſtri miſereatur.* In hoc autem ritu ſeptem Presbyteri totidem Lectiones Apoſtolicas & Evangelicas legunt, quæ heic ſunt Arabica verſione interlineari expoſitæ. Eſt vero hæc verſio ab aliis Arabicis diverſa, & ad Syriacum textum omnino adcommodata. In fine vero, fol. 409. a tergo, hæc legas: [illegible] *Orate pro Abdelmeſſia*, ſive Chriſtodulo, *filio Coſtæ, ex Martyrum civitate Marphercat, qui exaravit.*

32. Bene-

32. Benedictiones, Precationes, & Abſolutiones diverſæ. Videlicet. 1. Fol. 410. ܨܠܘܬܐ ܥܠ ܒܟܘܪ̈ܐ ܚܕ̈ܬܐ *Oratio ad novas fruges*. 2. [illegible] *Oratio, quum quis iter ſuſcepturus eſt*. 3. ܨܠܘܬܐ ܥܠ ܫܪܓܐ *Oratio ad Lucernam*. 4. ܨܠܘܬܐ ܕܥܠ ܡܩܪܒܝܢ ܦܐܪ̈ܐ ܚܕ̈ܬܐ *Oratio quum novi fructus offeruntur*. 5. Fol. 411. [illegible] *Oratio pro Veſtibus, quæ ad Altare offeruntur*. 6. Fol. 413. [illegible] *Oratio conſecrationis Veſtium, Patenarum, & Calicum, quum ad Altare noviter offeruntur, antequam in iis Sacrum celebretur*. 7. Fol. 414. [illegible] *Alia de Altaribus, & Supellectilibus Sacris, quæ ab hæreticis polluuntur*: ubi legendum, [illegible] pro [illegible] 8. *Oratio pro eo, qui vota affert, ſeu decimas*. [illegible] 9. Fol. 415. [illegible] *Oratio pro ſemine, quum quis vult ſeminare*. 10. [illegible] *Alia pro planta olivæ & vineæ*. 11. Fol. 416. [illegible] *Oratio pro, eo qui peccat & confitetur peccata ſua*. 12. Fol. 417. ܨܠܘܬܐ ܥܠ ܐܢܫ ܕܚܛܐ ܘܡܘܕܐ ܒܚܛܗ̈ܘܗܝ *Oratio pro eo, qui peccavit & pœnitentiam facit*. 13. [illegible] *Oratio pro eo, qui cum animalibus, aut maſculis fornicatur, & promittit ſe vere pœnitentiam agere*. 14. Fol. 418. [illegible] *Oratio pro eo, qui a ſuo canone abſolvitur*. 15. Fol. 419. [illegible] *Oratio ſuper granum coctum, quod offertur in Eccleſia in die feſto, ſeu in commemoratione Defuncti*. 16. [illegible] *Oratio pro eo, qui Euchariſtiam ſumere petit*. 17. Fol. 420. [illegible] *Oratio pro eo, qui phantaſmatum illuſionibus deceptus eſt*. 18. [illegible] *Oratio pro ædificanda domo*. 19. Fol. 421. [illegible] *Oratio pro ædificanda cella, quum incipit Monachus cellam extruere*. 20. [illegible] *Oratio, quum Sacerdos domum ingreditur*. 21. Fol. 422. [illegible] *Alia Oratio*. 22. Fol. 423. [illegible] *Oratio pro oleo infirmi*. 23. Fol. 425. [illegible] *Oratio pro eo, qui petit a Sacerdote, ut pro ſe oret*. 24. Fol. 427. [illegible] *Oratio ſuper lucernam*. 25. [illegible] *Oratio pro puero*. 26. [illegible] *Oratio pro puella*. 27. [illegible] *Oratio pro eo, qui immundum quid comedit*. 28. Fol. 428. [illegible] *Oratio in exitu animæ*. 29. Fol. 430. [illegible] *Oratio pro novis uvis*. 30. [illegible] *Abſolutiones variæ. Prima, de pœnitentia. Proœmium ante Ordinem*. 31. Fol. 431. [illegible] *Proœmium ante Abſolutionem infirmi*. 32. [illegible] *Abſolutio infirmi*. 33. Fol. 433. [illegible] *Alia Oratio*. 34. [illegible] *Abſolutio pro eo, qui in ægritudine male torquetur*. 35. Fol. 435. [illegible] *Proœmium Abſolutionis, quum incenſum imponitur*. 36. Fol. 436. [illegible] *Oratio pro puero, quum tondetur*. 37. Fol. 437. [illegible] *Alia pro fructibus*. 38. [illegible] *Alia pro ſeminibus*. 39. Fol. 438. [illegible] *Oratio pro vino*. 40. [illegible] *Oratio pro aqua*. 41. [illegible] *Oratio Abſolutionis pro eo, qui manducavit, aut bibit quid immundum*. 42. [illegible] *Oratio pro quocumque defectu & peccato*. 43. Fol. 439. [illegible] *Alia Abſolutio pro quacumque hæreſi, anathemate, & quolibet peccato*. 44. Fol. 440. [illegible] *Oratio impo-*

impoſitionis manus ſuper infirmum. 45. [illegible] *Oratio pro eo, qui a diabolo tentatur*. 46. Fol. 441. [illegible] *Oratio pro oleo ſanitatis*. 47. [illegible] *Alia, quam dicit Monachus adverſus quamcumque tentationem a Satana ſibi immiſſam*. 48. Fol. 442. [illegible] *Alia, quum quis cubitum it*. 49. [illegible] *Alia, quum quis e lectulo ſurgit*. 50. Fol. 443. [illegible] *Oratio dicenda a Sacerdote pro eo, qui ſe ipſum propter Deum in cella includit*. 51. Fol. 445. *Abſolutio de pœnitentia, quum incenſum imponitur*, Procemium & Ordinem continens. [illegible] 52. [illegible] *Abſolutiones de Apoſtolis, Martyribus, Patribus, Cruce, & B. Virgine Maria*.

Is Codex ad decimum quartum Chriſti ſeculum videtur referendus. Ad primam ejus tabulam, Arabice deſcriptum reperias, صفة حل اللك *Modum ſolvendi Purpuriſſum*, ſeu conficiendi Minii, ad Rubricas exarandas.

XLII.

Codex in 4. bombycinus, foliorum 165. Syriacis Neſtorianorum literis eleganter exaratus, inter Codd. Syriacos Amidenſes olim Decimus; ubi continentur.

1. [illegible] *Ordo Presbyterorum*, hoc eſt, Precationes, & Abſolutiones, quas Presbyteri in Officio Feriali, ad Veſperas, Nocturnum & Matutinum, ante & poſt unumquemque Pſalmum, & in Feſtis, atque Commemorationibus Sanctorum, memoriter recitare debent, juxta ritum Chaldaico-Neſtorianum: de quo Tom. 3. Bibl. Orient. pag. 291. & 293. fuſius egimus. Initium fol. 1. [illegible]

2. [illegible] *Liturgia Beatorum Apoſtolorum*. Incipit fol. 25. a tergo. [illegible] Edita eſt a Renaudotio Tom. 2. Liturg. Orient. pag. 584. Sed hæc manuſcripta longe copioſior eſt: in qua verba Chriſti in conſecratione Panis, & Vini deſiderantur.

3. *Liturgia Neſtorii Patriarchæ Conſtantinopolitani*, hocce titulo a Neſtoriano amanuenſi inſignita. [illegible] *Item Divina ope ſcribo Liturgiam S. Neſtorii Patriarchæ Conſtantinopolitani, Martyris ſine ſanguine, qui perſequutionem paſſus eſt propter veritatem Orthodoxæ confeſſionis. Ejus precibus omnes juvemur, Amen. Celebratur autem hæc Liturgia quinquies in anno, ſcilicet, in Epiphania, in Feria ſexta S. Johannis Baptiſtæ, in commemoratione Doctorum Græcorum, in Feria quarta Ninivitarum, & in Paſchate*. Initium f. 51. [illegible] Edita eſt Renaudotio Tom. 2. Liturg. Orient. pag. 626. Sed ibi pro *Feria 6. S. Johannis Baptiſtæ*, & pro *in Commemoratione Doctorum Græcorum*, perperam habet, *in Vigilia S. Joh. Baptiſtæ, & in Vigilia Doctorum Græcorum*. Alia quoque multa ibi occurrunt, quæ author ille, ceteroquin non indoctus, aut omiſit, aut non intellexit.

4. [illegible] *Ordo Baptiſmi, compoſitus a Jeſujabo Catholico Adjabeno*, tum Neſtorianorum Patriarcha.

Ini-

Initium fol. 62. [illegible] Quinque ſunt in hoc Ordine notanda. Primum, quod nullus ſit Exorciſmus. Alterum, quod hæc eſt Forma Baptiſmi. [illegible] *Et mergit eum in aquam uſque ad collum tribus vicibus. Et prima quidem vice, dicit. Baptizatur N. in nomine Patris; in nomine Filii: in nomine Spiritus Sancti. Et imponit dexteram ſuam capiti ejus. Et reſpondent. Amen. Secunda vice: & Filii, Amen. Ultima vice. Spiritus Sancti. Et reſpondent, Amen.* Tertium: Forma Chriſmalis Confirmationis hæc eſt: [illegible] *Tum accipit cornu Chriſmatis, & ſignat eos in fronte pollice dextero, non autem digito, in modum Crucis, a ſummo deorſum, & a dextra ad ſiniſtram, dicens: Baptizatus eſt, & perfectus eſt N. in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, in ſecula.* Quartum: Rubrica Baptiſmi adultorum, & adultarum. Quintum: Abſolutio aquæ. Vide Tom. 3. Bibl. Orient. pag. 139. & Tom. 4. p. 240. & p. 272. ubi de Authoris ætate, ac ſcriptis egimus, nec non de hoc Neſtorianorum Ordine tam circa Sacramentum Baptiſmi, quam Confirmationis fuſius diſputavimus.

5. [illegible] *Ordo Abſolutionis, compoſitus a Jeſujabo Catholico Patriarcha.* Initium fol. 81. a tergo. [illegible] Eſt autem Ordo Abſolutionis publicorum Pœnitentium, quemadmodum in Rubrica præſcribitur. [illegible] *De eo, qui a fide ſua defecit, & iterum ad illam revertitur. Item de eo, qui in Jejunio carnem comedit, aut peccatum quidpiam admiſit. Item de eo, qui Euchariſtiam poſt cibum ſumſit; ſeu quodvis ſcelus perpetravit.* Precatio autem abſolutoria, fol. 86. a tergo, hujuſmodi eſt. [illegible] *Accedit Sacerdos, & imponit manum dexteram ſuper caput Pœnitentis, & dicit pro eo hanc Orationem voce intelligibili. Deus noſter bone & miſericordiarum plene, cujus miſerationes ſuper omnes ſunt effuſæ: effunde Domine elementiam miſericordiæ tuæ ſuper hunc ſervum tuum,* &c. Deeſt finis hujus Orationis. De hoc Pœnitentiæ publicæ Ordine, vide quæ ſunt notata Tom. 4. Bibl. Orient. pag. 287.

6. [illegible] *Monita de ſacro Altari*, per modum interrogationis & reſponſionis, Dubia triginta complectentia. Init. fol. 87. [illegible]

7. [illegible] *Item Monita*, ſeu *Dubia* LIII. *de Euchariſtia, & de ſacro Baptiſmo*; digna profecto, quæ cum ſuperioribus de Altari typis mandentur. Inde enim colligitur recentiorum Neſtorianorum Theologia Moralis, circa Euchariſtiæ, & Baptiſmi adminiſtrationem. Incipiunt autem fol. 94. [illegible] Deſinunt f. 103. a tergo in hanc Anonymi authoris Epigraphen: [illegible] *Abſoluta ſunt Monita omnia de ſacro Altari, deque Euchariſtia, & ſacro Baptiſmo.*

8. [illegible] *Benedictiones Menſæ*, ante & poſt prandium. Incipiunt fol. 104. [illegible]

9. [illegible] *Benedictio* alia Panis adhibendi in Oblationibus & Exequiis Mortuorum. Init. fol. 105. [illegible]

10. [illegible] *Benedictio Calicis Vini*. Initium fol. 107. [illegible]

11. [illegible] *Oratio pro Infirmo*. Initium fol 107. [illegible]

12. [illegible] *Oratio pro Puero*. Initium fol. 107. a tergo [illegible]

13. [illegible] *Benedictio Calicis Oblationis*. Init. ibid. [illegible]

14. [illegible] *Conſecratio Altaris*, quam Presbyteri abſque Chriſmate, & Epiſcopo peragunt; præmiſſa Rubrica de caſibus, in quibus ea conſecratio Presbyteris permittitur. Init. fol. 108. [illegible]

15. [illegible] *Eliæ Tertii Catholici*, ſeu Patriarchæ Neſtorianorum, cognomento, *Abu-Halim*; de quo vide Tom. 3. Bibl. Orient. pag. 287. & 619. *Orationes*, ad Officium matutinum Feſtorum recitandæ, quas Tom cit. pag. 293. Syriace & Latine recenſuimus. Init. fol. 121. [illegible]

16. [illegible] *Benedictio Menſæ pro Defunctis*, metro heptaſyllabo; quæ tamen recentius addita videtur. Initium fol. 165. [illegible]

Is Codex ſcriptus eſt an. Chriſti 1603. Sic enim fol. 164. a tergo habetur: [illegible]
„ Explicit ope Domini ac Dei noſtri deſcriptio Ordinis hujus Sacerdotum:
„ & Deo gloria. Completus eſt autem, atque abſolutus hic liber feria quar-
„ ta, die 17. menſis benedicti Teſri poſterioris, *Novembris*, anno benedi-
„ cto Græcorum 1914. & quidem exaratus eſt idem Liber in ſacra & be-
„ nedicta civitate Gazarta Zebedæa, quæ ſita eſt ad Tigrin flumen Paradi-
„ ſi Eden, per manus Diaconi Bahdini bonæ memoriæ. „ Is fol. 107. a tergo, [illegible] *Lazarus* adpellatur.

XLIII.

CODEX in fol. chartaceus, foliis conſtans 113. Chaldaicis literis, quas Neſtorianas vocant, elegantiſſime exaratus, inter Codd. Syriacos Amidenſes olim Undecimus. Ibi continetur.

MISSALE cum Pontificali, juxta Ritum Chaldæorum, in hunc ordinem digeſtum.

1. [illegible] *Conſecratio Altaris cum Chriſmate*. Incipit fol. 1. [illegible]

2. [illegible]

2. [Syriac] *Caſus*, in quibus Altare conſecrandum eſt cum Chriſmate, & ſine Chriſmate. Initium fol. 21. a t. [Syriac] Vide præcedentem Cod. XLII. fol. 108.

3. [Syriac] *Ordo Miſſæ*, ſeu *Liturgia Beatorum Apoſtolorum*. Incipit fol. 23. a tergo. [Syriac] Vide Cod. XLII. f. 25. a t. Sed in hoc Codice fol. 29. deſcripta ſunt ex Miſſali Chaldaico Maronitarum, Romæ an. 1592. impreſſo, verba Chriſti conſecratoria Panis & Vini, quæ ibi deſiderari monuimus. In fine vero hujus Liturgiæ, fol. 33. additur initium Evangelii S. Johannis: quæ Cæremonia ex Latino Miſſali eſt deſumta.

4. *Evangelicæ Lectiones*, Syriacis literis, ſed Arabico ſermone. Videlicet. 1. Pro Miſſa quotidiana ex Johanne, fol. 34. a tergo. [Syriac] 2. In feſto Nativitatis Domini, ex Luca, ibidem. [Syriac] 3. In Epiphania, ſeu Baptiſmo, ex Matth. fol. 35. a tergo. [Syriac] 4. In Jejunio, ex Matth. f. 36. a tergo. [Syriac] 5. In Dominica Hoſannarum, ex Matth. fol. 37. [Syriac] 6. In feſto Reſurrectionis, ex Johanne fol. 38. [Syriac] 7. In Aſcenſione, ex Luca, f. 39. [Syriac] 8. In Pentecoſte, ex Johan. fol. 39. a tergo. [Syriac] 9. In commemoratione Virginis, ex Luca, fol. 40. [Syriac] 10. In feſto Virginis, ex Luca, fol. 40. [Syriac] 11. Evangelium Defunctorum, ex Joh. fol. 41. [Syriac] 12. In feſto Apoſtolorum, ex Matth. fol. 42. [Syriac] 13. In commemoratione Sanctorum, ex Matthæo fol. 43. [Syriac] 14. In commemoratione Martyrum, ex Matthæo, f. 44. [Syriac]

5. [Syriac] *Abſolutiones*, in fine Miſſæ ad *Portam Cancellorum* dicendæ; quarum prima, metro dodecaſyllabo, ſecundum alphabeticam ſeriem, authore *Ebedjeſu Epiſcopo Gazartæ*; incipit fol. 45. [Syriac] Altera ejuſdem *Ebedjeſu*, eodem metro, & ordine Alphabetico, fol. 46. [Syriac] Tertia authore, [Syriac] *Ebedjeſu Bar-Bricha*, eodem metro, & ordine, fol. 47. [Syriac] Quarta ejuſdem, fol. 48. [Syriac] Quinta ejuſdem, metro heptaſyllabo, fol. 49. [Syriac] Sexta eodem metro, authore [Syriac] *Mara Archidiacono filio Meſſiæ*, fol. 50. [Syriac] Septima, eodem metro, pro feria quarta Rogationum, fol. 51. a tergo. [Syriac] Octava, metro dodecaſyllabo, authore [Syriac] *Presbytero Ataja Bar-Othcli*, fol. 52. a tergo. [Syriac] Nona ejuſdem authoris, eodem metro, fol. 53. a tergo. [Syriac] De authoribus harum Abſolutionum conſule Tom. 3. Bibl. Orient. ubi & alia eorum ſcripta recenſuimus.

6. [Syriac] *Ordo Impoſitionis manus*, ſive *Ordinatio Diaconorum*, nimirum, Lectorum, Hypodiaconorum, & Diaconorum. Ini-

Initium fol. 55. [illegible] i. e. *Primum accedunt Ordinandi coram Epiſcopo, qui tondet eorum capillos, & cingulo præcingit lumbos eorum: & ſtant ante cancellos. Epiſcopus autem ingreditur Altare, & incipit. Pater noſter, qui es in Cælis.* Confer cum Ordinatione Diaconorum, edita a nobis Tom. 4. Bibl. Orient. pag. 793. 801. & 806.

7. [illegible] *Ordinatio Presbyterorum*, fol. 62. [illegible] Edita a nobis Tom. 4. Bibl. Orient. pag. 813.

8. [illegible] *Ordinatio Epiſcoporum*, fol. 68. [illegible] Vide Tom. cit. pag. 684.

9. [illegible] *Ordo perfectionis Epiſcopi per Catholicum*, fol. 78. [illegible] Vide Tom. cit. pag. 702.

10. *Precationes* dicendæ a Præſule poſt Ordinationem Epiſcopi; quarum 1. Quum Præſul electum Pallio induit, fol. 81. [illegible] 2. Ad Birunam, ſeu Tiaram, ibid. [illegible] 3. Ad Velum, ibid. [illegible] 4. Ad Baculum, fol. 81. a tergo. [illegible] Ad Electum. [illegible]

11. [illegible] *Ordinatio Catholicorum*, quæ, ut in titulo ſubjungitur: [illegible] *Perficitur in Eccleſia magna Mahuze, quum conveniunt ad conſtituendum Patriarcham, juxta traditionem & definitionem Mar-Abæ Catholici, & Mar-Gabrielis Metropolitæ Perath-Meſene, ſeu Baſſoræ: & juxta ritum Mar-Cypriani Metropolitæ Niſibis.* Vide Tom. 4. Bibl. Orient. pag. 667. Incipit fol. 82. a tergo. [illegible]

12. *De numero & dignitate Patriarcharum*, ab Apoſtolis in univerſo mundo conſtitutorum. Initium fol. 94. a tergo. [illegible] Ubi deſcribuntur Canones Syriaci ex vulgatis Arabicis, qui *Nicæni* dicuntur: item Conſtitutio *Marabæ* Patriarchæ Chaldæorum, de qua Tom. 3. Bibl. Orient. p. 77. item *Jeſujabi Adiabeni* de authoritate Patriarcharum. Additur Caput de Primatu Romani Pontificis, deque nonnullis Patriarchis ab ipſo ordinatis, *Abre*, nimirum, *Abrahamo*, *Jacobo*, *Acbadabuc*, *Maraba*, *Aramo Niſibeno*, & *Johanne Sulaka*, de quibus Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 533. Denique *Jeſujabi* Canon de Diaconis, Presbyteris, & Epiſcopis; de quo alibi.

13. [illegible] *Ordinatio Archidiaconi*. Initium fol. 106. [illegible] Vide Tom. 4. Bibl. Orient. pag. 842.

14. [illegible] *Ordo Habitus Monachorum*. Init. fol. 107. a tergo. [illegible] Vide Tom. cit. pag. 900.

15. [illegible] *Ordo Hegumeni*. fol. 109. a tergo. [illegible] Vide Tom. cit. pag. 916.

16. [illegible] *Abſolutio* Sacerdotis a ſuſpenſione, fol. 111. a tergo. [illegible]

17. [illegible]

17. [illegible] *Abſolutio* Laici ab interdicto, vel excommunicatione, fol. 112. [illegible]

18. [illegible] *Oratio* ſuper Energumenum, fol. 112. a tergo. [illegible]

19. [illegible] *Oratio* ſuper Infirmum, ibid. [illegible]

20. [illegible] *Benedictio* Seminum, fol. 113. [illegible]

Is Codex ſcriptus eſt Romæ anno Chriſti 1701. a Joſepho Amidenſi Patriarcha Chaldæorum; ut ex duabus hiſce Epigraphis conſtat; quarum prima fol. 44. a tergo hæc habet. [illegible] " Explicit Liber iſte in benedicta ,, & ſancta urbe Roma, ſub nomine duorum Sanctorum Apoſtolorum S. Petri ,, & S. Pauli, fundatorum Sanctæ Eccleſiæ, diebus Patris Patrum, & Principis Pontificum, Domini Papæ Clementis Undecimi, anno Chriſti 1701. ,, menſe Auguſto, per manus miſeri & peccatoris Joſephi Amidenſis, Patriarchæ Chaldæorum. Laus Deo, & ſuper nos miſericordia ejus in ſecula, Amen.

Altera Epigraphe, fol. 113. ad calcem adpoſita, hujuſmodi eſt: [illegible] " Explicit ope Domini noſtri, & auxilio virtutis ejus, Liber iſte Ordinationum, ſimulque Ordinis Liturgiæ Sanctorum Apoſtolorum, unacum reliquis ,, Abſolutionibus metricis ad portam Cancellorum dicendis, nec non cum ,, paucis ac variis Canonibus Patrum de expoſitione graduum Eccleſiaſticorum. ,, Laus Deo, & ſuper nos miſericordiæ ejus effundantur, ſemper Amen, amen. ,, Abſolutus eſt autem Liber iſte menſe benedicto Auguſto, die 26. anno 1701. ,, a Nativitate Domini noſtri, cui laus ab omni creatura: diebus Patris Patrum, & Principis Paſtorum, ungentis Pontifices, donantis talenta, & ,, baculos, mar Clementis XI. Papæ Romæ: quam Dominus dominantium ,, conroboret & confirmet, etiam, Amen. Scriptus eſt vero Liber iſte ,, in benedicta, & ſancta civitate Roma magna, quam Dominus noſter ,, propter gratiam, & miſericordiam ſuam, habitatoribus plenam reddat, ,, nec bona ſua ab ipſa auferat, precibus Sanctorum Apoſtolorum S. Petri, ,, & S. Pauli, Amen, Amen. Exaravit eum, hoceſt Librum iſtum, vir omnium peccatorum maximus, & miſerorum miſerrimus, & negligentium ,, negli-

„ negligentiſſimus, operibus ſuis relaxatus & remiſſus, atque actibus ſuis tur„ pis, qui neque nomine, neque cognomine eſt dignus, ſed ut lectorum pre„ cibus veniam conſequatur, nomen ſuæ indignitatis prodit, quod eſt, Jo„ ſephus Patriarcha Chaldæorum, ex urbe Amida, quæ & Diarbechir. Laus „ Deo, Amen. „ Porro Joſephus iſte ex Amidenſi Metropolita ab Innocentio XI. die 20. Maji, anno 1681. Chaldæorum Patriarcha inſtitutus, & Pallio donatus, quum anno 1695. dignitatem ſuam ſponte abdicaſſet, Romam venit, ubi & vita defunctus eſt, Vide Tom. 4. Bibl. Orient. pag. 604. & 623.

XLIV.

CODEX in 4. chartaceus, foliorum 178. Chaldaicis literis, eadem, qua præcedens Codex, manu elegantiſſime deſcriptus, inter Codd. Syriacos Amidenſes olim Duodecimus. Ibi continentur.

1. ܛܟܣܐ ܕܥܡܕܐ ܩܕܝܫܐ *Ordo Sancti Baptiſmi*, juxta Ritum Chaldæorum. Initium fol. 1. a tergo. ܫܘܒܚܐ ܡܫܒܚܝܢ. ܠܐܒܐ ܘܠܒܪܐ. ܘܠܪܘܚܐ. ܫܒܝܚܐ ܡܢ ܥܠܡܝܢ. Vide Cod. XLII. fol. 62. Sed tam in rubrica, quam in nonnullis precibus, hic Codex paullo diverſa continet ab illo. Forma Baptiſmi fol. 16. a tergo eſt hæc. ܡܥܡܕ ܐܢܐ ܠܟ ܥܒܕܗ ܕܡܫܝܚܐ ܦܠܢ ܒܫܡ ܐܒܐ. ܡܥܢܝܢ. ܐܡܝܢ. ܘܒܪܐ. ܡܥܢܝܢ. ܐܡܝܢ. ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܠܥܠܡܝܢ. ܡܥܢܝܢ. ܐܡܝܢ. *Ego baptizo te ſerve Chriſti N. in nomine Patris. Reſpondent. Amen. & Filii. Reſpondent. Amen. & Spiritus Sancti in ſecula. Reſpondent. Amen.* Loco autem Chriſmalis Unctionis fol. 18. præſcribitur ſola conſignatio ſigno Crucis in fronte: ܘܪܫܡ ܠܟܠܚܕ ܡܢ ܗܢܘܢ ܒܒܝܬ ܥܝܢܘܗܝ ܒܨܒܥܗ ܕܝܡܝܢܐ ܡܢ ܠܬܚܬ ܠܥܠ ܘܡܢ ܝܡܝܢܐ ܠܣܡܠܐ ܘܐܡܪ. ܥܡܝܕ ܘܡܫܡܠܝ ܦܠܢ ܒܫܡ ܐܒܐ. ܘܟܘ. *Et ſignat unumquemque eorum in fronte pollice dextero ab ima parte ſurſum & a dextra ad ſiniſtram dicens. Baptizatus eſt & perfectus eſt N. in nomine Patris*, &c. Nimirum, cavit Joſephus Patriarcha hujus Codicis deſcriptor, ne ſimplex Presbyter Sacramentum Confirmationis adminiſtraret; non tamen cavit, ut Catholici ritus Presbyteri iiſdem verbis, ac Neſtoriani Sacerdotes, hoc loco uterentur, neque, ut ſaltem in S. Romanæ Eccleſiæ morem, caput baptizati Chriſmate linirent.

2. *Liturgia Apoſtolorum*, fol. 19. ܩܘܕܫܐ. ܡܥܢܝܬܐ ܐܒܘܢ ܕܒܫܡܝܐ ܘܫܠܡܐ. ܫܒܝܚܐ ܡܪܢ ܠܥܠܡܝܢ. Vide Cod. XLIII. fol. 23. ab eodem Joſepho Patriarcha deſcriptum, cui hic Codex omnino conſentit. Eadem verba Chriſti habet, fol. 28. a tergo, hac præfixa Rubrica: ܘܡܢ ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܐܡܪ ܡܠܐ ܕܐܘܣܝܐ ܥܠ ܦܓܪܐ ܘܥܠ ܟܣܐ. ܘܗܠܝܢ ܡܬܐܡܪܢ ܥܠ ܦܓܪܐ. ܫܘܒܚܐ ܠܟ ܐܠܗܐ ܐܒܐ. ܘܗܠܝܢ ܡܬܐܡܪܢ ܥܠ ܟܣܐ. ܒܗ ܒܕܡܘܬܐ ܡܢ ܒܬܪ ܕܐܬܚܫܡܘ ܘܟܘ. *Deinde dicit verba ſubſtantialia ſuper Corpus & ſuper Calicem. Et hæc quidem dicuntur ſuper Corpus. Laus tibi, Deus Pater*, &c. *Hæc vero dicuntur ſuper Calicem. Simili modo poſtquam cœnarunt*, &c. Nimirum, ſupplere voluit defectum verborum Chriſti, qui in antiquis Neſtorianorum Codicibus in Liturgia Apoſtolorum occurrit.

3. *Lectiones Evangelicæ* per anni circulum. Videlicet, pro Dominicis, & Feſtis, & Commemorationibus Martyrum & Sanctorum, & pro diebus Sacramentorum, ideſt, in quibus Liturgia celebratur. Arabice, literis Chaldaicis. Verum Arabica hæc Verſio nonnihil ab editis differt. Sunt autem Lectiones hoc ordine diſpoſitæ.

Dominica 1. Annunciationis, cujus Cantus, *Deus Verbum*, ex initio Lucæ: fol. 35. ܘܡܢ ܐܢܗ ܟܬܝܪܘܢ ܐܝ ܡܫܬܗܝܢ ܩܨܨ ܐܠܐܡܘܪ ܐܠܬܝ ܢܚܢ ܒܗܐ ܡܬܝܩܢܝܢ

Domi-

Dominica 2. Annunciationis, cujus Cantus, *Myſterium magnum*. Ex Luca, fol. 37. [illegible] .

Dom. 3. Annunciationis, cujus Cantus: *Incomprehenſibilis*. Ex Luca, fol. 39. [illegible] .

Dom. 4. Annunciat. Cantus. *Splendor, qui a Patre*. Ex Matthæo, fol. 40. [illegible] :

In Feſto Nativitatis Chriſti Domini. Ex Luca, fol. 40. a tergo. [illegible] .

Dom. 1. poſt Nativitatem, cujus Cantus, *Domine univerſorum, quum in forma*. Ex Matth. fol. 42. [illegible]

In feſto Virginis Mariæ Matris Dei, quod poſt Feſtum Nativitatis celebratur. Ex Matthæo, fol. 44. [illegible]

In Feſtis Mariæ Virginis Matris Dei, quæ occurrunt in æſtate. Ex Johanne, fol. 45. [illegible]

Dom. 2. poſt Nativitatem, cujus Cantus: *Inſtar virgæ*. Ex Luca, fol. 45. a tergo. [illegible]

In Feſto Epiphaniæ. Ex Matth. fol. 47. a tergo. [illegible] ,

In Feſto S. Johannis Baptiſtæ. Ex Marco, fol. 49. [illegible] .

Dom. 1. poſt Epiphaniam, cujus Cantus: *Eccleſiam tuam olim*. Ex Luca, fol. 50. [illegible]

In Commemoratione SS. Petri, & Pauli. Ex Matthæo, fol. 51. [illegible] ,

Dom. 2. poſt Epiphaniam, cujus Cantus; *Multifariam*. Ex Johan. fol. 52. [illegible]

In Commemoratione Evangeliſtarum. Ex Matth. fol. 54. a tergo. [illegible] ,

Dom. 3. poſt Epiph. cujus Cantus: *Venite admiremur*. Ex Johanne, fol. 55. a tergo. [illegible]

In Commemoratione S. Stephani. Ex Matthæo, fol. 56. a tergo. [illegible] .

Dom. 4. poſt Epiph. cujus Cantus: *Glorioſus & decorus*. Ex Johan. fol. 58. [illegible] ,

Dom. 5. poſt Epiphan. cujus Cantus: *Sanguine infantium*. Ex Johan. fol. 59. a tergo. [illegible]

In Commemoratione Doctorum. Ex Matth. fol. 61. [illegible] .

Dom. 6. poſt Epiph. cujus Cantus: *Te glorificant*. Ex Johan. fol. 62. a tergo. [illegible]

In Commemoratione unius Sancti. Ex Matth. fol. 63. [illegible] .

Dom. 7. poſt Epiph. cujus Cantus: *Tres perſonæ*. Ex Matth. fol. 65. [illegible] ,

In Commemoratione omnium filiorum Adam. Ex Matth. fol. 66. [illegible] .

Dom. 8. poſt Epiph. cujus Cantus: *Tranſiit umbra ejus*. Ex Marco, fol. 67. a

67. a tergo. [illegible]

Dominica ingreſſus Jejunii magni. Ex Matth. fol. 68. [illegible]

Feria 2. Hebdomadæ 1. Jejunii. Ex Matth. fol. 69. [illegible]

Fer. 3. Hebd. 1. Jejunii. Ex Matth. fol. 70. a tergo. [illegible]

Fer. 4. Hebd. 1. Jejunii. Ex Matth. fol. 71. a tergo. [illegible]

Fer. 5. Hebd. 1. Jejunii. Ex Matth. fol. 72. a tergo. [illegible]

Feria ſexta, & prima Jejunii. Ex Matth. f. 74. [illegible]

Dom. 2. Jejunii, cujus Cantus: *Venite, confiteamur & glorificemus*. Ex Matth. fol. 75. [illegible]

Feria 6. & ſecunda Jejunii. Ex Matth. fol. 76. [illegible]

Dom. 3. Jejunii, cujus Cantus: *Si intraveris*. Ex Matth. fol. 76. a tergo. [illegible]

Feria 6. & tertia Jejunii. Ex Marco, fol. 77. a tergo. [illegible]

Dom. 4. Jejunii, cujus Cantus: *Ad ſtuporem & gloriam*, fol. 79. a tergo [illegible]

Fer. 2. Hebdomadæ mediæ Jejunii. Ex Joh. fol. 81. [illegible]

Fer. 3. Hebdomadæ mediæ Jejunii. Ex Joh. fol. 82. a tergo. [illegible]

Fer. 4. Hebd. mediæ Jejunii. Ex Joh. fol. 84. a tergo. [illegible]

Fer. 5. Hebd. mediæ Jejunii. Ex Joh. fol. 85. [illegible]

Fer. 6. & quarta Jejunii. Ex Joh. fol. 86. a tergo. [illegible]

Dom. 5. Jejunii, cujus Cantus: *Totum tempus vitæ meæ*. Ex Joh. fol. 88. [illegible]

Fer. 6. & quinta Jejunii. Ex Joh. fol. 89. a tergo. [illegible]

Dom. 6. Jejunii, cujus Cantus: *Quis eſt medicus*. Ex Joh. fol. 91. a t. [illegible]

Fer. 6. & ſexta Jejunii. Ex Joh. fol. 93. [illegible]

Dominica in Oſannis, & 7. Jejunii. Ex Matth. fol. 95. a t. [illegible]

Fer. 2. Hebdomadæ ultimæ Jejunii. Ex Joh. f. 97. a terg. [illegible]

Fer. 3. Hebd. ultimæ Jejunii. Ex Joh. fol. 99. [illegible]

Fer. 4. Hebd. ult. Jejunii. Ex Joh. fol. 101. a tergo. [illegible]

[illegible]
Fer. 5. Paſchæ. Ex Matth. fol. 102. a tergo. [illegible]
Feria 6. Paſſionis, ad noctem. Ex Matth. fol. 104. [illegible] In die Feriæ 6. Paſſionis. Ex Matth. fol. 107. a tergo. [illegible]
Sabbatho Magno, Lectio prima, ex Matth. fol. 113. [illegible] Lectio Sacramentorum in eodem Sabbatho. Ex Matth. fol. 114. [illegible]
Dominica Reſurrectionis, ad Matutinum: poſt, *Benedicite omnes*. Ex Luca. fol. 115. [illegible] In eadem die. Ex Johan. fol. 116. [illegible]
Feria 2. Hebdomadæ hebdomadarum. Ex Joh. fol. 117. [illegible]
Fer. 3. Hebd. hebdomadarum. Ex Luca, fol. 118. [illegible]
Fer. 4. Hebd. hebd. Ex Joh. fol. 119. a tergo. [illegible]
Fer. 5. Hebd. hebd. Vide in Commemoratione Evangeliſtarum.
Fer. 6. Confeſſorum. Ex Matth. fol. 121. a t. [illegible]
Dominica Nova. Ex Joh. fol. 122. a tergo. [illegible]
In Commemoratione S. Georgii, quæ occurrit die 24. Aprilis, fol. 123. a tergo. [illegible]
Dom. 3. poſt Reſurrectionem, cujus Cantus: *Poſt ſepulturam tuam*. Ex Joh. fol. 124. a tergo. [illegible]
In Commemoratione S. Phetionis Martyris. Ut in Commemoratione S. Georgii.
Dom. 4. Reſurrectionis, cujus Cantus. *Cruci affixus eſt*. Ex Johan. fol. 125. a tergo. [illegible]
Dom. 5. poſt Reſurrect. cujus Cantus: *De cœlo deſcendit*. Ex Joh. fol. 127. [illegible]
Dom. 6. poſt Reſurrect. cujus Cantus. *Gloriatio ſine fine*. Ex Joh. fol. 128. [illegible]
In feſto Aſcenſionis Domini noſtri. Ex Luca, fol. 130. [illegible]
Dominica poſt Aſcenſionem, cujus Cantus: *Qui in ſua æternitate*. Ex Marco. fol. 131. [illegible]
Dominica Pentecoſtes. Ex Joh. fol. 132. a tergo. [illegible]
Ad Adorationem. Ex Joh. fol. 134. [illegible]
Feria 6. Auri. Ex Luca, fol. 136. [illegible]
Dom. 2. Hebdomadæ Apoſtolorum, cujus Cantus: *Omnia operatur*. Ex Luca, fol. 138. [illegible]

Digitized by Google

Dom. 3. Hebdomadæ Apoſtolorum, cujus Cantus: *Pontificatus Aaronitarum*. Ex Luca, fol. 139. a tergo.

Dom. 4. Hebdomadæ Apoſtolorum, cujus Cantus: *Ad cœtum Apoſtolorum*. Ex Luca, fol. 141.

Dom. 5. Hebdomadæ Apoſtolorum, cujus Cantus: *Spiritus Sanctus*. Ex Luca, fol. 143. a tergo.

Dom. 6. Hebd. Apoſtolor, cujus Cantus: *Jeſus Dominus noſter*. Ex Luca, fol. 145.

Dom. 7. Hebd. Apoſtolor. cujus Cantus: *Spiritus Paraclitus*. Ex Luca, fol. 146. a tergo.

Fer. 6. quæ eſt complementum Hebdomadæ Apoſtolorum: Ex Luca, fol. 174. a tergo.

Dom. 1. Hebdomadæ æſtatis. Ex Luca, fol. 148. a tergo.

Dom. 2. Hebd. æſtatis, cujus Cantus: *Non a vita*. Ex Luca, fol. 150.

Dom. 3. Hebd. æſtatis, cujus Cantus. *In porta perfectionis*. Ex Joh. fol. 152.

Dom. 4. Hebd. æſtatis, cujus Cantus: *Propitius eſto Domine*. Ex Marco, fol. 154.

In Feſto Transfigurationis, quod celebratur die 6. Auguſti: Ex Matth. fol. 156.

Dom. 5. Hebd. æſtatis, cujus Cantus: *Ora rationalia*. Ex Luca, fol. 157.

Dom. 6. Hebd. æſtatis, cujus Cantus: *Habitaculum plenum*. Ex Luca, fol. 158. a tergo.

Dom. 7. Hebd. æſtatis, cujus Cantus: *Vale igitur*. Ex Johanne, fol. 159. a tergo. Non eſt Johannis, ſed Lucæ.

Dom. 1. Hebdomadæ S. Eliæ, cujus Cantus: *Nequitiam duritiæ ejus*. Ex Luca, fol. 160. a tergo.

Dom. 2. Hebd. S. Eliæ, cujus Cantus: *In ſede judicii tui*. Ex Matth. fol. 162.

Dom. 3. Hebd. S. Eliæ, cujus Cantus; *Voluntates hujus ſeculi*. Ex Matth. fol. 163. a tergo.

In feſto S. Crucis. Lectio, ut in Feria 3. Hebdomadæ hebdomadarum.

Dom. 1. poſt feſtum Crucis, cujus Cantus. *Ante Crucifixionem tuam*. Ex Matthæo, fol. 165.

Dom. 2. poſt feſtum Crucis, cujus Cantus: *Nequeunt ora*. Ex Matth. fol. 167.

Dom. 6. Hebdomadæ S. Eliæ, cujus Cantus: *Anima mea miſera*. Ex Mat-

Matth. fol. 168. [illegible]

Dom. 4. poſt feſtum Crucis, cujus Cantus. *Quis non contriſtetur*. Ex Matth. fol. 169. [illegible]

Dom. 1. Hebdomadæ S. Moſis, cujus Cantus: *Ad ſimilitudinem imaginis.* Ex Matthæo, fol. 171. [illegible]

Dom. 2. Hebd. 1. Moſis, cujus Cantus: *Domine te invoco*. Ex Luca, fol. 172. [illegible]

Dom. 3. Hebd. Moſis. Ut in Feria 2. Hebdomadæ mediæ Jejunii.

Dom. 4. Moſis. Ut in Adoratione.

Dom. 1. Dedicationis Eccleſiæ, cujus Cantus. *Eccleſiam tuam Domine*. Ex Matth. fol. 173. [illegible]

Dom. 2. Dedicationis Eccleſiæ, cujus Cantus. *Eccleſiam tuam olim*. Ex Matth. fol. 174. [illegible]

Dom. 3. Dedicationis Eccleſiæ, cujus Cantus: *Quam glorioſum habitaculum tuum*. Ex Joh. fol. 175. [illegible]

Dom. 4. Dedicationis Eccleſiæ, cujus Cantus: *Confitere o Eccleſia*. Ex Matth fol. 176. [illegible]

Præfatio ad Evangelicam Lectionem, fol. 177. a tergo. [illegible] Altera ibid. [illegible]

Adnectitur Index Lectionum Rogationum. Videlicet, pro Fer. 2. ut in Feria 6. Jejunii. Pro Fer. 3. ut in Dominica 7. æſtatis. Pro Fer. 4. ut in priori Feria 4. Jejunii.

Is Codex ſcriptus eſt a prælaudato Joſepho Patriarcha Chaldæorum, anno Chriſti 1691. ceu ipſe fol. 178. ad calcem teſtatur, in hæc verba: [illegible]

" Abſolutus eſt Liber iſte benedictus, vita & pietate plenus, hoc eſt, Sanctum Evangelium Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, cujus memoriæ adoratio & gloria. Et una cum ipſo, Liber Baptiſmi, & Liturgiæ, ad perfectionem duorum magnorum Sacramentorum. Facta ſunt autem hæc feria 4. die 24. menſis Haziran, *Junii*, anno Chriſti 1691. Exaratus vero fuit Liber iſte in cuſtodia a Deo civitate Amida, quæ ſupra Tigrim fluvium ſita eſt, in Eccleſia S. Phetionis Martyris, in domo Patrum, calamo humillimi ſcribarum, Joſephi nomine, Patriarchæ Chaldæorum Syrorum, qui veniam a lectore poſtulat, & indulgentiam a Domino creatore, cui gloria & honor in ſeculum ſeculorum, Amen. "

Cod-

Digitized by Google

X L V.

CODEX chartaceus in 4. foliis conſtans 179. Chaldaicis literis recentioribus exaratus, inter Codd. Syriacos Vaticanos olim Decimus octavus; quo continetur.

PONTIFICALE CHALDÆORUM. Videlicet.

1. ܩܘܕܫ ܡܕܒܚܐ ܒܡܫܚܐ *Conſecratio Altaris cum Chriſmate*; præmiſſo monito de lignis, ex quibus conficienda Tabula Altaris. Incipit fol. 1. a tergo, ܩܕܡܝܬ ܡܫܡܥܝܢ ܡܛܠ ܩܝ̈ܣܐ ܕܒܗܘܢ ܥܒܕ ܠܗܘܐ ܛܒܠܝܬܐ ܘܡܫܡܥܝܢ . ܐܝܟ . Deſinit fol. 30. a tergo, in hanc Epigraphen: ܫܠܡ ܛܟܣܐ ܕܩܘܕܫ ܡܕܒܚܐ ܒܡܫܚܐ ܕܥܒܝܕ ܠܡܪܝ ܝܫܘܥܝܗܒ ܩܬܘܠܝܩܐ ܚܕܝܒܝܐ . ܕܢܦܫܗ ܬܢܝܚ ܒܡܘܬܒܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܐܡܝܢ . *Explicit Ordo Conſecrationis Altaris cum Chriſmate, compoſitus a Mar Jeſujabo Catholico Adiabeno, cujus animæ requiem donet Dominus in manſionibur regni, Amen.* Vide Cod. XLIII. quem ex iſto deſcripſit Joſeph Patriarcha Chaldæorum.

2. ܡܘܕܥܢܘܬܐ ܕܩܘܕܫ ܡܕܒܚܐ ܕܒ ܢܬܩܕܫ ܒܡܫܚܐ *Caſus*, in quibus Altare conſecrandum eſt cum Chriſmate, & ſine Chriſmate, fol. 30. a tergo. ܡܐܢܐ ܕܐܘܠܐ ܐܘ ܡܕܢܝ ܦܪܝܫܘܬܐ : ܕܐܦܝܗ .

3. ܩܘܕܫ ܡܕܒܚܐ ܕܠܐ ܡܫܚܐ *Conſecratio Altaris* ſine Chriſmate, fol. 31. a tergo. ܩܕܡܝܬ ܡܫܡܥܝܢ ܐܝܟ ܕܥܡܕܐ . ܪܚܡܬܐ . ܕܡܫܟܚ .

4. ܒܘܪܟܐ ܕܟܠ ܟܣܐ *Benedictio Calicis*, antequam ad Altare deferatur, quum eo indigent in die magni Conventus; ut in titulo monetur. fol. 34. ܩܕܡܝܬ . ܐܡܪ ܟܠܗܘܢ ܟܘܢܐ . ܒܪܟܡܪܝ .

5. ܛܟܣܐ ܕܣܝܡ ܐܝܕܐ ܕܡܫܡܫܢܐ *Ordinatio Diaconorum*, nempe Lectoris, Hypodiaconi, & Diaconi, fol. 34. ܩܕܡܝܬ ܩܪܝܢ ܡܙܡܘܪܐ ܩܕܡ ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ ܦܬܚ ܡܠܟܘܬܟ . ܐܠܗܐ ܡܪܚܡܢܐ .

6. ܣܝܡ ܐܝܕܐ ܕܩܫܝ̈ܫܐ *Ordinatio Presbyterorum*, fol. 44. a t. ܩܕܡܝܬ ܡܫܡܥܝܢ ܐܝܟ ܕܥܡܕܐ . ܡܙܠܐ ܪܒܐ . ܣܡܘܟ ;

7. ܛܟܣܐ ܕܠܒܘܫܐ ܕܝܚܝ̈ܕܝܐ *Ordo Habitus Monachorum*, fol. 51. ܘܕܠܐ ܐܘ ܡܪܢ ܥܢܝܢܐ ܘܕܡ ܟܠܗ ܡܫܡܫܝܢ ܡܥܕܢܝܢ .

8. ܛܟܣܐ ܕܓܘܙܐ ܕܝܚܝ̈ܕܝܐ ܕܥܒܝܕ ܠܪܒܢ ܦܬܝܘܢ ܩܫܝܫܐ ܘܝܚܝܕܝܐ *Ordo Tonſuræ Monachorum*, compoſitus a *Rabban Phetione Presbytero & Monacho*, fol. 54. ܩܕܡܝܬ ܡܫܡܫܝܢ ܕܓܘܙܐ . ܩܘܕܫܐ ܕܝܢ ܟܕ ܥܒܕܐ ܗܘܐ ܡܫܪܝܢ ܡܢ ܪܘܫܐ Vide Tom. 4. Bibl. Orient. pag. 902.

9. ܩܘܕܫܐ ܕܒܢ̈ܬ ܩܝܡܐ ܩܕܡܝܐ *Ordo Tonſuræ Monialium*, fol. 74. a tergo. ܡܫܡܫܢܐ ܗܘ ܕܡܩܕܫܐ ܠܟܘܢ ܡܕܒܚܐ ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܟܠܗ . Vide Tom. 4. Bibl. Orient. pag. 910.

10. ܛܟܣܐ ܕܣܝܡ ܐܝܕܐ ܕܢܫ̈ܐ ܡܫܡܫܢܝܬܐ *Ordinatio Diaconiſſarum*, fol. 88. ܡܫܒܚܐ ܗܘܐ ܡܢ ܕܝܠܗ ܘܡܕܒܚܐ ܘܡܠܐ ܟܠܗ ܒܥܕܬܐ . Vide Tom. cit. pag. 852.

11. ܣܝܡ ܐܝܕܐ ܕܐܪܟܝܕܝܩܘܢ *Ordinatio Archidiaconi*, fol. 90. a tergo. ܐܝܟ ܕܥܡܕܐ . ܡܙܠܐ ܠܩܕܡ ܪܚܡܬܐ . ܣܡܘܟ . Vide Tom. cit. pag. 842.

12. ܛܟܣܐ ܕܡܩܝܡܝܢ ܪܝܫܕܝܪܐ *Ordo ad conſtituendum Hegumenum*, fol. 92. a terg. ܟܕ ܥܒܕ ܟܠ ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܐܬܐ ܠܡܕܒܚܐ ܘܡܫܡܥܝܢ . ܐܝܟ . Vide Tom. cit. pag. 916.

13. ܛܟܣܐ ܕܣܝܡ ܐܝܕܐ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ *Ordo Chirotoniæ Epiſcoporum*, fol. 94. a tergo. ܟܕ ܒܥܐ ܕܢܣܡ ܐܝܕܗ ܡܕܒܪ ܡܫܡܫܢܐ . ܩܕܡ ܩܢܐ ܟܘܪܐ . Vide ibid. pag. 684.

14. ܛܟܣܐ ܕܡܫܡܠܝܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܢ ܩܬܘܠܝܩܐ *Ordo Perfectionis Epiſcopi a Catholicis*, fol. 108. a tergo. ܩܕܡܝܬ ܩܪܝܢ ܟܕ ܡܫܡܠܝܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܩܪܝܢ ܡܙܡܘܪܐ ܘܡܠܟܐ Vide ibid. pag. 702. Subnectuntur fol. 113. a tergo, Precationes a Præſule poſt Ordinationem

nem Epiſcopi dicendæ ad *Pallium*, ad *Tiaram*, ad *Velum*, ſeu *Amictum*, ad *Baculum*, & ad *Electum*; ut in ſuperiori Cod. XLIII. fol. 81.

15. ܬܟܣܐ ܕܣܝܡܝܕܐ ܕܩܬܘܠܝܩܐ *Ordinatio Catholici*, ſeu *Patriarchæ*, perficienda in Eccleſia magna Cochenſi in Mahuza, juxta traditionem, & definitionem Marabæ Catholici, & Gabrielis Metropolitæ Baſſoræ, & ſecundum ordinem Cypriani Metropolitæ Niſibis; ut in titulo præſcribitur. Initium fol. 114. a tergo. ܣܝܡܝܕܐ ܕܝܢ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܕܡܕܢܚܐ ܗܟܢܐ ܗܘܝܐ . ܡܠܐ ܕܐܠܠܘܝܐ

16. ܡܐܡܪܐ ܕܥܒܕܝܫܘܥ ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ ܕܓܙܪܬܐ ܕܒܝܬ ܙܒܕܝ ܥܠ ܝܘܚܢܢ ܣܘܠܩܐ ܩܬܘܠܝܩܐ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܐܬܩܪܝ ܒܪܘܡܝ ܪܒܬܐ ܩܬܘܠܝܩܐ ܡܢ ܦܦܐ ܝܘܠܝܘܣ ܪܒܝܥܝܐ . *Ebedjeſu Metropolitæ Gazartæ Zebedeæ, Carmen* heptaſyllabum *de Johanne Sulaca Catholico Patriarcha, qui in magna Roma Ordinatus eſt Catholicus a Julio Papa IV.* Init. fol. 133. ܡܫܝܚܐ ܐܠܗܐ ܚܝܠܐ . ܘܠܐ ܡܢ ܡܬܚܙܐ Vide Tom. I. Bibl. Orient. pag. 527. & 539. ubi adcuratam hujus Carminis, in quo de ſceleribus Bar-Mamæ Neſtorianorum Patriarchæ, deque virtutibus laudati Johannis Sulacæ, ejuſque profectione in Urbem, atque in Patriarcham Chaldæorum inauguratione potiſſimum agitur, ſynopſim exhibuimus.

17. Ejuſdem *Ebedjeſu* Carmen alterum heptaſyllabum de prælaudato *Johanne* Patriarcha Chaldæorum, ubi reditus ejuſdem ex Urbe in Aſſyriam, inlataque ei a Mahometanis mors, inſtigatione & fraudibus Bar-Mamæ Neſtorianorum Patriarchæ, graphice deſcribitur. Vide Bibl. Orient. Tom. cit. Initium fol. 159. a tergo. ܐܘ ܡܐ ܢܫܩ ܗܘܐ ܐܪܥܐ . ܐܘ ܟܡܐ ܡܪܝܪ ܗܘܐ ܝܘܡܐ

18. Ejuſdem *Ebedjeſu* Carmen tertium heptaſyllabum & pentaſyllabum, ſeu Ecloga, in qua deplorat mortem præfati *Johannis Sulacæ* Patriarchæ Chaldæorum. Init. fol. 168. ܒܢܝܚܘ ܡܬܒܣܡܐ ܕܟܠܝܘܡ : ܒܫܝܢ ܣܥܪܘܗܝ ܕܝܢ Vide loc. cit. ubi & Ebedjeſu authoris, qui poſtea a Pio IV. Chaldæorum Patriarcha fuit conſtitutus, geſta & ſcripta laudavimus, & nonnulla, quæ in hiſce Carminibus Neſtorianam hæreſim ſapiunt, notavimus.

19. ܩܢܘܢܐ ܕܡܪܝ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܕܐܬܩܪܝ ܝܥܩܘܒ ܒܪ ܨܠܝܒܝ ܡܛܠ ܡܘܕܝܢܘܬܐ : *Dionyſii Barſalibæi Canones de Confeſſione*, ſive Inſtructio Sacerdotis, & Pœnitentis, quomodo nimirum Pœnitens confiteri debeat peccata ſua coram Sacerdote, & quomodo a Sacerdote abſolvendus ſit, & quænam ipſi Pœnitentia injungenda. Init. fol. 169. a tergo. ܐܢ ܢܐܬܐ ܐܢܫ ܠܘܬ ܡܘܕܝܢܘܬܐ Heic traditur Forma Abſolutionis a cenſuris, & a peccatis, fol. 172. in hæc verba: ܐܢ ܐܝܬ ܠܟ ܚܪܡܐ ܐܘ ܟܠܝܐ ܡܢ ܥܕܬܐ ܐܘ ܐܣܝܪ ܐܢܬ ܒܥܠܬܐ ܐܝܕܐ ܕܐܝܬ ܠܝ ܫܘܠܛܢܐ ܕܐܫܪܝܟ ܡܢܗ܆ ܐܢܐ ܫܪܐ ܐܢܐ ܠܟ ܘܡܗܦܟ ܐܢܐ ܠܟ ܠܩܢܘܢܐ ܕܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܘܡܫܘܬܦ ܐܢܐ ܠܟ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܫܪܝܪܬܐ ܒܫܡ ܐܒܐ ܘܒܪܐ . *Si excommunicatione, aut ſuſpenſione, ſeu interdicto ab Eccleſia es innodatus, aut caſu quopiam conligatus, a quibus te abſolvendi poteſtatem habeo, ego te abſolvo, & reſtituo te Canonibus Sanctæ Eccleſiæ, & conjungo te in vera Fide, in nomine Patris*, &c. & fol. 173. a tergo. ܘܒܚܪܬܐ ܐܡܪ ܨܠܘܬܐ ܗܕܐ ܥܠ ܪܫܗ . ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܒܪܗ ܕܐܠܗܐ ܚܝܐ ܒܚܢܢܗ ܢܫܪܐ ܠܟ . ܘܒܛܝܒܘܬܐ ܕܐܫܬܠܡܬ ܠܝ ܡܢܗ ܐܢܐ ܫܪܐ ܐܢܐ ܠܟ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܚܛܗܝܟ ܕܐܘܕܝܬ ܒܗܘܢ ܘܡܢ ܟܠܗܘܢ ܕܠܐ ܣܠܩܝܢ ܥܠ ܪܥܝܢܟ . ܐܝܟܢܐ ܕܬܗܘܐ ܫܪܐ ܗܪܟܐ ܘܩܕܡ ܟܘܪܣܝܐ ܪܡܐ ܕܝܠܗ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܡܪܢ ܐܠܗܢ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ . ܘܚܬܡ ܥܠ ܪܫܗ ܙܘܥܐ ܕܨܠܝܒܐ . *Ac poſtremo dicit Orationem hanc ſuper caput ejus. Dominus noſter Jeſus Chriſtus filius Dei vivi pro ſua clementia abſolvit te: & beneficio, quod mihi ab ipſo traditum eſt, ego abſolvo te ab omnibus peccatis tuis, quæ nunc confeſſus es, & ab iis omnibus, quæ in mentem tuam non veniunt; ita ut abſolutus ſis heic, & coram excelſo throno ejuſdem Jeſu Chriſti,*

&

& vitam habeas æternam , . in ſecula ſeculorum , Amen . In nomine Patris , &c. Et ſignat ſuper caput Confitentis .

20. [illegible] *Oratio pro infirmo* . Initium fol. 173. a tergo . [illegible] Vide Cod. XLIII. fol. 112. a tergo .

21. [illegible] *Canon* heptaſyllabus , fol. 174. [illegible]

22. [illegible] *Benedictio* , quum Epiſcopus ex oppido egreditur , fol. 174. a tergo . [illegible]

23. [illegible] *Oratio* , qua Epiſcopus ſignat Cœnobium Fratrum , quum illud ingreditur , Ad gradus . fol. 175. [illegible]

24. [illegible] *Oratio* , qua benedicit , quum egreditur e Cœnobio Fratrum , fol. 175. a tergo . [illegible]

25. [illegible] *Oratio* ſuper caput Archimandritæ , per modum Benedictionis , fol. 176. [illegible]

26. [illegible] *Benedictio* , qua Epiſcopus benedicit Scholares , fol. 176. [illegible]

27. [illegible] *Admonitio de Ordinationibus* , ſive de tempore , quo Ordinationes fieri poſſunt . fol. 179. [illegible] In clauſula Benedictionis Scholarium fol. 176. hæc legas : [illegible] *Explicit ope Altiſſimi , & auxilio Dei Ordo iſte Sacerdotalis , ſeu Pontificalis , in quo continentur , Conſecratio Altaris cum Chriſmate , & ſine Chriſmate , Ordinatio Patriarcharum , ſeu Catholicorum ; Metroplitarum , & Epiſcoporum . Perfectio Epiſcoporum , Archidiaconorum . Conſtitutio Hegumenorum ; Presbyterorum , Diaconorum , Diaconiſſarum ; Habitus Monachorum , & Tonſura Virorum ac Mulierum . Laus Deo , & ſuper nos miſericordia ejus effundatur ſemper , Amen .*

Is Codex ſcriptus eſt Anno Chriſti 1556. ut hæc oſtendunt calligraphi verba , quæ fol. 176. a tergo occurrunt . [illegible]

" Explicit ope Domini ac Dei noſtri hic Liber feria 4. die 8. menſis benedi-
" cti Thamuz , *Julii*, anno benedicto Græcorum 1867. Laus Deo , & ſuper
" nos miſericordia & pietas ejus nunc & ſemper , & in ſeculum . ſeculo-
" rum , Amen . Scriptus eſt Liber iſte in urbe benedicta Moſambica , quæ
" ad os , ſeu juxta Æthiopiam ſita eſt : Dominus ab ea auferat mala flagel-
" la ,

„ la, Amen. Sunt autem in hac celebri civitate Eccleſiæ & Monaſteria plu-
„ rima, quorum pulchritudinem lingua exprimere nequit. Preces eorum
„ ſint murus & propugnaculum univerſo mundo a fine uſque ad finem, etiam
„ Amen. Et Vicarius ejuſdem benedictæ civitatis Moſambicæ, quem lingua
„ noſtra Chorepiſcopum interpretamur, vocatur Lopovez: Dominus Deus
„ det ei regnum in terra & in cœlo, etiam Amen. Exaravit, ſeu potius
„ fœdavit chartas iſtas humilis & peccator, Joſeph, nomine tenus Epiſco-
„ pus & Metropolita, &c. „ qui & ad calcem Codicis, fol. 179. a tergo,
hæc ſubjungit: ܐܫܬܠܡ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܡܢ ܐܪܟܐ ܕܟܬܝܒ ܗܘܐ ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܡܢܡܐ ܘܐܪܒܥܝܢ ܕܝܘܢܝܐ ܒܐܝܕܝ ܪܒܢ ܐܒܪܗܡ ܡܠܦܢܐ ܕܡܕܪܫܬܐ ܕܒܥܕܬܐ ܕܡܪܝ ܐܚܐ ... ܥܡ ܐܢܫܐ ܟܠܗܘܢ ܐܡܝܢ. " Deſcriptus eſt Liber iſte ex apographo, quod
„ exaratum fuerat anno Græcorum 1840. *Chriſti* 1529. manu Monachi be-
„ nedicti Rabban Abrahami Doctoris Scholæ, quæ eſt in Eccleſia beati Mar
„ Achæ, ſitaque eſt a Domino Spiritu in regione benedicta Gazartæ Zebe-
„ deæ. Dominus dignum ipſum miſerationibus faciat, Amen. „

Porro de hoc Joſepho calligrapho, quem Ebedjeſus Patriarcha Chaldæo-
rum, anno Chriſti 1555. Epiſcopum Indorum creavit, deque dubia ejuſdem
fide, videſis quæ Bibl. Orient. Tom. 1. pag. 540. & Tom. 4. pag. 165. pro-
tulimus.

X L V I.

Codex in 4. bombycinus, foliorum 129. Chaldaicis literis exaratus, inter Codd. Syriacos Vaticanos olim Decimus nonus; ubi continetur. PONTIFICALE Chaldæorum, hunc in ordinem diſtributum.

1. ܣܝܡ ܐܝܕܐ ܕܫܒܪܐ ܫܡܫܐ ܩܫܝܫܐ *Ordinatio Sciabararum*, i. e. Vigilum, ſeu Excubitorum, qui nocturno præſertim Officio decantando præſunt, *Presbyterorum & Diaconorum*; præmiſſa queſtione, *An liceat hominem cæcum ordinari Presbyterum Sciabaram*. De qua Quæſtione, necnon de ritu ipſius Ordinationis videſis Bibl. Orient. Tom. 4. pag. 821. Initium fol. 1. a tergo. ܠܗ ܡܪܢ ... ܕܟܘܡܪܘܬܐ.

2. ܬܘܪܓܡܐ ܕܣܥܘܪܐ ܘܟܘܪܐܦܣܩܘܦܐ ... *Ordinatio Chorepiſcopi*, ſeu *Viſitatoris pagorum*; de qua tom. 4. Bibl. Orient. pag. 835. Init. fol. 4. ... .

3. ܬܘܪܓܡܐ ܕܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ ... ܡܢ ܩܬܘܠܝܩܐ *Ordinatio Metropolitæ per Catholicum*, ſeu *Patriarcham*. Init. fol. 6. ... Eſt paullo diverſa ab ea, quæ edita a nobis fuit Tom. 4. Bibl. Orient. pag. 684. & ab altera, quæ dicitur *Perfectio Epiſcopi per Catholicum*, Tom. cit. pag. 702. Monetur autem heic in Rubrica, quod ſi ordinandus Metropolita ſit ſimplex Presbyter & Monachus, ſive etiam Epiſcopus, debeat ſtare in ordine & habitu Presbyterorum, quum a Catholico ad Metropolitatum hocce ritu promovetur.

4. ܛܟܣܐ ܕܙܘܪܐ ܕܛܝܒܘܬܐ ܘܕܡܫܝܓܬܐ *Ordo confectionis Gratiæ, & Ablutionis*; de farina nimirum, cum oleo miſcenda, in commemoratione Sanctorum. Init. fol. 8. ...

5. ܒܘܪܟܐ ... *Benedictiones*, quibus Epiſcopus benedicit oppida, ſeu civitates, quum inde egreditur.

ditur. Initium, fol. 9. [illegible]

6. [illegible] *Ordo Benedictionis Tabulæ novæ*, ſeu Altaris portatilis. Initium fol. 11. [illegible]

7. [illegible] *Admonitio*, quomodo in loca longinqua deferenda ſit hujuſmodi Tabula. Init. fol. 14. a tergo, [illegible].

8. [illegible] *Benedictio*, qua novus Epiſcopus, ſeu Metropolita benedicit ſuos Diœceſanos, quum primum ſuam adit Sedem, ſecundum Alphabeti ſeriem compoſita ab *Archidiacono Mari Bar-Meſſia*, qui circa medium duodecimi ſeculi claruit; ut Tom. 4. Bibl. Orient. pag. 656. ex Hiſtoria Dynaſtiarum Gregorii Abulpharagii oſtendimus, ubi & cetera ejus Scripta recenſuimus. Initium fol. 17. a tergo. [illegible]

9. [illegible] *Benedictio*, recitanda ab Epiſcopo poſt manuum lotionem; authore *Mar-Elia Tertio* Neſtorianorum Patriarcha, cognomento *Abu-Halim*, *Haditbenſis*, qui ex Metropolita Niſibeno ad Patriarchalem Sedem anno Chriſti 1176. evectus eſt, quam annos quatuordecim tenuit. Vide Tom. 4. Bibl. Orient. pag. 287. & ſeqq. ubi ejus geſta ex Amro præſertim, & Bar-Ebræo ſummatim deſcripſimus, & Renaudotii, atque Golii de eodem Elia hallucinationes confutavimus. Initium fol. 20. [illegible]

10. [illegible] *Modus* conficiendi Pulveris benedicti, quem *Hanana*, i. e. Miſericordiam vocant, quemque aqua dilutum genti ſuæ potandum Neſtoriani præbent, ad mala quæque avertenda. Init. fol. 20. a tergo. [illegible].

11. [illegible] *Abſolutio in convivio Defunctorum*. Init. fol. 21. [illegible].

12. *Modus* celebrandi Dominicas, & Feſta in anno, in quo Dominica Reſurrectionis in diem 22. Martii incidit. Init. f. 21. a t. [illegible]

13. [illegible] *Benedictio menſæ*, ac præſertim in convivio pro Defunctis, metrice, ordine alphabetico. Init. fol. 23. a tergo. [illegible]

14. [illegible] *Ordo*, ſive *Noticia*, *unde originem duxit Tonſura Monachorum*. Init. fol. 26. a tergo. [illegible].

15. [illegible] *Officium Nativitatis Domini*, die 25. Decembris, ad Veſperas. Init. fol. 29. a tergo. [illegible].

16. [illegible] *Officium Dominicæ Reſurrectionis*, ad Veſperas, Nocturnum, & Matutinum. Init. fol. 32. [illegible]

17. [illegible] *Hymni*, & Strophæ pro Dominicis & Feſtis totius anni, incipientes a Dominica 1. Annunciationis, fol. 72. a tergo. [illegible]. Ex Sermonibus S. Ephræmi de Nativitate deſumti ſunt plerique Hymni, qui de Dominicis Annunciationis, ſive Adventus inſcribuntur.

18. [illegible] *Odæ hiemales totius anni*, ab eadem Dominica 1. Annunciationis incipientes, fol. 101. a tergo. [illegible].

19. [illegible]

19. [illegible] *Ordo abſolutionis Apoſtatarum*, & Hæreticorum, ad ſectam Neſtorianam accedentium; ubi inter cetera abſolvendo apoſtatæ, ſeu hæretico præſcribitur, ut anathema dicat Cyrillo, & Severo, & impiæ illorum Confeſſioni; Authore *Jeſujabo III. Catbolico Patriarcha* Neſtorianorum, cognomento *Adjabeno*, qui ex Moſul & Arbelæ Metropolita, poſt Marcmæ obitum Patriarcha electus, maximam inter gregales ſuos doctrinæ famam obtinuit, quibus, teſte Amro, præfuit ab anno Chriſti 650. ad annum 660. Vide Bibl. Orient. Tom. 4. pag. 113. & ſeqq. Initium fol. 121. a tergo. [illegible]

Is Codex eadem, qua præcedens, manu, nempe *Joſephi Epiſcopi Indorum*, videtur exaratus; atque adeo ad decimum ſextum Chriſti ſeculum referendus.

X L V I I.

Codex in 4. bombycinus, foliorum 128. Syriacis literis recentioribus longe elegantiſſimis, exaratus, inter Codices Ecchellenſes olim Secundus; quo continetur.

PONTIFICALIS Syriaci Maronitarum Tomus I. ea omnia complectens, quæ ad Pontificem ordinantem ſpectant. Videlicet.

1. [illegible] *Chirotoniæ omnium graduum Sacerdotii: ac primum de Pſalmiſtis ſignatis*. In margine recentiori manu Arabice, ſed literis Syriacis, [illegible] *Ordo*, ſeu *Gradus Primus*. Init. f. 1. a terg. [illegible] Porro in ſingulis Ordinationibus; quæ in hoc Codice exhibentur, ad marginem recentius adjecta reperias multa ex Romano Pontificali, quæ poſtea a Joſepho Baneſio Maronita, ad quem Codex iſte pertinuerat, expuncta ſunt. Nam invaluerat olim apud Maronitas Epiſcopos hæc conſuetudo, ut una cum ſuo Syriaco Ordinationum Ritu Latinas quoque Formas Arabice redditas conjungerent. Sic fol. 10. in fine Ordinationis Pſalmiſtæ ad marginem additum erat Arabice, literis Syriacis: [illegible] *Heic tradit Epiſcopus electo claves, dicens: Accipe, & fac, tamquam rationem redditurus Deo de eo, quod cum his clavibus es facturus. Tum tradit ei portam majorem Eccleſiæ, quam aperit, & claudit tribus vicibus*.

2. [illegible] *Ordinatio Lectorum*. In margine Arabice, literis Syriacis [illegible] *Ordo Secundus*. Init. fol. 10. a tergo. [illegible] Fol. 12. in textu Syriaco de Ordinatione Lectoris hoc præſcribitur: [illegible] *Diaconus manu dextera ducit eum, dicens: Præſentamus Sanctitati tuæ*, &c. *Epiſcopus dicit: Divina gratia*, &c. Beneſius addit in margine: [illegible] *Imponit dexteram ſuam Capiti ejus*. Perinde acſi hæc manus impoſitio ad ſubſtantiam Ordinationis Lectoris ſit neceſſaria. Fol. 15. a tergo, ubi in textu dicitur: [illegible] *Et tradunt ei, ut legat ex Iſaia*: adjiciuntur in margine verba, quæ Pontifex Latino ritu profert, quum tradit Librum Lectori.

3. [illegible] *Ordinatio Hypodiaconorum*. In marg. [illegible] *Ordo Tertius, Subdiaconus*. Init. fol. 18. a tergo. [illegible]

[illegible] Baneſius ad illa textus Syriaci verba, [illegible] *Pontifex dicit : Divina gratia* : addit fol. 20. [illegible] *Imponit dexteram Capiti ejus*. Idem fol. 21. a tergo, Rubricam Syriacam Arabice reddit, fol. autem 25. a tergo, traditio Candelabri, & Urcei aquæ & vini ex ritu Latino præſcribitur.

4. [illegible] *Ordinatio Diaconorum*. In marg. [illegible] *Ordo Quartus, Diaconus Stephanicus*: ubi Rubricæ Syriacæ Arabice paſſim in margine exponuntur, & fol. 46. a tergo, traditio Inſtrumentorum ex ritu Latino Arabice itidem deſcribitur. Init. fol. 28. [illegible]

5. [illegible] *Ordinatio Archidiaconi*. In marg. [illegible] *Ordo Quintus, Archidiaconus*. Rubrica Syriaca fol. 61. a tergo Arabice ad marginem adponitur; & fol. 64. traditio Evangelii ex Latino ritu Arabice item exhibetur. Init. fol. 58. [illegible]

6. [illegible] *Ordinatio Presbyteri*. In marg. [illegible] *Ordo Sextus, Presbyter*. Præter Arabicam Rubricæ Syriacæ expoſitionem, fol. 75. & 76. ad marginem adjectam, verba etiam ex ritu Latino, quum induitur Presbyter paramentis ſuis, & quum Patenam & Calicem de manu Epiſcopi accipit, unacum Chriſmali manuum unctione, fol. 89. & 96. Arabice exprimuntur. Init. fol. 65. a tergo. [illegible]

7. [illegible] *Ordinatio Periodeutæ*. In marg. [illegible] *Ordo Septimus, Periodeutes*. Arabicam Rubricæ Syriacæ & Conſecrationis manuum ex ritu Latino verſionem, fol. 102. & 115. ad marginem recens adpoſitam reperias. Init. fol. 102. [illegible]

8. [illegible] *Ordinatio Chorepiſcopi, & Metropolitæ*. Incipit fol. 124. [illegible] Verum in hoc Codice non exſtat niſi initium hujus Ordinationis; cetera, avulſis multis foliis, deſiderantur.

Is Codex pertinuit olim ad *Georgium Epiſcopum* Maronitam, tum vero ad *Joſephum Baneſium*, qui illum ex Monte Libano in Urbem detulit, & *Fauſto Naironio* Maronitæ dono dedit; uti ex Adnotationibus Arabico-Latinis initio præfixis liquet. Ejus vero ætas ad decimum quintum Chriſti ſeculum videtur referenda.

XLVIII.

CODex in 4. bombycinus, foliis conſtans 122. Syriacis recentioribus literis exaratus, inter Codd. Ecchellenſes olim Tertius; ubi continetur. PONTIFICALIS Syriaci Maronitarum Tomus II. in quo ea tantummodo legas, quæ ad Diaconum, vel Populum Pontifici ordinanti reſpondentem ſpectant. Omnia Syriace, præter Lectiones ex Veteri ac Novo Teſtamento, & nonnullas Rubricas, quæ literis quidem Syriacis, ſed Arabica lingua pleræque expreſſæ ſunt. Hunc autem in ordinem Tomus iſte digeſtus eſt.

1. [illegible] *Ordinatio Pſalmiſtæ*, ſeu Cantoris. Init. fol. 1. [illegible]

Præit

Præit Titulus Codicis, hiſce verbis conceptus: [illegible]

i. e. *Per Deum univerſorum Dominum, qui non mutatur, eſtque ſupra omnes ſubſtantias: quem mens non comprehendit, nec intellectus capit, nec cogitatio ad ipſum pervenire poteſt. Qui principio & fine caret. O Sapientiam creatricem, quæ ab omnibus creaturis ſuis glorificatur. Scribimus Perfectionem, quæ dicitur ſuper Chirotonias omnium partium graduum Sacerdotalium. Domine adjuva me.* In tanto tamen verborum adparatu, clare demonſtrat calligraphus, ſeſe in ipſis Grammaticæ Syriacæ rudimentis claudicare: ait enim [illegible] & [illegible] Nomen ſcilicet, femininum cum ſubſtantivo maſculino, & maſculinum cum feminino componit.

2. *Ordinatio Lectoris*, inſcripta [illegible] *Gradus Chirotoniæ ſuper Lectorem*. Ubi calligraphus tam in hoc, quam in antecedenti Codice, vocem [illegible] *Dargha*, quæ *Gradum*, & *Ordinem* ſignificat, pro Ordinatione abuſive ſumit. Initium fol. 8. [illegible]

3. [illegible] *Ordinatio Hypodiaconi*. Initium fol. 20. [illegible]

4. [illegible] *Ordinatio Diaconi*. Ubi in Admonitione poſt Ordinationem, a fol. 38. enumerantur libri Canonici, & Apocryphi: item agitur de Horis Canonicis, earum numero, & modo eas in itinere perſolvendi. Init. fol. 29. [illegible]

5. [illegible] *Ordinatio Archidiaconi*. Initium, fol. 47. a tergo. [illegible]

6. [illegible] *Ordinatio Preſbyteri*. Initium, fol. 51. a t. [illegible] Inter Lectiones, quæ Ordinationi huic præmittuntur, exſtat, fol. 56. a tergo, fragmentum ex S. Ephræm de Sacerdotio. Fol. autem 63. a tergo in Admonitione Arabica ad Preſbyterum, poſt Ordinationem, una in Chriſto Voluntas, impie, an ignoranter, adſtruitur, hiſce verbis. [illegible]

[illegible] *Verumtamen, Cariſſime, amplectere & retine rectam fidem in Jeſum Chriſtum, qui ad hoc miniſterium in iſto gradu te evexit: quæ eſt fides propria Sanctorum Patrum noſtrorum Apoſtolorum & Conciliorum, & Symbolum Orthodoxæ ipſorum Doctrinæ: ut ſcilicet credamus in verum & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, unam perſonam in Chriſto, unum filium, unum Chri-*

Chriſtum, unam voluntatem: unitum Sancto Corpori, quod ex Sancto ſuo Spiritu de Virgine adſumſit: eſtque unus ante humanationem, & poſt humanationem; quemadmodum Patres trecenti teſtantur, dicentes: Deum verum de Deo vero: ita ut tria nomina unus Deus ſint, non duo Dii; abſit. Atque idcirco ait: Non veni, ut facerem voluntatem meam, ſed voluntatem ejus, qui miſit me: in hunc nimirum ſenſum, & meam & Patris mei voluntatem; ſicut ait: Qui videt me, videt Patrem meum: & ego & Pater unum ſumus: una poteſtas, una voluntas. Abſit igitur, ut duas habeat voluntates, & Trinitas poſt unionem Quaternitas dicatur. Hæc Joſeph Baneſius, ad quem Codex iſte pertinuerat, non vidit, quum recentioribus Maronitarum Pontificalibus repudiatis, ad iſtos antiquos Codices provocat. Vidit tamen Petrus Accurenſis Epiſcopus, qui in Adnotationibus ad Codicem ſequentem, graviter invehitur in calligraphum Monothelitici erroris patronum; ut mox infra oſtendemus.

7. ܛܟܣܐ ܕܣܝܡ ܐܝܕܐ ܕܗܘ ܦܪܝܕܘܛܐ *Ordinatio Periodeutæ*. Initium, fol. 67. ܡܪܝܐ ܕܒܢܝܐ ܠܟܠܗ ܥܡܐ ܡܢ ܚܟܡ ܕܪܓܐ ܡܫܡܫܢܐ ܘܕܝܠܟ ܠܟܠܗ.

8. ܟܘܪܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܣܝܡ ܐܝܕܐ ܕܗܘ ܥܡܘܪ ܕܗܘܐ ܠܗ ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ *Ordinatio Chorepiſcopi*, Initium fol. 77. ܡܬܠ ܕܗܘܝܐ ܦܩܘܕܘܗܝ ܕܡܫܝܚܐ ܥܡܘܪܐ ܕܢܗܘܐ ܥܡܢ ܗܘ Ibid. calligraphus reprehendit eos, qui Chorepiſcopos in una eademque Diœceſi plures ordinant, in hæc verba: ܢܡܘܣܐ ܕܡܪܝܐ ܝܘܡܢܐ ܒܛܠܬܘܢ ܟܕ ܣܓܝܐܐ ܟܘܪܐܦܝܣܩܘܦܐ ܥܒܕܝܢ ܐܢܬܘܢ. ܗܠܝܢ ܠܐ ܫܘܝܢ ܠܫܡܐ ܕܟܘܪܐܦܝܣܩܘܦܐ. *Legem Domini hodie abrogaſtis, plures Chorepiſcopos ordinando. Iſtos quidem Chorepiſcoporum nomine indignos cenſemus*. Unum enim eſſe debere Chorepiſcopum, qui Epiſcopo adſiſtat: ſicuti folio præcedenti unum dixerat, debere eſſe Periodeutem: ܘܡܙܗܪ ܐܢܐ ܠܟ ܕܐܦܠܐ ܩܢܘܢܐ ܕܫܠܝܚܐ ܘܕܣܘܢܗܕܘܣ ܩܕܝܫܬܐ ܫܒܩܝܢ ܕܢܗܘܐ ܐܠܐ ܚܕ ܦܪܝܕܘܛܐ ܥܠ ܟܠܗ ܗܘܦܪܟܝܐ. *Hoc inſuper te monitum volo, quod Canones Apoſtolorum & Sacrorum Conciliorum non permittunt, ut ſit niſi unus Periodeutes pro tota Epiſcopi Diœceſi*.

9. ܛܟܣܐ ܕܣܝܡ ܐܝܕܐ ܕܗܘ ܐܦܝܣܩܘܦܐ *Ordinatio Epiſcopi*. Initium, fol. 85. ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܕܚܝܠܐ ܡܚܝܕܐ ܘܫܠܝܛܐ ܕܟܠ ܐܘܚܕܢܐ

10. ܛܟܣܐ ܕܣܝܡ ܐܝܕܐ ܕܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ ܘܕܦܛܪܝܪܟܐ *Ordinatio Metropolitæ & Patriarchæ*. Initium, fol. 88. ܡܪܝܐ ܐܠܗܢ ܐܘܠܝܢܐ. ܡܬܠ ܕܗܘܝܐ ܗܘ ܡܕܒܪܢܐ

11. ܛܟܣܐ ܕܬܫܡܫܬܐ ܕܚܘܕܬ ܥܕܬܐ *Ordo Miniſterii in Dedicatione Eccleſiæ*. Continet enim ea, quæ a Diacono Pontifici reſpondente recitantur. Init. fol. 104. ܡܪܝܡ ܐܢܬ ܠܥܠܡ ܩܘܫܬܐ ܩܕܝܫܐ

Is Codex ſcriptus eſt anno Chriſti 1507. ut hæc oſtendunt anonymi Calligraphi verba, quæ fol. 122. a tergo leguntur. ܫܠܡ ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܡܢܡܐܐ ܘܬܡܢܥܣܪ ܕܝܘܢܝܐ. ܫܘܒܚܐ ܠܐܠܗܐ ܐܡܝܢ ܐܡܝܢ. *Explicit anno Græcorum 1818. Laus Deo, Amen, Amen*. Pertinuit olim ad Joſephum Baneſium Maronitam, qui & eundem Codicem Fauſto Nairono dono dedit, & fol. 1. hæc Arabice Syriacis literis adnotat: ܗܕܐ ܐܠܟܬܐܒ ܗܘ ܐܠܡܣܡܝ ܒܐܠܫܪܛܘܢܝܐ ܘܦܝܗ ܛܩܘܣ ܐܠܣܝܡܐܝܕ ܥܢܕ ܐܠܡܘܪܢܐ ܒܐܠܢܣܟ ܐܠܣܪܝܐܢܝ ܐܠܩܕܝܡ ܘܟܐܢ ܡܥܗ ܒܐܠܐܓܪ ܐܠܣܘܪܝܐܢܝܗ ܐܠܩܕܝܡܗ ܡܢ ܓܡܠܗ ܐܠܟܬܒ ܐܠܩܕܝܡܗ ܐܠܬܝ ܥܢܕ ܡܢ ܩܒܠ ܐܢ ܝܟܬܒ ܐܠܐ ܐܢ ܝܩܪܐ ܡܢ ܡܟܬܒܬܐܝ ܥܢܕ ܡܐ ܐܠܝ ܐܠܐܣܩܦ ܟܒ ܐܠܐܒ ܐܠܡܥܠܡ ܐܢܐ ܡܢ ܐܒܪܫܝܗ ܐܠܐܣܩܦ ܡܐܪ ܐܦܪܝܡ ܐܠܡܢܝܢܝ ܡܐܪ ܡܟܐܝܠ ܐܠܐܒܘ ܡܐܪ ܠܘܩܐ ܡܐܪ ܡܐܪܘܢ ܘܡܢ ܐܒܪܫܝܗ ܐܠܡܢܝܢܝ. ܘܥܢܕ ܐܠܒܛܪܝܪܟ ܐܠܡܛܘܒ ܐܠܡܢܝܢܝ ܘܐܠܡܛܪܐܢ ܦܝ ܟܢܐܝܣ ܐܠܡܪܘܢܝ ܡܥ ܩܗܡܐܬܗ ܐܠܡܪܘܢܝ ܐܘܐܕܡ ܟܠܗ ܐܠܩܕܝܣܝܢ ܐܠܣܘܪܝܐܢܝ ܘܐܠܡܪܘܢܝ ܡܩܕܡܝܢ ܡܩܕܡ ܒܟܠܗ ܐܠܟܢܝܣܗ ܒܐܠܡܩܕܡ ܥܠܝ ܐܠܟܗܢܐ ܡܩܕܡܝܢ ܒܟܠܗ ܐܠܟܢܝܣܗ. ܘܟܬܒ ܐܢܐ ܐܠܚܩܝܪ ܐܠܩܣ ܝܘܣܦ ܐܠܒܐܢܣܝ ܡܢ ܫܘܩ ܐܠܩܕܝܡܗ ܘܦܝ ܐܠܡܐܚܪ ܥܠܝ ܒܐܢ ܐܠܟܬܐܒ ܗܕܐ ܟܐܢ ܦܝ ܐܘܠ
ܐܠܢܐܣ.

[illegible]

" Anno Chriſti 1665. Romam pervenit Joſeph Baneſius Eſauita, adtulitque
„ ſecum duos libros antiquæ Syriacæ Chirotoniæ, una cum reliquo antiquo
„ Ritu, in quem neque additamentum, neque diminutio obrepſit, per Ma-
„ giſtros Maronitas, illos, inquam, qui ſeſe doctiores, prudentioreſque exi-
„ ſtimarunt veteribus Patribus noſtris, S. Ephræmo Syro, S. Jacobo Edeſſe-
„ no, S. Iſaaco, S. Marone, & ceteris Patribus noſtris Orientalibus: ac pro-
„ inde mutaverunt antiquum Syriacum Baptiſmi Ordinem, ejus loco Lati-
„ num baptizandi Ritum uſurpantes, & Francorum: *Sic Latinos & Europæos*
„ *Syri vocant*: etiam Ordinationibus utentes. Ad hæc addiderunt veteri Chi-
„ rotoniæ formam Latinam, ab ipſis Arabico ſermone redditam, qûum in
„ Syriacum idioma illam convertere neſcirent. Quodſi antiqua noſtra Chi-
„ rotonia ſic vitioſa eſt, ut non liceat eam in perficiendis Ordinationibus
„ adhibere; nemo igitur Ordinem Sacerdotii rite accepit, & manus impoſi-
„ tio irrita facta eſt, & invalida: & nihili æſtimanda ſunt verba Sacrarum
„ Scripturarum, veterumque Patrum, qui unanimi ſententia docent, per
„ impoſitionem manus, & per verba conſecratoria, quæ ſunt hujuſmodi:
„ Divina gratia, *&c.* & hæc: Ordinatus eſt in Sancta Eccleſia, *&c.* conſerri
„ Sacerdotium. „ Hucuſque Baneſius, tam vehementi ſacrorum veterum Rituum ſtudio abreptus, ut non videret, primo, Jacobum Edeſſenum in caſtris Jacobitarum, non Orthodoxorum militaſſe: ſecundo, formam Ordinationum conſiſtere quidem in verbis conſecratoriis tum, quum manus ordinando imponitur. Sed utrum ea ſint verba conſecratoria, quæ Baneſius adſignat; hoc vero ipſi demonſtrandum fuerat, non ſupponendum.

X L I X.

Codex in fol. bombycinus, foliorum 128. recentioribus Syriacis literis elegantiſſime exaratus, inter Codd. Orientales Clementi XI. a Petro Aloyſio Caraſa Archiepiſcopo Lariſſæo, tum S. R. E. Cardinali, ad uſum Vaticanæ Bibliothecæ oblatos, de quibus Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 516. olim num. LXII. ſignatus. Ibi continetur.

[illegible] PONTIFICALIS Syriaci Maronitarum Tomus Secundus, exhibens ea, quæ ad Diaconum, vel Populum Pontifici ordinanti reſpondentem ſpectant: ex Codice proxime antecedenti ad verbum deſcriptus, eodemque ordine diſpoſitus. Videlicet.

1. *Ordinatio Pſalmiſtæ*, ideſt Cantoris. Incipit fol. 2. a Rubrica, Carſciunice, ſeu Arabice, Syriacis literis, expoſita. [illegible]

2. *Ordinatio Lectoris*, fol. 8. [illegible]

3. *Ordinatio Hypodiaconi*, fol. 20. a tergo. [illegible]

4. *Ordinatio Diaconi*, fol. 30. [illegible]

5. *Ordinatio Archidiaconi*, fol. 49. [illegible]

6. Ordi-

6. Ordinatio Presbyteri, ſol. 53. a tergo. [illegible] Fol. *56.* & *57.* ad oram, in illud Syriaci textus de Sacerdotio [illegible] *Johannes tradidit ipſum Domino, & Dominus Apoſtolis:* Joſeph Accurenſis Damaſcenus, Metropolita Sidonis, hanc Adnotationem adpoſuit. [illegible]
Joſeph humilis Metropolita Saidæ, Accurrenſis, Damaſcenus, hanc ſtropham ſubſtituit. Ita Jeſus Chriſtus Sanctos Apoſtolos conſtituit, deditque eis gradus Sacerdotii, & claves regni Cælorum. Mentitur qui adſerit, Dominum noſtrum accepiſſe Sacerdotium a Johanne. Johannes enim Judæis teſtatus eſt, dicens: Ego baptizo in aqua: qui autem veniet poſt me, idemque ante me eſt, ipſe baptizat in Spiritu Sancto. Quis autem major eſt, o frater, qui baptizat in aqua, an qui in Spiritu Sancto? Certe qui baptizat in Spiritu Sancto, major eſt eo, qui baptizat in aqua. Dominus autem noſter non eſt baptizatus a Johanne, ut Sacerdotium acciperet, ſed ut aquam conſecraret, ita ut ſancta materia efficeretur, & porta ſeptem Sacramentorum. Quum enim Domini Corpus aqua tetigit, aqua ſanctificata eſt. Hæc intellige, & ora pro pulvere pedum tuorum Joſepho, nomine tenus Metropolita, filio Petri Metropolitæ Accurenſis, bonæ memoriæ. Deus miſereatur eorum. Anno Chriſti 1626. menſe Teſrin priore, i. e. Octobri. Fol. autem *69.* ad marginem, in Admonitionem Arabicam ad novum Presbyterum, ubi, ut in antecedenti Codice, error Monotheliticus inſinuatur, hæc manu Petri Metropolitæ Accurenſis adnotantur. [illegible]
Exarata ſunt hæc anno Domini 1602. O ſtulte & inſipiens, qui heic unam in Chriſto, ais, eſſe voluntatem, poſtea vero ipſius Corpus commemoras, quod a Virgine adſumſit. Anne fieri poteſt, o ſtulte, ut una ſit duarum naturarum voluntas? Si illam adfirmas, eſſe voluntatem, qua mortuos reſuſcitavit, en voluntas Divinitatis. Si vero illam adſeris, qua bibit & comedit, en voluntas Humanitatis.

tatis. Eſt enim Deus perfectus, & perfectus homo. An potes miſcere voluntates, & ex duabus unam facere? an unam adſtruere, & alteram negare? Sic enim vel Humanitatem negare te oportebit, vel Divinitatem. Quidquid igitur heic blateras, hæreticum eſt & falſum. Nos autem Maronitæ Catholici profitemur tres Perſonas, Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, unum Deum, ſubſtantiam unam, poteſtatem unam, dominum unum: tres quidem in denominatione & proprietatibus perſonas, ſed voluntatem unam. Item credimus in perſonam Filii, qui eſt filius in Deitate ante omnia ſecula, & factus eſt filius in humanitate, ſicut voluit, & factus eſt homo, quin Deitas ipſius diminuta eſſet, aut converſa, aut ipſe e ſinu Patris ſui ſecederet. Eſt autem unus Chriſtus in duabus naturis, & in duabus voluntatibus unitis, & concordibus, tam ante, quam poſt crucifixionem & mortem: & nunc etiam eſt in duabus naturis, & in duabus voluntatibus, &c. *Miſericordiam conſequatur humilis Monachus Petrus Metropolita Accurenſis. Quicumque viles iſtos characteres legerit, dicat: Deus miſereatur ipſius, & mortuorum ejus, & omnium Orthodoxorum Chriſtianorum, Amen.* Et eodem fol. a tergo, in illa præfatæ Admonitionis Arabicæ verba, quibus error Monothelitarum adſtruitur [illegible] *Et ego & Pater unum ſumus, una poteſtas, una voluntas. Abſit igitur, ut duas habeat voluntates, & Trinitas poſt unionem Quaternitas dicatur*: hanc prælaudatus Petrus animadverſionem præfigit. [illegible] *Mendax, & hæreticus eſt, o frater, tam qui ſcripſit, quam qui hæc primus dixerat. Nam ſi dicimus unam voluntatem, nec duas voluntates adſerimus, quam, quæſo, voluntatem deſignabimus? Divinam, an Humanam? Ego autem ſic pronuncio: Quiſquis non confitetur in Chriſto duas naturas, duaſque voluntates in una Divina perſona, anathema eſto, & hæreticus. Deus miſereatur Petri Monachi, Metropolitæ Accurenſis, ipſius, inquam, & patrum ejus corporalium, & ſpiritualium, etiam, Amen.*

7. *Ordinatio Periodeutæ*, fol. 72. [illegible]

8. *Ordinatio Chorepiſcopi*; ubi de numero Chorepiſcoporum, & Periodeutarum eadem in hoc Codice Adnotatio occurrit, quam modo ſupra ex Cod. antecedenti fol. 77. deſcripſimus. Initium, f. 82. a terg. [illegible]

9. *Ordinatio Epiſcopi*, fol. 90. [illegible]

10. *Ordinatio Metropolitæ, & Patriarchæ*, fol. 93. a tergo. [illegible]

11. *Ordo Conſecrationis Altaris*, ſeu Tabularum, quæ ſuper menſam ponuntur, fol. 110. a tergo. [illegible] Eſt integra Conſecratio: continet enim quæ ab Epiſcopo, & quæ a Diaconis recitantur. Qua de Conſecratione, deque Tabularum materia hæc ſub initium adnotantur: [illegible] *Conſecratio Tabularum fit*

Feria quinta Myſteriorum: *item omnibus Feriis quintis a Reſurrectione uſque ad Aſcenſionem. Conficiuntur autem Tabulæ de lignis electis: item de lapidibus electis, marmoreis ſcilicet, & aliis hujuſmodi.*

Is Codex ſcriptus eſt, ܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܡܢܡܐܐ ܘܫܒܥܝܢ *Anno Græcorum* 1870. Chriſti 1559. ut fol. 128. ad calcem, legitur.

L.

Codex in 4. bombycinus, foliis conſtans 142. Syriacis recentioribus literis exaratus, inter Codd. Syriacos ex Oriente in Vaticanam Bibliothecam a nobis inlatos, olim Vigeſimus tertius; quo continentur.

1. ܒܘܪܟܐ ܕܡ̈ܝܐ ܒܕܢܚܐ *Benedictio Aquæ* in Epiphania Domini, juxta Ritum Syrorum Maronitarum, a Stephano Aldoenſi ejuſdem gentis Patriarcha recognita, ſuppletis ad marginem iis, quæ ex calligraphi incuria, vel luxata, vel prætermiſſa fuerant. Init. fol. 3. a tergo. [illegible] .

2. ܐܢܐܦܘܪܐ ܕܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ *Anaphora Simonis Cephæ, ſeu Petri Principis Apoſtolorum*; ad cujus calcem, uti & ſub Codicis initium nonnulla recentiori manu ſunt adjecta, quæ ad eandem Liturgiam perficiendam ſpectant. Sed utrobique Verba Chriſti tam ſuper Panem, quam ſuper Calicem omiſſa. Init. fol. 130. [illegible]

Is Codex ſcriptus eſt anno Chriſti 1547. ut hæc oſtendit Epigraphe Arabica, Syriacis literis expreſſa, quæ fol. 139. legitur: [illegible]

" Abſolutus eſt liber iſte benedictus per humilem, inopem, peccatorem, turpem, deformem, Johannem, nomine tenus Presbyterum & Monachum, omnium hominum viliſſimum, filium Matthæi bonæ memoriæ, ex oppido Cura Diœceſis Botrienſis, qui commoratur in valle Cuzajæ in Monaſterio S. Antonii in Giobba Biſciara in Monte Libano. Completus eſt autem anno Græco Alexandri filii Philippi 1858. &c. Memento Domine in Regno Cœlorum unacum SS. Patribus etiam Moauuadi, peregrini Hieroſolymitani, qui ad hujus libri deſcriptionem ſtudium & operam ſuam contulit. Dominus Deus retribuat ei in Regno Cœlorum, Amen. " Epigraphen hanc conſequitur ſuperſtitioſa Hominis & Viperæ incantatio, cum quibuſdam precibus Armeniacis, ſed Syriaco charactere nova manu deſcriptis; quarum initium. [illegible]

L I.

Codex antiq. in fol. bombycinus, paginarum 397. ſeu foliorum 199. Syriacis Jacobitarum literis eleganter exaratus, inter Codd. Ecchellenſes olim Quartus; quo continetur,

PONTIFICALE & Rituale Syrorum Jacobitarum, a *Michaele Magno* ejuſdem gentis

Digitized by Google

gentis Patriarcha, qui circa annum Chriſti 1190. claruit, collectum, & emendatum, atque in Titulos XLII. diſtributum; quorum Index p. 1. recentiori manu ſuppletus, prætermiſſis duobus poſterioribus Titulis, qui ad calcem alia manu adjecti ſunt. Initio hocce calligraphi monitum præfigitur: [illegible] *Quoniam vero Ritus horum Divinorum Officiorum, quæ in Sancta Dei Eccleſia per Pontifices & Sacerdotes celebrantur, in vetuſtis Codicibus cum additione & detractione diverſimode deſcripti cernuntur; beatiſſimus Dominus noſter Mar Michael adcurate collegit quidquid exactum erat, ſanctiſque Sacramentis diluc.de conveniebat, juxta Divinam Legem, quam idem Sanctus & Deificus Spiritus per electos Apoſtolos, & ſanctos Patres tulit: ut liber hic, cooperante Domino, a quo finem ei imponendum ſperamus, ſit veluti theſaurus, in quo quidquid ad hæc & ſimilia requiritur, abſque additione & diminutione habeatur. Qui vero adcuratum exemplar habere voluerit, ex hoc libro deſcribat ea, quorum opus eſt: atque ita paullatim in tota Sancta Dei Eccleſia unus ſingulorum horum Sacrorum Rituum modus erit. Nam mihi, & aliis pluribus præſtare videtur, ut unus ſit totius traditionis horum Rituum modus, quam ut iidem diverſimode celebrentur.* Vide Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 155. ubi & de ætate præfati Patriarchæ Michaelis, & de reliquis ejuſdem ſcriptis diſſeruimus. Quæ autem in hoc Codice exhibentur, hunc in ordinem ſunt digeſta.

1. [illegible] *Ordo Conſecrationis Divini Chriſmatis*; præmiſſa Rubrica: [illegible] *De præparatione eorum, quæ ad Sanctum iſtud ac Divinum Miniſterium requiruntur*. Requiritur autem, ut ex eadem Rubrica colligitur, primum quidem, ut hæc Conſecratio fiat *Feria V. Myſteriorum*, hoc eſt, Majoris Hebdomadæ, ſeu in Cœna Domini, [illegible] Secundo, ut *præparatum ſit oleum mundæ olivæ, & oleum balſami, necnon amphora, ſeu urceus excipiendis oleis aptus*: [illegible] Quibus verbis excluduntur a Chriſmate Syrorum tot ac tantæ aromatum ſpecies, quæ in Euchologio Græcorum expreſſe nominantur: Tertio, ut unacum Pontifice adſint 12. Presbyteri cum Pluvialibus. 12. Thuribula. 12. Diaconi cum Orariis. 12. Flabella. 12. Candelabra cum cereis. 12. Pueri Hypodiaconi: & Tabernaculum ligneum, velo coopertum, quod olei balſamique vaſa contineat. Quarto denique, fuſe adcurateque indicatur Ritus, qui in ſacra hujuſmodi functione ſervandus eſt. Incipit prima Epiſcopi precatio pag. 4. [illegible] In Concione Epiſcopi ad populum, quæ a pag. 24. initium ducit, de nomine, origine, materia, & myſticis ſignificationibus ſacri Chriſmatis exponitur. Ubi inter cetera, pag. 27. hæc habentur: [illegible]

[illegible] *Item, cariſſimi, ex duobus oleis ſacrum hoc Myron*, Unguentum, *componitur, ex oleo ſcilicet opobalſami, & ex oleo olivæ. Et oleum quidem balſami Divinitatem Chriſti deſignat*, &c. *Oleum vero olivæ ipſius Humanitatem*, &c. Pagina autem 28. prodit author hujuſce Concionis, ſe Jacobitam eſſe, unius nempe in Chriſto Naturæ adſertorem, in hæc verba: [illegible] *Unum autem ex duobus oleum conficitur. Hoc nobis ſignificat: Sanctum ſcilicet, Sanctorum, in quo oleum balſami, & oleum olivæ componuntur, Virginem Deiparam ſignat, in qua unitæ & compoſitæ ſunt duæ naturæ, quæ in unionem coiverunt: Divinitas nimirum, & Humanitas, & factæ ſunt una natura, & una perſona Dei Verbi incarnati.*

2. [illegible] *Benedictio Olei, quod fit ad unctionem*, nimirum, Olei Catechumenorum & Olei extremæ Unctionis: unum enim, idemque oleum apud Syros Jacobitas ad utramque unctionem adhibetur, ejuſque benedictio poſt Chriſmatis conſecrationem fit ab Epiſcopo ſimul & Presbyteris; ut in Rubrica eidem Benedictioni præfixa ſtatuitur, hiſce verbis: [illegible] *Poſt Acoluthiam & Officium Sacri Chriſmatis, afferunt purum oleum olivæ in vaſe, & apprehendens illud unus Presbyterorum, offert Epiſcopo, qui dicit Orationem ſuper illud; & poſt Epiſcopum, omnes Presbyteri, qui adſunt, dicunt ſimiliter Orationem, & formant Signa Crucis. Ipſum autem oleum ideo conficitur, ut eo ungantur baptizandi ante Chriſma in ipſo Baptiſmo: item fit propter ſanitatem infirmorum, juxta id quod ait Jacobus frater Domini: Si quis infirmatur, vocet Presbyteros, & ungant eum oleo orationis. Similiter in Actibus ſcriptum eſt, quod infirmos plurimos ungebant oleo, & ſanabantur.* Initium pag. 36. [illegible]

3. [illegible] *Alia Benedictio Olei Orationis*, ſeu Sanitatis, Catechumenorum nempe, & Infirmorum, quovis tempore adminiſtrandi. Init. pag. 37. [illegible] Pagina autem 38. hæc admonitio ſubjungitur: [illegible] *Quum vero hoc oleum Presbyteris ab Epiſcopo traditur, illos moneat, ne ipſum adhibeant, præterquam ad duos ſupra indicatos uſus: neque abſque iſto oleo licere Baptiſmum. Quod ſi hocce Oleum Unctionis non adſit, quod Epiſcopus Presbyteris tradat, ut ipſi baptizandos ungant, antequam Chriſmate ungantur; accipiat amphoram,*

ram, in qua Chriſma fuerit, eamque puro oleo olivæ impleat, quumque illud miniſtraverit, in aliam amphoram infundat, & dicat ſuper ipſam hanc Orationem: Deus magne, &c.

4. ܛܟܣܐ ܕܩܘܕܫ ܥܕܬܐ *Ordo Dedicationis Eccleſiæ*. Init. pag. 39. ܐܪܝܡ ܕܒܟܠܗܘܢ ܢܗܘܘܢ ܡܩܒܠܝܢ ܡܠܬܐ ܕܗܘ ܒܒܢܝܢܐ ܕܒܝܬܐ ܘܠܐܠܗܐ.

5. ܛܟܣܐ ܕܪ̈ܚܡܐ ܕܥܕܬܐ ܘܡܫܝܚܐ ܕܟܠ ܡܕܒܚܐ ܡܚܒܠܐ *Ordo Reconciliationis Altaris, & Eccleſiæ pollutæ*. Init. pag. 63. ܐܪܝܡ ܠܥܝܢܝܟ ܕܥܕܬܐ ܕܡܛܠܦܐ. ܐܠܗܢ ܡܚܒܠܐ ܕܩܘܕܫܐ

6. ܛܟܣܐ ܕܩܘܕܫ ܡܕܒܚܐ *Ordo Conſecrationis Altaris*, ſeu Tabulæ, quæ ſuper menſam adponitur, pag. 66. ܩܘܕܫ ܛܒܠܝܬܐ ܗܘܐ ܒܝܘܡ ܚܡܫܐ ܒܫܒܐ ܕܦܨܚܐ Confer cum Cod. XLIX. fol. 110. a tergo.

7. ܡܘܕܥܢܘܬܐ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܡܬܩܪܝܘ ܩܕܡ ܥܪ̈ܒܐ ܕܟܠ ܗܢܘܢ ܕܡܬܬܣܪܝܢ ܘܡܬܟܗܢܝܢ *Admonitio ad eos, qui ordinandi ſunt* Preſbyteri, aut Diaconi, ab Epiſcopo recitanda coram ipſorum fidejuſſoribus; ut in Rubrica præſcribitur. Init. pag. 81. ܡܚܒ̈ܒܐ ܒܡܫܝܚܐ ܗܘܐ ܘܡܬܩܢܝܢ ܡܢ ܐܠܗܐ ܚܢܢܐ ܘܗܕܐ ܡܢ Heic ab Ordinandis exigitur profeſſio Fidei, ex mente Jacobitarum. Ac primum quidem, pag. 92. quod Chriſtus unam habeat naturam, unamque perſonam. Secundo, pag. 93. tres Synodi admittuntur, videlicet Nicæna, Conſtantinopolitana, & Epheſina. Tertio, ibid. hi Patres recipiuntur, Jacobus ſcilicet, Hieroſolymorum Epiſcopus, Apoſtolus & Martyr: Linus Romæ: Anacletus Romæ: Clemens Romæ: Timotheus Epheſi: Titus Cretæ; Ignatius Antiochiæ: Polycarpus Smyrnæ: Dionyſius Athenarum: Hippolytus Romæ: Petrus Alexandriæ: Alexander Alexandriæ: Baſilius Cæſareæ: Gregorius Nazianzi: Gregorius Nyſſæ: Meletius Antiochiæ: Dionyſius Alexandriæ: Euſtathius Antiochiæ: Nectarius Conſtantinopolis: Arſacius CP. Johannes CP. Theophilus Alexandriæ: Timotheus Alexandriæ: Amphilochius Iconii: Cyprianus Carthaginis: Cyrillus Alexandriæ: Proclus CP. Dioſcorus Alexandriæ: Epiphanius Cypri: Theodotus Ancyræ: Alexander CP. Irenæus Lugduni: Methodius Olympi: Severus Antiochiæ: Philoxenus Mabugi: Jacobus Patriarcha: Jacobus Phaſiltæ: Petrus Antiochiæ: Petrus alter Antiochiæ: Julianus Antiochiæ: Theodorus Antiochiæ: Ephræm Doctor: Iſaac Doctor: Jacobus Batnarum Sarugi: Jacobus Edeſſenus: Barſumas Anachoreta Senæ, una cum N. Patriarcha Antiochiæ, & N. Patriarcha Alexandriæ. Quarto, pag. 95. anathematizantur, Simon Magus, Elymas, Menander, Saturnilus, Porphyrius: Baſilides, Hymenæus, Alexander, Carpocrates, Ebion, Borbor, Symmachus, Photinus, Manes, Marcion, Origenes, Novatus, Valentinus, Bardeſanes, Marcellus, Eunomius, Macedonius, Apollinaris, Arius, Eudoxius, Paulus Samoſatenus, Andreas Samoſatenus, Euſebius Nicomedienſis, Theogenes, Mares Chalcedonis, Diodorus, Theodorus, Neſtorius, Theodoritus, Hibas Edeſſæ: Alexander Mabugi, Irenæus Bigamus, Cyrus, & Johannes Ægeates, Barſumas Perſa cum impiis ſuis Canonibus, Dorotheus Marciani concivis, qui anathema eis dixit, qui Virginem adſererent Deiparam: Synodus Chalcedonenſis, quam impiam vocant, Tomus Leonis Papæ & Leo ipſe, omneſque quotquot duas in Chriſto naturas, proprietates, ſubſtantias & operationes confitentur poſt unionem. Eutyches impius; Julianus Halicarnaſſi, & Zabed obſcænus, & quicumque impie de Trinitate ſentiunt. Meſſaliani: Johannes: Johannes alter, & Niphalius Grammaticus, Damianus Alexandriæ, Stephanus Barſudaili, & Agnoetæ; quibus in margine additur Sergius Armenus, notatumque ibidem reperias, tres fuiſſe Sergios, 1. Phan-

1. Phantaſiaſtem Procopii æqualem. 2. Johannis Tritheitæ parem; cujus Petrus Patriarcha meminit. 3. Armenum militiæ Ducem; quos, veluti hæreticos, Jacobitæ rejiciunt. Denique pag. *99.* de Cruce ab Ordinandis formanda, deque eorundem nominibus in Actorum Codicem referendis, hæc legas: [Syriac] *Tunc Ordinandi caput erigunt, jubetque eos Pontifex, Crucem in charta formare: idemque Pontifex, aut ipſius Syncellus, nomina eorum & Eccleſias notat.*

8. [Syriac] *Admonitio*, poſt Ordinationem dicenda. Init. fol. 100. [Syriac]

9. [Syriac] *Admonitio altera*, dicenda ante Ordinationem, authore *Mar Jacobo Metropolita Maipherattæ*, ſeu Martyropolis in Meſopotamia, qui floruit circa annum Chriſti 1230. ut Bibl. Orient. Tom. 2. pag. 237. oſtendimus. Init. pag. 102. [Syriac] Eadem Arabice, literis tamen Syriacis, recens expoſita, & Codicis initio præfixa, cum hocce titulo: [Syriac] *Homologia, quam præſcripſit Mar-Jacobus Metropolita Maipharkin, civitatis Martyrum in Meſopotamia, legenda ad Presbyteros & Diaconos, quum ordinantur, ut audiant quæ ibidem continentur præcepta, & cuſtodiant ea.* Ubi eum, qui ad ſuſcipiendos Sacros Ordines adcedit, docet Jacobus, primum, quid ſentire debeat de myſterio Trinitatis, & Incarnationis: juxta mentem nimirum Jacobitarum, qui unam in Chriſto naturam credunt. Deinde Patres recenſet, quos ab ordinando recipi poſtulat: Ignatium ſcilicet, Dionyſium, Julium, Athanaſium, Baſilium, Gregorium utrumque, Chryſoſtomum, Dioſcorum, ut vocat, Confeſſorem, & Severum, quem adpellat [Syriac] *Os omnium Doctorum*. Adjungit Patriarchæ Jacobitarum pro tempore, uti & Epiſcopi Ordinantis, nomen, quibus obedientiam promitti jubet. Mox hæreticos commemorat, quibus anathema dicit, Simonem nempe, Magum, Manetem, Bardeſanem, Arium, Sabellium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Paulum Samoſatenum, Theodorum, Diodorum, Theodoritum, Hibam, Neſtorium, Synodum Chalcedonenſem, Leonem Papam, Diophyſitas, Julianum Halicarnaſſæum, Eutychetem, Barſumam Perſam Niſibis Epiſcopum, cum ſuis Canonibus, necnon decreta Gubitarum; eorum ſcilicet, qui in Guba congregati, Neſtorianiſmum ſub Barſuma Niſibeno inſtaurarunt; de quibus vide Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 354. & Tom. 2. p. 342. & ſeqq. Denique a fide ad mores tranſiens, hortatur Ordinandos, ut ab omni labe immunes, virtutem colant, vitium fugiant, & commiſſum ſibi munus impigre exerceant: & concludit in hæc verba: [Syriac] *Et hoc vivifica Crucis ſignum, quod facis, ſit contra te in teſtimonium in die Domini.* Nam Ordinandi jubentur apud Jacobitas, ſignum Crucis in ipſo Pontificali, aut in alio libro coram Epiſcopo ordinante formare, qui peracta Ordinatione hæc verba ei ſubſcribere ſolet: [Syriac] ✝ *Ordinavit Spiritus Sanctus N. Diaconum Sancti N. Urbis N. Anno N. per Epiſcopum N.* Cujus generis ſubſcriptiones plurimæ a variis Epiſcopis an. Chr. 1454. & ſeqq. ſub initium hujuſce Codicis, necnon p. 80. atque alibi ſunt

ſunt adpoſitæ, quibus ſingillatim recenſendis, brevitati ſtudentes, abſtinemus.

10. [illegible] *Cantus* & Reſponſoria, quæ in ſingulis Ordinationibus dicuntur. Init. fol. 108. [illegible]

11. [illegible] *Cyclii*, ideſt, Antiphonæ & Cantus in Ordinationibus Minoribus, Cantorum ſcilicet, Lectorum, & Subdiaconorum, recitandi, pag. 109. [illegible]

12. [illegible] *Orationes* & Proœmia pro iiſdem Minoribus Ordinationibus, pag. 110. [illegible] Quæ autem dicuntur in Ordinatinnibus Majoribus, uti & Lectiones propriæ ex Veteri & Novo Teſtamento, ſuis quæque locis inſertæ ſunt.

13. [illegible] *Ordinatio Pſaltæ*, i. e. Cantoris. Pag. 113. [illegible]

Ibid. ad marginem præſcribitur Electio Oeconomi Eccleſiæ ab Epiſcopo peragenda, hiſce verbis: [illegible] *Quum requiritur & eligitur vir ſecularis, ut ſit Eccleſiæ Oeconomus, hoc idem miniſterium decet ab Epiſcopo ſuper ipſum fieri, dante ei poteſtatem, ut Altare ingrediatur. Omnes Orationes dicet ſuper ipſum, præter quam quod non traditur ei geſtandus liber Pſalmorum, neque eidem conceditur facultas, dandi pacem Menſæ, aut Sacramenta e Menſa participandi.*

14. [illegible] *Ordinatio Anagnoſtæ*; i. e. Lectoris. Pag. 114. [illegible]

15. [illegible] *Ordinatio Hypodiaconi*, cujus Formam Jacobitæ, non in Præconio, *Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti*, &c. quod Archidiaconus dicit, uti & in Rubrica Ordinationis Diaconi & Presbyteri monetur; ſed in Oratione, quæ a Pontifice poſt præfatum Præconium recitatur, conſiſtere adfirmant. Vide Tom. 4. Bibl. Orient. pag. 811. Initium p. 116. [illegible]

16. [illegible] *Ordinatio Diaconi*. Pag. 119. [illegible]

17. [illegible] *Ordinatio Presbyteri*. Pag. 127. [illegible]

18. [illegible] *Electio Archidiaconi*. Pag. 138. [illegible]

19. *Electio Chorepiſcopi, aut Periodeutæ, ſeu Viſitatoris, aut Abbatis, vel Abbatiſſæ*. Pag. 141. [illegible]

20. [illegible] *Ordinatio Diaconiſſarum, quæ olim vigebat*; ideoque ex antiquis Codicibus illam ſe deſcripſiſſe, calligraphus in Proœmio profitetur. Init. pag. 144. [illegible]

21. *Jacobi Edeſſeni Scholion de Diaconiſſis*, earumque munere, quod in Operum ejuſdem Edeſſeni Catalogo, Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 476. & ſeqq. a nobis edito, deſideratur. Initium pag. 144. [illegible]

ܘܠܡܫܡܫܢܘܬܐ: ܡܢܝܢ ܡܟܗܢܘܬܐ ܘܐܬܩܪܝܬ ܡܫܝܚܐ ܡܢ ܐܒܐ ܪܘܚܢܝܐ. ܡܫܠܡܢܝܬܐ ܕܟܗܢܐ ܡܬܩܪܒܐ.

22. Ordo Receptionis Hæreticorum, hocce titulo inſignitus: ܛܟܣܐ ܥܠ ܡܢ ܕܦܢܐ ܡܢ ܗܪܣܝܣ ܕܢܣܛܘܪܝܢܐ ܐܘ ܕܟܠܩܕܘܢܝܐ ܐܘ ܕܝܘܠܝܢܝܣܛܐ ܐܘ ܡܢ ܐܝܕܐ ܕܗܝ ܗܪܣܝܣ ܐܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܢܗܘܐ ܐܘ ܩܫܝܫܐ ܐܘ ܡܫܡܫܢܐ Item Ordo de eo, qui convertitur ex hæreſi Neſtorianorum, ſive Chalcedonenſium, aut Julianiſtarum, vel a quacumque hæreſi: ſive Epiſcopus fuerit, ſive Presbyter, aut Diaconus. Initium pag. 145. ܐܠܗܐ ܕܟܠ ܚܝܠܐ ܘܡܪܝܐ ܕܟܠ ܒܪܝܬܐ ܕܠܟܠ ܗܝܡܢܝܢ ܒܫܡܟ

23. ܛܟܣܐ ܕܣܝܡܝܕܐ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܘܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ ܘܐܦܝܣܩܘܦܐ Ordinatio Patriarchæ, Metropolitæ, & Epiſcopi. Pag. 149. ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܕܒܝܕ ܚܘܒܟ ܕܠܘܬ ܒܪܢܫܐ ܕܒܝܫܐ ܘܕܐܢܫܝܢܘܬܐ. Quæ vero ſunt ſpecialia in Ordinatione Metropolitarum, & Epiſcoporum, pag. 151. leguntur. Porro ad marginem hujuſce Ordinationis tria fragmenta ex SS. Patribus adpoſita reperias; quorum Primum ex *Dionyſio Athenarum* Epiſcopo, de Electione Matthiæ Apoſtoli. Init. pag. 149. ܕܡܢ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܕܐܬܢܝܐ. ܥܠ ܡܬܝܐ ܕܡܢ ܠܘܬܗ ܢܦܠ ܦܣܐ ܕܫܠܝܚܘܬܐ ܥܠ ܡܬܠܬ. Alterum ex Homilia X. S. *Johannis Chryſoſtomi*, in Epiſtolam Pauli ad Timotheum. Pag. 162. ܕܡܢ ܝܘܚܢܢ ܡܢ ܡܐܡܪܐ ܕܥܣܪܐ ܕܦܘܫܩܐ ܕܐܓܪܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܠܘܬ ܛܝܡܬܐܘܣ. Tertium, ex Libro 1. S. *Clementis* de Electione Epiſcoporum. Pag. 172. ܡܢ ܟܬܒܐ ܩܕܡܝܐ ܕܩܠܝܡܝܣ ܥܠ ܣܝܡܝܕܐ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ. ܟܗܢܐ ܕܢܬܓܒܐ ܡܢ ܟܠ ܥܡܐ ܐܝܟ ܡܐ.

24. *Scholion*, ex Epiſtola *Jacobi Edeſſeni* ad Johannem Stylitam, de foribus Eccleſiæ, dum Ordinationes, aut alia Sacra celebrantur, occludendis. Init. pag. 180. ܡܛܠ ܗܝ ܕܬܪܥܐ ܕܗܝܟܠܐ ܡܢ ܐܝܢܐ ܥܠܬܐ ܡܬܚܕܝܢ ܒܥܕܢ ܣܝܡܝܕܐ. Vide Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 486.

25. ܛܟܣܐ ܕܡܬܬܘܬܒܢܘܬܐ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܘ ܕܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ ܐܘ ܕܦܛܪܝܪܟܐ ܟܕ ܥܐܠ ܠܟܘܪܣܝܗ Ordo Enthroniſmi Epiſcopi, aut Metropolitæ, aut Patriarchæ, quum primum Sedis ſuæ poſſeſſionem adit. Pag. 181. ܫܘܒܚܐ ܠܐܠܗܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܥܠܬܐ ܕܟܠ ܛܒܬܐ.

26. ܡܐܡܪܐ ܕܐܡܝܪ ܠܡܪܝ ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ ܕܐܡܝܕ ܕܗܘ ܝܥܩܘܒ ܒܪ ܨܠܝܒܝ *Dionyſii Metropolitæ Amidæ*, qui & *Jacobus Barſalibi*, Sermo de Laudibus *Michaelis Magni* Jacobitarum Patriarchæ, habitus, ut pag. 186. ad marginem adnotatur, in Zapharanenſi Monaſterio Sancti Ananiæ apud Marden, Meſopotamiæ urbem; quum anniverſaria Enthroniſmi præfati Michaelis Patriarchæ dies celebraretur. Quoniam autem Michael ipſe Pontificalem hunc Librum ordinavit, hunc eundem Sermonem in Conſecratione novi Epiſcopi, aut Patriarchæ, paucis mutatis, recitari juſſit; uti ex epigraphe, ad ejus calcem, pag. 195. adpoſita, liquet. Init. pag. 186. ܡܫܝܚܐ ܡܠܟܐ ܕܫܠܡܐ. ܡܫܝܚܐ ܕܫܘܪܝܐ. ܡܫܝܚܐ ܫܘܠܡܐ. Vide Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 154.

27. ܦܘܫܩܐ ܕܐܪ̈ܙܐ ܕܐܝܬ ܒܟܘܪ̈ܬܘܢܝܐ Expoſitio Myſteriorum, quæ in Ordinationibus continentur. Authoris nomen latet. *Moſi* tamen *Barcephæ* hocce Opus videtur adſcribendum, qui & myſticam Tonſuræ Monaſticæ expoſitionem compoſuit, ut infra pag. 237. Init. pag. 195. ܡܫܝܚܐ ܡܛܠ ܕܒܠܚܘܕܘܗܝ ܟܪ̈ܘܬܘܢܝܐ ܠܡܫܡܫ ܐܝܟ ܕܙܕܩ.

28. ܛܟܣܐ ܕܥܡܕܐ ܩܕܝܫܐ Ordo ſacri Baptiſmi, juxta novam adcuratam, & magis probatam emendationem; ut in titulo additur. Initium pag. 199. ܫܘܒܚܐ ܠܐܒܐ. ܐܠܗܐ ܠܟ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܐܝܟ ܕܟܠ Ex hoc Codice Ordinem Baptiſmi deſcripſiſſe videntur Guido Fabricius Boderianus, & Melchiſedech Presbyter Syrus Jacobita; qui eundem Ordinem Severo Patriarchæ Antiocheno perperam tribuerunt, quum ab ipſis Syris Jacobitis hic Ordo ad Apoſtolos, ſeu ad Jacobum fratrem Domini referatur. Vide Cod. Syr. XXVII. fol. 4.

Eun-

Eundem ritum Arabice covertit Moſes Epiſcopus Syrus. Vide Cod. Syr. XXXVI. fol. 101. Forma Baptiſmi hæc eſt, fol. 217. [illegible] *Baptizatur N. in nomine Patris ✝ Amen, & Filii ✝ Amen, & Spiritus vivi Sancti ✝ in vitam ſeculi ſeculorum*. Forma vero Unctionis Chriſmalis, pag. 218. [illegible] *Tum converſus ad baptizatos, ſignat eos in fronte tribus vicibus, dicens: Sacro Chriſmate, ſuavi odore Chriſti, ſignaculo veræ Fidei, perfectione doni Spiritus Sancti, ſignatur N. ✝ in nomine Patris, Amen ✝ & Filii, Amen ✝ & Spiritus vivi & Sancti, in vitam ſeculi ſeculorum, Amen*. Nulla in hoc Rituali fit mentio Communionis baptizati: quæ tamen in ſequenti Ordine diſerte commemoratur.

29. [illegible] *Ordo alter, ſed brevior, ſacri Baptiſmi*, authore *Severo* Patriarcha Antiocheno. Init. pag. 220. [illegible] Ubi ſcilicet, præſcribitur ritus adminiſtrandi Baptiſmum, quum inſtat mortis periculum. Forma brevioris hujus Baptiſmi pag. 222. hiſce verbis eſt expreſſa: [illegible] *Baptizatur N. in remiſſionem peccatorum, & in mores irreprehenſibiles, & in benedictam reſurrectionem a mortuis, & in vitam æternam ✝ In nomine Patris, Amen ✝ & Filii, Amen ✝ & Spiritus Sancti, Amen*. Forma vero Chriſmalis Unctionis, ibid. [illegible] *Et ſignat eum Chriſmate, dicens: Sacro Chriſmate, ſuavi odore Chriſti Dei, ſignaculo veræ Fidei*, &c. uti in ſuperiori Ordine. *Et poſtquam ter in fronte Crucem formavit, ſignat eum in naribus, in mento, in auribus, in pollicibus manuum, & pedum, & in corde... Demum communicat eum*, &c.

30. [illegible] *Ordo alter Sacri Baptiſmi breviſſimus*, pro iis, qui morti ſunt proximi, authore *Philoxeno, Epiſcopo Hieropolitano*, qui & *Xenajas Mabugenſis*, de quo fuſius Tom. 2. Bibl. Orient. a pag. 10. Initium fol. 223. [illegible] Ubi poſtquam Baptizandum Oleo Catechumenorum ſignavit, & aquam infuſo Chriſmate benedixit, Sacerdos baptizans in hæc verba admonetur: [illegible] *Tunc baptizat, & ſignat Chriſmate & Sanguinem in ejus os inſtillat*. Vide Tom. cit. pag. 24. & ſeq.

31. [illegible] *Ordo Habitus Monaſtici*, ſeu Tonſuræ Monachorum, quæ, ut in titulo ſubjungitur, Baptiſmus alter eſt, & non ſine congruentia quadam eo nomine adpellanda; abluit enim & mundat animam ab occultis & manifeſtis ſordibus, atque immunditiis. Init. pag. 224. [illegible] Proæmio, & Lectionibus ex Veteri & Novo Teſtamento, quæ in hoc Ordine recitari debent, præfiguntur pag. 226. [illegible] *Hymni Acroſtici, authore Saido Bar-Sabuni, qui ad Epiſcopatum Melitenſem eve-*

evectus, Johannis nomen adſumſit; de quo vide Tom. 2. Bibl. Orient. p. 212. Porto Hymni illi hoc artificio ſunt diſpoſiti, ut initiales ſingularum ſtropharum literæ authoris nomen exprimant, in hæc verba: ܚܘܣ ܡܪܝܐ ܠܣܥܝܕ ܚܛܝܐ ܕܟܬܒܗ *Parce Domine Saido peccatori, qui hæc ſcripſit*. In Parænefi, quam Archimandrita legit ſuper Monachum, pag. 244. Profeſſionem Fidei ab eo exigit. Ac primum anathematizare illum jubet, veluti hæreticos, Simonem Magum, Menandrum, Prophyrium, Photinum, Manetem, Marcionem, Valentinum, Bardeſanem, Sabellium, Arium, Apollinarem, Macedonium, Eunomium, Actium, Eutychen, Eudoxium, Baſilidem, Paulum Samoſatenum, Iræneum Bigamum, Cyrum, & Johannem Ægeatem, Hibam Edeſſenum, Barſumam Perſam cum Canonibus ſuis, Synodum Chalcedonenſem, Leonem Papam, ejuſque Tomum, & quotquot duas in Chriſto poſt unionem naturas confitentur. Tum recipere & admittere Synodos, Nicænam, Conſtantinopolitanam, & Epheſinam: necnon Patres, qui ſequuntur: Ignatium, Dionyſium, Julium, Athanaſium, Baſilium, Gregorium, Johannem, Cyrillum, Dioſcorum, Timotheum, Severum, Anthimum, Theodoſium, Petrum, Petrum alterum, Julianum Patriarcham, Jacobum Sarugenſem, Ephræmum Doctorem, Patrem N. Patriarcham Antiochiæ, & N. Patriarcham Alexandriæ, & N. Epiſcopum loci.

32. ܠܡܘܫܐ ܕܐܡܝܪ ܠܟܘܡܪܐ ܠܡܫܡܫܢܐ ܕܪܡܢ ܕܡܬܟܢܐ ܒܪ ܟܐܦܐ *Moſis Epiſcopi Ramanenſis*, cognomento *Bar-Cephæ*, i. e. Filii Petri, qui exeunte nono Chriſti ſeculo claruit, ut Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 131. monuimus, *Expoſitio Myſteriorum*, quæ in Tonſura Monachorum continentur, poſt peractum miniſterium impoſitionis Habitus Monaſtici, ab Archimandrita ſuper novos Monachos recitanda; ut in Rubrica præſcribitur. Init. pag. 257. ܟܡܐ ܕܐܘܦ ܠܟܠܢ ܕܡܛܠ ܐܠܗܐ ܠܡܫܝܚܐ ܕܡܫܝܢܐ ܡܬܟܬܫܝܢ.

33. ܛܟܣܐ ܕܓܙܐ ܣܥܪܐ ܕܕܝܪ̈ܝܬܐ *Ordo Tonſuræ Monialium*. Initium pag. 264. ܫܪܝܢ ܒܫܠܡܐ ܕܡܪܢ. ܫܘܒܚܐ ܠܟ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ.

34. ܦܘܫܩܐ ܕܡܛܠ ܬܫܡܫܬܐ ܕܒܘܪܟ ܡܝ̈ܐ *Expoſitio in Officium Benedictionis Aquæ* in nocte Epiphaniæ Domini, ex Epiſtolis *Jacobi Edeſſeni* ad Johannem Stylitam, & ad Adæum Presbyterum depromta; de quibus vide Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 486. Init. pag. 274. ܡܢ ܡܕܡ ܡܟܝܠ ܕܐܬܝܗܒ ܗܘ ܕܢܬܒܥܐ ܡܬܒܥܝܢܐ ܠܢܒܥܘ ܘܠܡܫܬܟܚܘ ܒܟܬܒ̈ܐ. ܡܬܡܛܠ ܗܠܝܢ ܐܢܫܐ ܗܟܢ. ܐܡܪ ܕܐܦ ܐܢܬܬܐ ܕܚܠܬ ܡܢ ܐܠܗܐ ܡܛܠ ܗܕܐ ܕܚܠܬ ܐܝܟ ܡܣܝܒܐ.

35. ܛܟܣܐ ܕܬܫܡܫܬܐ ܕܒܘܪܟ ܡܝ̈ܐ ܕܡܬܡܠܝܐ ܒܠܠܝܐ ܕܥܐܕܐ ܩܕܝܫܐ ܕܕܢܚܐ *Ordo Officii Benedictionis Aquæ*, quæ perficitur nocte ſanctæ Feſtivitatis Epiphaniæ, juxta novam, & adcuratam emendationem *Jacobi Edeſſeni*, & juxta Ritum Monaſterii *Mar-Barſumæ*; ut in Adnotatione titulo ſubjecta habetur. Vide Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 486. Init. pag. 275. ܡܢ ܩܕܡ ܕܡܬܚܝܠܝܢ ܒܫܠܡܐ ܘܒܥܐ. Prima vero Oratio incipit ibid. ܠܟ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܡܫܒܚܐ Confer cum præcedenti Cod. L. fol. 3. Hæc enim Benedictio eſt juxta Ritum Syrorum Jacobitarum, illa vero Syrorum Maronitarum.

36. ܛܟܣܐ ܕܒܘܪܟ ܙܝܬܐ ܕܒܬܪ ܨܦܪܐ ܕܥܐܕܐ ܕܐܘܫܥܢܐ *Ordo Benedictionis Olivarum*, quæ fit poſt Matutinum Dominicæ Oſannarum. Init. pag. 296. ܫܠܡܐ ܘܫܝܢܐ ܫܘܒܚܐ ܠܟ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܕܐܬܪ̈ܥܝܬܐ ܘܫ̈ܒܩܐ.

37. ܛܟܣܐ ܕܬܪܥܐ ܕܡܬܥܒܕ ܒܪܡܫܐ ܕܬܪܝܢ ܒܫܒܐ ܕܚܫܐ *Ordo Acceſſus ad Portum nocte Feriæ ſecundæ Paſſionis*, i. e. majoris hebdomadæ, in qua Officium Quadrageſimale terminatur. Vide infra Cod. LVI. fol. 124. Initium pag. 300.

ܒܪܝܟܘ

[illegible]

38. [illegible] *Ordo Ablutionis Pedum*, quæ Feria v. Myſteriorum, ſive in Cœna Domini peragitur. Vide infra Cod. LVI. fol. 124. Init. pag. 304. [illegible] Prima autem Oratio incipit pag. 305. [illegible]

39. [illegible] *Memoria Crucifixionis*, i. e. Adoratio Crucis, Feria VI. Majoris hebdomadæ, ad horam nonam. Vide infra Cod. LVI. fol. 155. Init. pag. 309. ad marg. [illegible]

40. [illegible] *Ordo Reconciliationis*, & indulgentiæ, quæ fit Sabbatho Annunciationis, hoc eſt, Sabbatho Sancto, ad horam nonam. Initium pag. 309. [illegible]

41. [illegible] *Ordo Salutationis*, quæ fit in magna Dominica Reſurrectionis poſt Matutinum. Init. pag. 309. [illegible] Ubi hæc præſcripta legas: Primo, ponuntur ſuper Altari Crux, & Biblia Sacra, & Candelabra, & Flabella, & Lipſana Sanctorum in capſis ſuis ſuper lectorili juxta Altare. Deinde recitatis precibus, & lectionibus ex Epiſtola ad Romanos, & facta ſupplicatione, ſalutant invicem in oſculo ſancto. Demum Cœmeterium viſitant, & Altaria, quæcumque ſunt juxta Eccleſiam in Cœnobio: quibus peractis, regreſſi in templum, Liturgiam perficiunt. Vide infra Cod. LVI. fol. 181.

42. [illegible] *Ordo genuflexionis* in Dominica Pentecoſtes, poſt Miſſam; tria complectens Officia, quorum primum ad Patrem, alterum ad Filium, tertium ad Spiritum Sanctum. In unoquoque vero poſt Lectiones ex Actibus, Apoſtolo, & Evangelio, genua flectuntur. Init. pag. 316. [illegible]

43. Ordo Receptionis Apoſtatarum, & Hæreticorum; cujus titulus integer eſt hujuſmodi: [illegible]

Item ſcribimus Ordinem Precum pro eo, qui Ethnicorum, aut Hagarenorum ſuperſtitionem amplectitur, inde vero ad Chriſtianam Religionem revertitur; uti & pro eo, qui a quacumque hæreſi ad Orthodoxam fidem convertitur, aut Deum abnegat operatione Satanæ, vel impietatem quamlibet admittit, ſive Magos ſectatur, ſive moribus gentilium utitur; vel manducat cum Judæis, aut cum Hæreticis, eorumque ritibus adhæret, & poſtea convertitur, & peccata ſua confitetur, promittens fore, ut ab omnibus illegitimis actibus in poſterum abſtineat. Init. pag. 342. [illegible]

44. Ordo Receptionis Peccatorum publicorum, hocce titulo diſtinctus: [illegible] *Item Ordo alter de eo, qui abnegat, aut in anathema incurrit, vel Canonem conculcat, ſive juramenta jurat, ſeu blaſphemare audet.* Init. pag. 351. [illegible]

45. [illegible] *Ordo Confeſſionis*, ſive abſolutionis peccatorum, qui ad Sacramentum Confeſſionis accedunt. Initium pag. 355. [illegible] Confer cum Ordine Confeſſionis, qui in ſuperiori Cod. XLVI. Dionyſii Barſalibæi, ceu authoris, nomen præfert, editusque eſt a nobis Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 172. Convenit uterque Ordo fere in omnibus; ſed hic paullo amplior eſt: & deſinit pag. 367. in hæc verba: [illegible] *Imponit Sacerdos dexteram ſuam capiti Pœnitentis, & inſufflat in faciem ejus tribus vicibus, dicens deprecatorie: Diſſipatum eſt peccatum N. ab anima & corpore tuo in nomine Patris, Amen † Veniam conſequutus & ſanctificatus es in nomine Filii, Amen † Dignus efficiaris participatione ſanctorum Sacramentorum in nomine Spiritus Sancti in vitam ſeculi ſeculorum, Amen.* Vide Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 174.

46. [illegible] *Abſolutiones* ab omni genere peccatorum, & Orationes pro variis adflictionibus, & ægritudinibus, in quas homines incidere ſolent. Videlicet:

I. Pro homine, qui a dæmone vexatur. Pag. 367. [illegible]

II. Pro iis, qui tentantur. Pag. 368. [illegible]

III. Pro Energumenis. Ibid. [illegible]

IV. Pro perjuro. Ibid. [illegible]

V. Pro eo, qui ſeipſum, aut alium anathematizat. Pag. 369. [illegible]

VI. Pro eo, qui verbum Domini, & anathema violat. Pag. 370. [illegible]

VII. De perjuriis & mendaciis, deque fraudibus, quæ ex mala voluntate admittuntur. Pag. 371. [illegible]

VIII. Pro eo, qui verbum anathematis, a Sacerdote prolatum, tranſgreditur. Ibid. [illegible]

IX. Pro eo, qui juramenta tranſgreditur. Pag. 372. [illegible]

X. Alia pro eo, qui ſeipſum, vel alium anathematizat. Pag. 373. [illegible]

XI. Item Orationes pro fornicatoribus, adulteris & homicidis; ac primum Oratio communis pro eo, qui quodcumque peccatum admiſit, & ab eo convertitur. Ibid. [illegible]

XII. Alia communis de quocumque peccato, ſive fornicatio ſit, ſive mendacium, ſive contumelia. Pag. 374. [illegible]

XIII. Al-

Digitized by Google

XIII. Alia communis pro iis, qui veniam poſtulant cujuſcumque prævaricationis. Pag. 375. [illegible]

XIV. Alia communis de omni peccato & tranſgreſſione. Pag. 376. [illegible]

XV. Alia peculiaris de eo, qui adulterium, aut fornicationem admiſit, & ad pœnitentiam rediit. Ibid. [illegible]

XVI. Alia de eo, qui cum maſculis concubuit, aut cum animalibus, & ad pœnitentiam revertitur, promittitque, ſe in poſterum ab hoc pravo opere abſtenturum, nec amplius in id peccatum incurſurum. Pag. 377. [illegible]

XVII. Alia de eo, qui ſimiliter cum animalibus & beſtiis commiſcetur, & pœnitentia ductus, pactum init, ſe non amplius admiſſurum turpem immunditiæ hujuſmodi iniquitatem. Pag. 378. [illegible]

XVIII. Alia de eo, qui adulterium & fornicationem committit cum ſua affini: ſeu de muliere, quæ ſimile peccatum perpetrat cum affinibus & conſanguineis ſuis. Pag. 379. [illegible]

XIX. Alia de eo, qui in quolibet Sacerdotii gradu conſtitutus, incidit in unum ex hujuſmodi peccatis. Pag. 380. [illegible]

XX. Alia precatio de Presbytero, Diacono, aut Monacho, aut quolibet in Ordinibus Eccleſiæ conſtituto, qui in peccato exiſtens, illud miniſterium exercet, ad quod vocatus eſt, ſeu Sacramentorum fit particeps: vel etiam de eo, qui quum ſecularis ſit, in peccati ſtatu ſancta Sacramenta participat. Pag. 38. [illegible]

XXI. Alia de polluto, & corrupto, quum cognita tupitudine, confeſſionem edit, & pœnitentiam promittit. Pag. 381. [illegible]

XXII. Alia de eo, qui in peccatum cum Ethnicis labitur, & ad pœnitentiam convertitur. Pag. 382. [illegible]

XXIII. Alia de muliere fornicatrice, & infanticida, quæ poſtea pœnitentiam agit. Pag. 383. [illegible]

XXIV. Alia de muliere, quæ vi abducitur. Pag. 384. [illegible]

XXV. Oratio de fure, qui promittit, ſe non amplius furaturum. Pag. 384. [illegible]

XXVI. Alia de furibus. Pag. 385. [illegible]

XXVII. Oratio pro eo, qui cædem patravit, & veniam petitam accipit,

pit, et canonem implet. Pag. 385. [illegible]

XXVIII. Oratio pro eo, qui audet blaſphemare Creatorem, & reſipiſcit. Pag. 386. [illegible]

XXIX. Item Orationes pro iis, qui ab omnium hæreſeon deceptione convertuntur. Ac primum pro eo, qui ab hæreticis baptizatus, ad Orthodoxam Fidem redit. Pag. 386. [illegible]

XXX. Alia pro eo, qui ab hæreſi Chalcedonenſium, & Julianiſtarum reſipiſcens convertitur. Pag. 387. [illegible]

XXXI. Alia pro eo, qui convertitur ab hæreſi Neſtorianorum. P. 388. [illegible]

XXXII. Alia communis pro omnibus, qui a quacumque hæreſi redeunt. Pag. 388. [illegible]

XXXIII. Oratio pro eo, qui comedit, ut bibit aliquid immundum, Pag. 389. [illegible]

XXXIV. Oratio communis pro unoquoque de re quacumque. Pag. 389. [illegible]

XXXV. Oratio altera communis pro quocumque hominis delicto. Pag. 390. [illegible]

XXXVI. Oratio altera ſpecialis, quam dicit Sacerdos pro ſeipſo propter quamcumque pravam cogitationem, quæ in ipſo excitetur: eamque cum dolore repetit etiam pro eo, qui ipſum rogat. Pag. 391. [illegible]

XXXVII. Oratio pro iratis, qui reconciliari poſtulant. Pag. 391. [illegible]

XXXVIII. Altera Oratio pro reconciliatione inimicorum. Pag. 392. [illegible]

XXXIX. Oratio pro eis, qui novum habitum induunt. Pag. 392. [illegible]

XL. Oratio in Sponſalibus. Pag. 392. [illegible]

XLI. De feminibus, Pag. 392. ad oram. [illegible]

XLII. Benedictio pro quocunque homine. Ibid. [illegible]

XLIII. Benedictio domus. Ibid. [illegible]

XIV. De pueris, quos parentes Sacerdoti offerunt. Pag. 393. [illegible]

XLV. Oratio pro iter agentibus. Pag. 393. [illegible]

XLVI. Oratio pro eo, qui in anguſtias redigitur, eſtque morti proximus.

mus. Pag. 393. ܘܨܠܘܬܐ ܥܠ ܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܫܪܝܪ ܗܝܡܢܘܬܗܘܢ . ܡܢܐ ܠܐܒܐ ܘܐܚܝܢܐ .

XLVII. De aqua, in qua quid ſoffocatur. Ibid. ad oram. ܥܠ ܡܝܐ ܕܡܬܚܢܩ ܒܗܘܢ ܡܕܡ . ܡܢܝ ܡܬܚܢܢܘܬܐ ܗܘ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ .

XLVIII. Oratio, in fine omnium Indulgentiarum. Pag. 394. ܨܠܘܬܐ ܕܐܡܪܝܢ ܒܫܘܠܡܐ ܕܟܠܗܘܢ ܫܘܒܩܢܐ . ܡܢܐ ܗܘ ܕܝܘܚܢܢ ܡܕܡܐ .

XLIX. Oratio pro vino, quod immundum fit. Pag. 394. ad oram. ܨܠܘܬܐ ܥܠ ܚܡܪܐ ܕܡܬܛܡܐ . ܐܡܪܐ ܕܝܥܩܘܒ ܐܚܘܗܝ ܕܡܪܢ ܘܫܠܝܚܐ .

L. De oleo, quod fit immundum. Ibid. ܥܠ ܡܫܚܐ ܕܡܬܛܡܐ . ܗܕܐ ܕܒܢܝܐ ܕܝܫܘܥ ܒܪ ܢܘܢ .

LI. Ordo Habitus Monaſtici, ſeu ſacri Schematis pellicei, juxta morem Monachorum Ægyptiorum. Pag. 395. ܬܟܣܐ ܕܥܠ ܐܣܟܝܡܐ ܕܡܫܟܐ . ܕܡܨܪܝܐ . ܡܢܐ ܠܐܒܐ ܐܢܛܘܢ ܥܠ .

LII. Benedictio ſupellectilium Altaris. Pag. 397. ܬܟܣܐ ܥܠ ܡܐܢܐ ܕܡܕܒܚܐ ܡܢܐ ܠܐܒܐ ܘܐܚܝܢܐ ܕܡܪܝ . ܠܗ ܕܚܘܪܐ ܩܕܝܫܐ :

LIII. Benedictio Olei ſanitatis. Pag. 397. ad oram: ܬܟܣܐ ܥܠ ܡܫܚܐ ܕܐܣܝܘܬܐ . ܡܢܐ ܠܐܒܐ ܗܘ ܕܝܗܒ ܚܝܠܐ ܘܚܘܠܡܢܐ .

LIV. Benedictio aquæ ſanitatis. Ibid. ܥܠ ܡܝܐ ܕܐܣܝܘܬܐ . ܠܐܒܐ ܗܘ ܕܒܠܚܘܕܘܗܝ ܕܢܒ ܚܘܠܡܢܗܘܢ .

Is Codex ſcriptus eſt Anno Chriſti 1172. ab Abulpharagio Monacho; ceu teſtatur Behenamus, qui eundem Codicem, ſuppletis variis foliis, quæ exciderant, iterum compegit, ad oram pag. 394. & 396. in hæc verba: ܫܠܡ ܡܬܟܬܒܢܘܬܐ ܕܐܠܨܝܐ ܒܐܝܕܝ ܒܗܢܡ ܡܚܝܠܐ . ܕܩܪܐ ܢܨܠܐ ܥܠܘܗܝ ܒܫܡ ܡܪܝܐ . ܐܬܚܕܬ ܘܐܬܕܒܩ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܕܟܢܘܫܝܐ ܕܐܝܬ ܒܗ ܟܠܗܘܢ ܬܟܣܐ ܡܬܕܒܪܢܐ ܕܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ . ܐܬܟܬܒ ܕܝܢ ܒܐܝܕܐ ܕܡܚܝܠܐ ܪܒܢ ܐܒܘܠܦܪܓ ܕܐܫܬܪܪ ܕܡܢ ܗܦܟܬܐ ܕܡܪܝ ܡܝܟܐܝܠ ܪܒܐ ܩܕܝܫܐ ܟܬܝܒ . ܒܫܢܬ ܐܦܦܓ ܕܝܘܢܝܐ ܠܚܫܚܬܐ ܕܒܝܬ ܟܬܒܐ ܕܩܠܝܬܐ ܕܦܛܪܝܪܟܘܬܐ ܘܕܐܚܘܗܝ ܒܨܝܪܐ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ . ܡܪܝܐ ܢܚܘܣ ܠܡܟܢܫܢܐ ܘܠܟܬܘܒܐ ܘܠܡܚܕܬܢܐ ܐܡܝܢ :

" Abſolutæ ſunt Orationes neceſſariæ, per manus vilis Behenami. Qui le-
" git, oret pro eo, in nomine Domini. Inſtauratus compactuſque eſt Liber
" iſte Collectaneorum, in quo ſunt omnes ſummatim ordinati Ordines San-
" ctæ Eccleſiæ. Exaratus autem fuit manu τῦ μακαρίτυ Rabban Abulphara-
" gii, qui ibidem adſirmavit, eundem Codicem fuiſſe a ſe deſcriptum ex
" autographo Sancti Mar-Michaelis Magni, anno Græcorum 1883. ad uſum
" Bibliothecæ Cellæ Patriarchalis, & fratris ſui minimi Epiſcoporum. Do-
" minus parcat compoſitori, ſcriptori, & inſtauratori. "

Verum pro anno Græcorum ܐܦܘܦܓ 1483. mendoſe obrepſit annus ܐܦܦܓ 1883. Idque demonſtratur, primo, ex ætate Michaelis Magni Patriarchæ, qui eo anno, non vero Græcorum 1883. vivebat. Secundo, ex Adnotationibus, huic Pontificali adjectis, pag. 80. ab Epiſcopo Syro-Jacobita Dionyſio, qui manu propria ſcribit, ſe ordinaviſſe Diaconos & Preſbyteros pro Eccleſiis inſulæ Cypri in civitatibus Leucoſia, & Famaguſta *Anno Græcorum* 1765. & 1768. hoc eſt, Chriſti 1455. & 1457. Ante igitur annum Græcorum 1883. hic Codex jam fuerat exaratus. Atque hinc corrigenda Epigraphe Latina, manu *Eliæ Simonii* initio Codicis præfixa, quæ eſt hujuſmodi: *Pontificale, ſeu Liber Ordinationum Syro-Jacobitarum, Syriaco ſermore atque charactere exaratum, anno Alexandri* 1883. *hoc eſt, Chriſti* 1572. *continetque præter Ordinationes, plures etiam Conſecrationes, atque Benedictiones juxta Jacobiticæ Eccleſiæ Ritum*. Porro hunc Codicem vidit, & apographum ex ipſo, ad uſum Bibliothecæ Collegii Propagandæ Fidei de Urbe, deſcripſit

pſit Athanaſius Epiſcopus Mardenſis, anno C. 1686. uti ex epigraphe Carſciunica liquet, quam idem Athanaſius initio Codicis noſtri præſcripſit, in hæc verba: ܐܢܐ ܐܠܚܩܝܪ ܐܠܡܛܪܐܢ ܐܬܢܐܣܝܘܣ ܨܦܪ ܡܛܪܐܢ ܡܪܕܝܢ ܘܢܨܝܒܝܢ ܢܣܟܬ ܗܕܐ ܐܠܟܬܐܒ ܒܬܡܐܡܗ ܘܘܕܥܬܗ ܦܝ ܟܙܐܢܗ ܟܬܒ ܐܠܡܓܡܥ ܐܠܡܩܕܣ ܦܝ ܪܘܡܝܗ ܦܝ ܣܢܗ ܐܠܝܘܢܐܢ ܐܠܦܐ ܘܬܣܥܡܐܝܗ ܘܬܡܐܢܝܗ *Ego humilis Athanaſius Saphar Epiſcopus Mardæ & Niſibis integrum hujus Codicis apographum deſcripſi, illudque repoſui in Bibliotheca Propagandæ Fidei Romæ, anno Græcorum 1998. qui reſpondet anno Chriſti 1686.*

L I I.

CODEX in fol. bombycinus, foliis conſtans 136. Syriacis recentioribus literis elegantiſſime exaratus, inter Codd. Syriacos, ex Oriente in Vaticanam Bibliothecam a nobis inlatos, olim Vigeſimus ſecundus; ubi continetur.

RITUALIS Syrorum Maronitarum Pars, cum Rubricis, ut plurimum Carſciunicis, ſeu Arabicis charactere Syriaco expreſſis; in qua hæc habentur.

1. ܛܟܣܐ ܕܡܥܠܬܐ ܕܝܠܕܬܐ ܠܥܕܬܐ *Ordo Ingreſſus Puerperæ in Eccleſiam*, hocce Carſciunico titulo prænotatus: ܢܟܬܒ ܐܝܨܐ ܕܟܘܠ ܐܠܡܪܐܗ ܐܠܝ ܐܠܟܢܝܣܗ ܒܥܕ ܡܟܡܠ ܐܪܒܥܝܢ ܝܘܡ ܐܢ ܟܐܢ ܐܠܘܠܕ ܨܒܝ. ܘܐܠܐ ܦܒܥܕ ܬܡܐܢܝܢ ܝܘܡ ܐܢ ܟܐܢܬ ܨܒܝܗ. *Scribimus etiam Ingreſſum mulieris in Eccleſiam poſt peractos quadraginta dies, ſi puer ſit: alioquin poſt octogeſimum diem, ſi puella*. Ad marginem frontis Gabriel hujuſce Codicis calligraphus, de quo mox infra, Syriace deſcribit verba Domini ad Moſen, de purificatione Puerperæ, Levit. Cap. 12. verſo autem folio, idem Gabriel adnotationem Carſciunicam adponit, in qua admonet mulierem partui proximam, *ut peccata ſua confiteatur, ac oleo Lampadis ungatur, & Miſſam pro ſe celebrari faciat ad Altare Deiparæ, eademque die Divina Sacramenta ſuſcipiat*. Porro Ordo ille incipit fol. 2. a tergo. ܐܠܗܐ ܡܫܒܚܐ ܘܡܠܟܐ ܚܣܝܢܐ ܕܝܠܕܬܐ. ܟܢܫܐ ܕܡܠܐ ܫܘܒܚܐ.

2. ܩܘܐܢܝܢ ܫܪܝܥܗ ܐܠܡܥܡܘܕܝܗ *Canones de Lege Baptiſmi*, Carſciunici, ex Conſtitutionibus Eccleſiaſticis, collectis a Davide Archiepiſcopo Maronita, anno Græcorum 1370. Chriſti 1059. deſumti; de quibus alibi. Hinc vero adparet, quænam fuerit Maronitarum per ea tempora circa ritum adminiſtrationis Sacramenti Baptiſmi, & circa ætatem baptizandorum, & gradus Spiritualis cognationis diſciplina. Initium fol. 5. a tergo. ܢܒܬܕܝ ܒܥܘܢ ܐܠܐܠܗ ܢܟܬܒ ܩܘܐܢܝܢ ܐܠܡܥܡܘܕܝܗ. ܘܐܘܠܐ ܐܠܐܒ.

Præfatis Canonibus Gabriel calligraphus adnectit Caput 2. Libri Gregorii Barebræi Abulpharagii, qui ܕܗܘܕܝܐ *Directionum*, ſeu Epitome Canonum nuncupatur; nec non Sectionem 3. Fundamenti IV. Operis ejuſdem Abulpharagii, quod ܡܢܪܬ ܩܘܕܫܐ *Candelabrum Sanctuarii* inſcribitur; ubi de Baptiſmo, ejuſque forma, deque Miſteriis in eo contentis, potiſſimum exponitur. Neque mirum, quod Amanuenſis Maronita in hunc Codicem teſtimonia authorum Jacobitarum referat, quum illos propter ſuam inſcitiam pro Orthodoxis habuerit; adeo ut Severum ipſum Acephalorum anteſignanum titulo Sancti, fol. 15. a tergo, inſignire non dubitet.

3. ܛܟܣܐ ܕܥܡܕܐ ܩܕܝܫܐ *Ordo ſancti Baptiſmi*, e Græca lingua in Syriacam a *Jacobo Edeſſeno* tranſlatus, & a *Gregorio Barebræo*, cognomento *Abulpharagio*, adprobatus; ut in titulo habetur. Hic autem Ordo ſingulari numero & genere maſculino pro uno puero baptizando deſervit: qui enim ſequuntur, pro puella,

pro

pro pueris & puellis pluribus, juxta Grammaticæ Syriacæ regulas, ad Sacerdotis commoditatem, per extenſum quidem ſunt deſcripti; ſed præter Cantus, Precationes nonnullas, Lectiones Apoſtoli, & Evangelii, a primo Ordine nihil plane differunt. Confer cum ſuperiori Cod. LI. fol. 199. Heic vero additur fol. 36. a tergo, *Coronatio baptizati*, & in unctione Chriſmali, enumeratis membris baptizati, deſcribitur modus ea ungendi. Init. fol. 16. [illegible]

4. [illegible] *Solutio Coronæ baptizati poſt ſeptimum diem*. Incipit fol. 37. a tergo. [illegible] Deſinit fol. 38. in hanc epigraphen. [illegible] *Explicit Ordo S. Baptiſmi generis maſculini, numeri ſingularis, pro uno puero ordinati, ope D. N. Jeſu Chriſti, cui gloria ſemper, Amen. Veniam conſequatur Gabriel peccator, qui pro viribus exaravit*.

5. [illegible] *Ordo Baptiſmi puellæ*. fol. 38. [illegible]

6. [illegible] *Solutio Coronæ, die ſeptimo*. Incipit fol. 60. [illegible] Deſinit fol. 61. in hæc verba: [illegible] *Explicit, ope Dei altiſſimi, Ordo Baptiſmi generis feminini, numeri ſingularis, pro una puella. Memento Domine famuli tui Gabrielis, ſtudioſi exſcriptoris*.

7. [illegible] *Ordo alter Baptiſmi pro Pueris pluribus, aut pluribus Puellis*. Quæ rubro colore deſcripta ſunt, pro Puellis dicuntur: quæ nigro, pro Pueris; ut monet Gabriel calligraphus ad marginem tituli; ubi & hæc adnotata legas: [illegible] *Cave, o Pater, ne baptizes puellam una cum puero; hæc enim eſt maxima iniquitas*. Init. fol. 61. [illegible]

8. [illegible] *Ordo Baptiſmi parvi pro Puero, ſeu Puella, morti proximis*. Initium fol. 84. [illegible] Confer cum ſuperiori Cod. LI. fol. 220. ubi hic Ordo tribuitur Severo: at in hoc Codice fol. 86. refertur ad Severum, Jacobum, & Baſilium, hiſce verbis: [illegible] *Explicit Baptiſmus parvus pro infante, in mortis periculo conſtituto; prout ordinaverunt Patres, Mar-Severus, & Mar-Jacobus & Baſilius: quorum precibus juvemur, Amen. Memento Domine Gabrielis ſtudioſi amanuenſis*. Porro in fine hujus Baptiſmi, fol. cit. Sacerdos jubetur communicare Infantem non utraque ſpecie, ſed Sanguine tantummodo: [illegible] *Et introducit eum ad Altare, & participem eum facit ſanctorum Sacramentorum, dicens: Sanguis Novi Teſtamenti, in vitam ſeculi ſeculorum, Amen*. Hoc ipſum indicatur in cit. Cod. LI. fol. 223. circa finem Ordinis breviſſimi Baptiſmi, iis verbis. *Tunc baptizat, & ſignat Chriſmate, & inſtillat Sanguinem in os ejus*.

9. *Ordo breviſſimus Baptiſmi* pro Puero in proximo mortis periculo conſtituto; ubi hæc ſummatim præſcribuntur: *Quod ſi puer morti proximus ſit: ſignat eum Sacerdos in fronte tribus Crucibus digito ſuo, ſine Oleo, dicens: Signatur N. in nomine Patris, &c. Si autem puer ſupervixerit, baptizet eum Sacerdos baptiſmo perfecto, & prætermittat has tres Cruces cum verbis conſequentibus. Si vero moritur, pro baptizato babendus.* Error nonnullorum, qui pueros hujuſmodi, ſola Crucis conſignatione ſignatos, pro baptizatis habebant; de quibus videndus Stephanus Edenenſis Patriarcha Antiochenus in Apologia pro Maronitis.

10. [illegible] *Ordo Deſponſationis legalis*, ſive Sponſalium, partim Syriace, partim Carſciunice. Init fol. 88. [illegible]

11. [illegible] *Ordo Anuli, & Coronationis Sponſorum*, ſecundum *recenſionem Jacobi Edeſſeni*. Syriace cum interpretatione Carſciunica. Init. fol. 90. [illegible]

12. [illegible] *Ordo de Coronis*, ſive Coronatio Sponſorum, Syriace & Carſciunice. Init. fol. 103. [illegible]

13. [illegible] *Ordo deſponſationis Viduorum*: Syriace tantum. Init. fol. 133. [illegible] Subnectitur fol. 136. Formula Syriaca Contractus Matrimonii, per Epiſcopum firmandi; necnon Oratio Carſciunica, quam Sacerdos Sponſos conjungens, recitare debet.

Is Codex ſcriptus eſt Anno Chriſti 1548. ad uſum Eccleſiæ S. Georgii, quæ in oppido Montis Libani Eden ſita eſt; ut ex duabus hiſce Adnotationibus Arabicis, ſed charactere Syriaco exaratis, liquet, quarum prior fol. 15. hæc habet: [illegible] „ Perfectus & abſolutus eſt, juxta deſiderium humilis Gabrielis, qui eum exaravit anno Chriſtiano Divino Dominico 1537. Eſt autem nuncupatus inclyto Sancto Mar Georgio, necnon Mar Abhæo, & Sanctæ Dominæ noſtræ, quæ una cum Abhæo in Eccleſia memorati S. Georgii de oppido a Deo cuſtodito Eden colitur. Nemini vero fas ſit per Deum & Sanctos ejus, ut ipſum inde abalienet, aut vendat, ſed ſub poteſtate ſit noſtræ ſtirpis, atque ad ejus uſum adſervetur in Eccleſia prædicti Sancti, una cum omnibus libris, qui ante hanc æram ſunt deſcripti. Miſereatur Deus omnium, qui noſtræ humilitatis meminerint, ſive in bonum, ſive in malum, Amen.

Altera vero Epigraphe fol. 87. eſt hujuſmodi: [illegible]

[illegible]

" Abſolutus eſt hic liber benedictus per humilem pauperem peccatorem ſordi-
„ dum Gabrielem hominum viliſſimum , filium Diaconi Stephani b. m. filii
„ Staitæ, de oppido a Deo cuſtodito Eden, anno Græc: 1848. in valle Cu-
„ zajæ. Dominus, qui quietem largitur laborantibus, novit quantum in ipſo
„ deſcribendo laboraverim. Pertinet quidem ad Eccleſiam S. Georgii patro-
„ ni humilitatis meæ; verum eſto in poteſtate ſtirpis noſtræ tam ipſe, quam
„ ceteri omnes libri, quos manus mea pro antedicta Eccleſia deſcripſit. Ne-
„ mini itaque fas ſit per Deum, quemquam ex iis libris vendendi : novi
„ enim, quantum laborem pertulerim in exemplaribus divina ope emendan-
„ dis. Item nemini facultas eſto, extrahendi eos ex Eccleſia ejuſdem San-
„ cti, niſi ob urgentem neceſſitatem. Præterea monemus, ut in arca obſe-
„ rata illos reponant in Eccleſia; hoc enim præſtabilius eſt, ut ſic nimirum
„ ſint ad uſum paratiores, ac præſertim ad Baptiſmum, & ad Sponſorum
„ Benedictioem, in Eccleſia hujus Sancti celebrandam; ibi enim hæc peragi
„ debent, quandoquidem in Divinis Libris ſcriptum invenimus, unicuique
„ eo in loco orandum, ubi defuncti ipſius ſunt ſepulti; ut ſcilicet, & pro
„ iiſdem defunctis ſuis miſericordiam imploret, & veræ ſuæ habitationis me-
„ minerit, *&c.* Ego vero humilis calligraphus poteſtatem facio, in caſu ne-
„ ceſſitatis, quum ſcilicet, iis opus ſit ad Officium aliquod perficiendum,
„ ut adhibeantur in Eccleſia Deiparæ in regione inferiori, abſque ullo impe-
„ dimento, in mei memoriam. Et laus Deo ſoli. „

Porro in eadem Eccleſia S. Georgii hic ipſe Codex anno Chriſti 1683. adſervabatur; uti colligitur ex epigraphe, manu Stephani Edenenſis Patriarchæ Maronitarum, fol. 135. ad oram adpoſita; ubi hæc legas: [illegible] *Hic Liber eſt Sancti Georgii in Eden. Anno Chriſti* 1683.

L I I I.

COdex antiq. membraneus, in 8. foliorum 128. Syriacis literis exaratus, inter Codd. Syriacos, ex Oriente in Vaticanam Bibliothecam a nobis inlatos, olim Trigeſimus nonus; ubi continetur.

EUCHOLOGIUM Græcorum, ad uſum Melchitarum Patriarchatus Antiocheni, Syriace converſum: in quo hæc habentur.

1. [illegible] *Adoratio in Dominica Pentecoſtes*, prioribus octo foliis mutila; quæ tamen ſuppleri poſſunt ex ſuperiori Cod. XLI. a fol. 296. ad fol. 281. lin. 6. Incipit fol. 1. ab iis verbis: [illegible]

2. [illegible] *Oratio ſuper Puerum, octavo ab ejus nativitate die.*

die. Initium fol. 5. a tergo. [illegible]

3. [illegible] *Oratio ſuper Puerum, die quadrageſimo*, ſive Ordo ingreſſus puerperæ in Templum. Init. fol. 6. a tergo. [illegible]. Confer cum cit. Cod. XLI. fol. 241. a tergo.

4. [illegible] *Ordo Baptiſmi, authore S. Baſilio Magno Epiſcopo*. Init. fol. 9. a tergo. [illegible]. Confer cum cit. Cod. fol. 245. a tergo, a quo in omnibus fere precationibus, exorciſmis, & aliis haud parum hic Ordo diſcrepat.

5. [illegible] *Solutio Coronæ*, ſive Orationes ſuper baptizatum die octavo. Init. fol. 26. a tergo. [illegible] Alia eſt ab ea, quæ in cit. Cod. fol. 268. a tergo habetur.

6. [illegible] *Orationes* ad tondendum capillos pueri, Initium fol. 26. a tergo. [illegible]

7. [illegible] *Orationes Benedictionis Aquæ*, ad Veſperas, & ad Matutinum Feſti Epiphaniæ. Initium. fol. 28. a tergo. [illegible].

8. [illegible] *Benedictio Aquæ Ablutionis*, Feria quinta majori. Init. fol. 43. [illegible]

9. [illegible] *Ordo Habitus Monaſtici*. Ac primum [illegible] *Benedictio Mandyæ*, ſeu Stolæ Novitiorum. Initium fol. 45. [illegible]

10. [illegible] *Ordo Habitus medii*, ſeu Cuculli Microſchemorum. Confer cum cit. Cod. XLI. fol. 294. Utrobique autem indumenta Monachi, poſtquam tonſus eſt, hæc recenſentur, 1. [illegible] *Colobium*. 2. [illegible] *Cucullus*. 3. [illegible] *Zona*. 4. [illegible] *Pallium*. 5. [illegible] *Sandalia*. Initium, fol. 48. [illegible]

11. [illegible] *Ordo Habitus magni*, ſeu Megaloſchemorum; in cujus fine, fol. 78. a tergo, hæc recentiori manu adnotata legas: [illegible] *Vide, frater, & ora pro Johanne*. Initium fol. 72. a tergo. [illegible].

12. [illegible] *Orationes* perfectionis habitus Monaſtici in die octava. Init. fol. 78. a tergo. [illegible]

13. [illegible] *Pſalmi*, Antiphonæ, & Lectiones ex Apoſtolo, & Evangeliis, necnon Prooemia & Orationes in diebus Ferialibus, & in Communi Sanctorum, ad Liturgiam, & Incenſum. Init. fol. 80. [illegible]

Is Codex eadem, qua ſuperior Codex XXI. manu, videtur exaratus; atque adeo ad Annum Chriſti 1041. quo eundem Codicem ad uſum Patriarchalis Antiochenæ Græcorum Melchitarum Eccleſiæ deſcriptum fuiſſe oſtendimus, haud temere referendus.

L I V.

CODEX in 8. bombycinus, foliis coſtans 77. partim Arabice, partim Syriace exaratus, inter Codd. Orientales a Petro Aloyſio Card. Carafa Vaticanæ Bibliothecæ addictos, olim LXIII. ubi continetur.

EUCHOLOGII Græcorum Melchitarum Pars, in qua hæc habentur.

1. *Coronatio Sponſorum*, Arabice, titulo & principio manca. Incipit poſt Proclama-

clamationem Diaconi, fol. 1. ab iis verbis , وتقول هذا الانشين , بامولود وحيد من الاب الواحد *

2. صلاة المعموديه المقدسه ترتيب القديس باسيليوس العظيم *Ordo ſancti Baptiſmi, compoſitus a S. Baſilio Magno*, & ex lingua Romæa, i. e. Græca, in Arabicam tranſlatus, ut in titulo ſubjungitur. Init. fol. 19. يبدا الكاهن ܡܫܒܚܝܢ ܗܘ ܠܐܠܗܐ ܘܐܠܗܐ. Reſpondet Ordini Baptiſmi, qui Syriace habetur in ſuperiori Codice XLI. a fol. 246.

3. صلاة حل المعاميد بعد تمادية ايام *Solutio Baptizatorum, poſt octo dies*, Arabice. Init. fol. 31. a tergo. ايها الرب الاله الذي Vide cit. Cod. fol. 266.

4. ܛܟܣܐ ܕܩܘܒܪܐ ܕܥܢܝ̈ܕܐ *Exequiæ defunctorum*. Syriace, cum nonnullis Rubricis Arabicis. Init. fol. 33. اول دلل اذا اراد يحضوة ܡܫܒܚܐ . ܕܬܐ . ܫܠܡ ܕܡܫܝܚܐ ܡܫܝܚܐ ܕܠܐ ܡܝܬܘܬܐ ܘܐܚܝܢ ܛܟܣܐ ܗܘܐ . ܛܟܣܐ ܡܫܝܚܐ . Confer cum cit. Cod. XLI. fol. 347.

5. *Lectiones* ex Epiſtolis Pauli & ex Evangeliis, pro Tonis VIII. totidemque Dominicis, Syriace. Deſunt in hoc Codice tres priores Lectiones, quæ ex cit. Cod. XVI. ſuppleri poſſunt. Incipiunt a Dominica IV. fol. 46. الاحد الرابع ܩܕܡܝܐ ܕ . ܡܢ ܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ ܕܩܘܪܢܬܝܐ ܩܕܡܝܬܐ .

6. *Evangelia* XI. Dominicæ Reſurrectionis, ad Matutinum, Syriace. Init. fol. 53. a tergo. ܐ . ܣܘܓܝܐ ܡܢ ܡܬܝ . ܒܪܗ . ܠܚܕܫܒܐ ܕܝܢ ܡܘܕܥܢ ܠܐܚܘܗܝ ܠܓܠܝܠܐ

7. صلاة حد العنصر *Adoratio in Dominica Pentecoſtes*, Syriace. Init. fol. 63. a tergo. ܣܓܕܬܐ ܕܦܢܛܩܘܣܛܝ . ܒܪܡܫܐ ܕܚܕ ܒܫܒܐ ܕܥܐܠ ܠܚܡܫܝܢ ܐܠܗܘܐ ܕܦܐܣܛܐ . Confer cum cit. Cod. fol. 269.

8. ܛܟܣܐ ܕܩܘܕܫ ܡ̈ܝܐ ܒܪܡܫܐ ܕܒܬܪ *Ordo Benedictionis Aquæ ad Veſperas, poſt Liturgiam S. Baſilii*, Syriace. Init. fol. 73. a tergo: ܠܟ ܗܘ ܗܠܐ ܕܫܡܝܐ ܡܫܒܚܝܢ ܒܝܗ ܡܩܕܫܢܐ Deeſt finis hujus Benedictionis, & tota Benedictio Aquæ ad Matutinum Epiphaniæ: quæ tamen omnia ex laudatis Codd. XLI. & LIII. ſuppleri poſſunt.

Is Codex ad duodecimum Chriſti ſeculum videtur referendus,

L V.

Codex in 4. chartaceus, foliis conſtans 184. Syriacis literis recentioribus elegantiſſime exaratus, inter Codd. Orientales, Vaticanæ Bibliothecæ a Sacra Congregatione de Propaganda Fide addictos, olim num. IX. X. & XI. ſignatus; quo continetur.

PONTIFICALE & Rituale Syrorum Maronitarum, & Jacobitarum, hunc in ordinem digeſtum.

1. *Ordo S. Baptiſmi*, quem, ut in titulo dicitur, D. N. Jeſus Chriſtus tradidit Diſcipulis ſuis, & Clemens S. Petri Principis Apoſtolorum diſcipulus, ordinavit; e lingua Græca in Syriacam a *Jacobo Epiſcopo Edeſſeno* translatus, & a *Gregorio Bar-Ebræo Orientis Maphriano* adprobatus. Initium fol. 2. a tergo. ܛܟܣܐ ܕܥܡܕܐ ܩܕܝܫܐ . ܗܢܘ ܕܝܠܗ ܕܡܫܝܚܐ . ܐܝܟ ܕܫܠܡ ܠܬܠܡܝܕܘ̈ܗܝ Reſpondet Codici LII. a fol. 16. ad 37. Sed hujus Codicis deſcriptor nonnulla mutanda, atque adnotanda cenſuit: videlicet. 1. Cod. LII. fol. 26. in Rubrica legitur: ܘܡܫܡܠܐ ܟܗܢܐ ܡ̈ܝܐ ܒܟܘܪܐ ܫܚܝ̈ܢܐ ܒܣܬܘܐ ܘܩܪ̈ܝܪܐ ܒܩܝܛܐ . ܘܡܙܓ ܐܢܘܢ ܒܚܕ̈ܕܐ ܘܥܒܕ ܐܝܟ ܗܢܐ . ܠܐ ܕܝܢ ܢܫܬܡܫ ܒܡܝ̈ܐ ܐܚܪ̈ܢܐ . ܐܠܐ ܒܗܢܘܢ ܡܢ ܕܚܠܬ ܚܝܘܬܐ ܕܡܝ̈ܐ ܚܝ̈ܐ ܡܫܡܠܝܢ ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ .
Et Sacerdos infundit aquam in concham, calidam quidem hieme, frigidam autem eſta-

æſtate . Verum ſive aqua frigida ſit , ſive calida , nihil intereſt , præter commodum pueri , ne quid ſcilicet , detrimenti patiatur . Non enim hæc eſt typus Sanguinis & Aquæ , quæ de latere Domini Noſtri fluxerunt ; quemadmodum effutiunt Armeni . Quæ poſtrema verba , in hoc Codice fol. 9. a tergo , Atalla ejuſdem calligraphus , de quo infra , modeſtius quidem , ſic expreſſit : [illegible] . *Quemadmodum nonnullæ Chriſtianorum nationes opinantur* . II. In Cod. LII. fol. 34. Forma Baptiſmi hæc eſt : [illegible] *Baptizatur N. in ſanctitatem , & ſalutem , & in converſationem inreprebenſibilem , & in benedictam reſurrectionem a mortuis , in nomine Patris ✝ Amen , & Filii ✝ Amen , & ✝ Spiritus vivi & Sancti , in vitam ſeculi ſeculorum , Amen* . Eadem in hoc Cod. fol. 15. Arabice ſic exponitur [illegible] *Ego te baptizo N. in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti , Amen* , &c. Et additur in margine : [illegible] *Cave tibi , o Sacerdos , qui baptizas , ne hanc formam immutes* . III. In Cod. LII. fol. 37. poſtquam baptizatus, unctus & coronatus eſt infans , dicitur : [illegible] . *Deinde participem eum facit Divinorum Sacramentorum* : i. e. porrigit ei Euchariſtiam . At in hoc Cod. fol. 17. a tergo , id interdicitur , hiſce verbis , [illegible] *Cave tibi , ne in os baptizati immittas quidquam ex pura & munda Euchariſtia . Quod ſi tranſgreſſus fueris , & ſacram Euchariſtiam contemſeris , reddes Deo rationem in die Judicii : ego autem mundus ſum a peccato tuo , o Sacerdos , qui baptizas* . Nimirum Atalla calligraphus recentiorem ſuæ gentis Maroniticæ Ritum ſequitur , Communionem infantibus poſt baptiſmum denegantis . IV. Denique initio hujus Codicis præfigitur Rubrica de præparatione ad Baptiſmum , ex Jacobo Edeſſeno , incipiens hiſce verbis : [illegible] *In nomine Domini omnipotentis , & omnia gubernantis . Ait illuſtris & purus Sanctus Mar Jacobus Edeſſenus : cujus Oratio nos cuſtodiat , Amen . Primum diſponuntur baptizandi coram Sacerdote* , &c. Hæc eadem Rubrica habetur in cit. Cod. LII. fol. 15. a tergo . Sed loco Jacobi Edeſſeni , nominatur *Severus* . Uterque autem fuit Monophyſiticæ ſectæ propugnator acerrimus ; verum a quibuſdam Maronitis amanuenſibus ex errore , & bona fide , tamquam Orthodoxus & Sanctus reputatur .

2. *Ordo Baptiſmi in caſu neceſſitatis* , ſeu in periculo mortis . Init. fol. 18. a tergo . [illegible] . Confer cum Cod. LII. fol. 84.

3. *Homologia* , ſeu Profeſſio Fidei , quæ exigitur ab Ordinandis , compoſita a Mar *Jacobo Metropolita Majapharchini* , ſeu Martyropolis in Meſopotamia , ut in titulo dicitur , fol. 21. Arabice . [illegible] Confer cum Cod. LI. fol. 6.

4. *Ordinatio Diaconorum* , fol. 26. a tergo . [illegible] Confer cum eodem Cod. LI. fol. 119. a tergo .

5. *Ordinatio Presbyterorum* , fol. 37. a tergo . [illegible]

[illegible] Confer cum cit. Cod. fol. 127.

6. *Benedictio Olei Olivæ*, quo baptizandi unguntur ante Chriſma in Baptiſmo, & quo infirmi unguntur ad ſanitatem; juxta verbum Jacobi fratris Domini, fol. 50. [illegible] Vide Cod. LI. fol. 36.

7. *Ordo Reconciliationis Altaris & Eccleſiæ*, quæ polluuntur ab Hæreticis, aut Ethnicis: aut quocumque modo in iis aliquid inlegitime peractum fuerit, fol. 51. a tergo. [illegible] Vide Cod. LI. fol. 63.

8. *Abſolutiones* ab omni genere peccatorum, & Orationes variæ. Videlicet. 1. Pro homine, qui a dæmone vexatur. 2. Pro eo, qui verbum Anathematis a Sacerdote prolatum tranſgreditur. 3. Oratio communis pro eo, qui peccatum quodcumque admiſit, & ab eo convertitur. 4. Oratio de Utenſilibus Altaris. 5. Oratio de Oleo ſanitatis. 6. Oratio de Aqua ſanitatis. 7. Oratio de Vino, quod polluitur. 8. De Oleo quod polluitur. 9. De Aqua, in qua quid ſuffocatur. 10. Oratio de Iratis, qui reconciliari poſtulant. 11. Oratio de Sponſalibus. 12. De Pueris, quos parentes Sacerdoti offerunt. 13. Confeſſio Pœnitentis coram Sacerdote. Init. f. 54. [illegible] Vide Cod. LI. a fol. 367. ad fol. 393.

9. *Ordo Tonſuræ Monachorum*, juxta traditioem Sacri Montis Edeſſæ. f. 59. a t. [illegible] Vide Cod. LI. f. 224. Lectiones in hoc Cod. pauciores ſunt, quam in Cod. LI. Inter Hæreticos hi rejiciuntur, fol. 71. a t. Valentinus, Marcion, Manes, Bardeſanes, Arius, Eunomius, Macedonius, Apollinaris, Eutyches, Synuſiaſtæ, Julianus Halicarnaſſi, Paulus Samoſatenus, Diodorus, Theodorus, Neſtorius, Teodoritus, Hibas, Hibas iterum, Synodus Chalcedonenſis, Tomus Leonis, Leo ipſe, & quotquot in Chriſto duas naturas, vel Chriſtum in duabus naturis confitentur. Inter Patres vero hi admittuntur fol. 72. Ignatius, Dionyſius, Julius, Athanaſius, Baſilius, Gregorius, Johannes, Cyrillus, Severus, Dioſcorus, Philoxenus, Timotheus, Anthimus, Theodoſius, Petrus, Petrus alter, Julianus Patriarcha, & Jacobus Epiſcopus, & Patriarcha N. qui nunc præeſt.

10. *Tonſura Monialium*, fol. 78. a tergo. [illegible] Confer cum Cod. LI. fol. 264. a quo nonnihil hic Ordo differt in Lectionibus Scripturæ, in Precationibus, & in Cantibus.

11. *Exequiæ Defunctorum*, juxta Ritum Syrorum Maronitarum. Ac primum, pro *Viro defuncto*, fol. 85. [illegible] Precationes & Lectiones Arabice: Cantus & Hymni Syriace. Sunt autem tria Officia. Primum incipit, ut ſupra. Alterum fol. 91. [illegible] Tertium incipit fol. 95. [illegible] Lectiones a fol. 98. ex Epiſtola Petri, ex Apoſtolo ad Corinthios, & ex Evangelio Johannis: omnes Arabice. *Abſolutio* Arabica, poſtquam Cadaver ſepulturæ eſt mandatum. *Ordo* pro ſecunda die, ad ſepulcrum, f. 105. [illegible] Apoſtolus ad Theſſalonicenſes, fol. 106. Et Evangelium ex Matthæo,

thæo, fol. 106. a tergo, Arabice. Item *Ordo* pro tertia die, ad ſepulcrum. Initium, fol. 107. [illegible] Apoſtolus ad Ebræos, fol. 108. a tergo. Evangelium Lucæ, fol. 109. Arabice.

12. *Exequiæ Mulierum* defunctarum, fol. 110. a tergo. [illegible] Hoc primum Officium eſt. Alterum, fol. 115. [illegible] Tertium Officium, fol. 118. a tergo. [illegible] Lectiones Arabicæ tres: Prima de Actibus Apoſtolorum, fol. 121. Secunda de Epiſtola ad Corinthios prima, fol. 121. a t. Tertia ex Evangelio Marci, fol. 122. *Ordo* pro ſecunda die ad ſepulcrum, fol. 124. a tergo. [illegible] Apoſtolus ad Romanos, fol. 125. a tergo. Evangelium Lucæ, fol. 126. *Ordo* pro tertia die ad ſepulcrum, fol. 127. a tergo. [illegible] Apoſtolus ad Ebræos, fol. 128. a tergo. Evangelium Marci, fol. 129.

13. *Exequiæ Puerorum defunctorum*, fol. 130. a t. [illegible] Officium ſecundum, fol. 134. a tergo. [illegible] Officium tertium, fol. 137. a tergo. [illegible] Lectiones Arabicæ tres. Prima de Actibus Apoſtolorum. Altera de Epiſtola ad Corinthios: Tertia Evangelium Lucæ, fol. 140. *Ordo* pro ſecunda die ad ſepulcrum, fol. 144. [illegible] Apoſtolus ad Theſſalonicenſes, & Evangelium Marci, fol. 145. *Ordo* pro tertia die ad ſepulcrum, fol. 146. [illegible] Apoſtolus ad Corinthios, & Evangelium Marci, fol. 147.

14. *Exequiæ defunctarum Puellarum, & Virginum*, fol. 148. a tergo. [illegible] Officium ſecundum, f. 153. [illegible] Officium tertium, fol. 156. [illegible] Lectiones Arabicæ, f. 159. Prima de Actibus, ut in Exequiis Mulierum: Altera de Epiſtola ad Corinthios: Tertia Evangelium Matthæi. *Ordo* pro ſecunda & tertia die, ut in Exequiis Mulierum.

15. *Ordo Benedictionis Matrimonii, unius ex ſeptem Sacramentis Eccleſiæ*, juxta Ritum Syrorum Maronitarum, fol. 163. [illegible] Precationes & Lectiones, Arabice: Cantus, & Hymni, Syriace. Confer cum Cod. LII. fol. 90.

16. *Coronatio Sponſorum*, fol. 170. [illegible] Confer cum Cod. LI. fol. 103. Lectiones Arabicæ ex Epiſtola ad Epheſios, & ex Evangelio Matthæi.

Is Codex ſcriptus eſt circa A. C. 1715. a Presbytero Atalla Zendo Maronita Alepenſi, cujus, utpote noſtri, dum viveret, amiciſſimi: ſcitam atque elegantem manum probe agnoſcimus,

Codex

L V I.

COdex in 4. bombycinus, foliorum 247. recentioribus Syriacis literis exaratus, inter Codd. Orientales, a Sac. Congregatione de Propaganda Fide Vaticanæ Bibliothecæ addictos, olim Secundus; ubi continetur.

RITUALE Syrorum Jacobitarum, in quo hæc habentur.

1. *Ordo Lampadis*, pro Pœnitentibus tam ſanis, quam infirmis, in Officia quinque diſtributus, quorum unoquoque expleto, ellychnium unum accenditur; in fine vero quinti Officii Sacerdos manum capiti Pœnitentis imponens, Orationem Abſolutionis recitat. Omnia Syriace: ſed Lectiones Epiſtolæ & Evangelii, & Precatio in fine uniuſcujuſque Officii, Arabico ſermone. Vide infra Cod. LVIII. fol. 28. Officium primum, incipit fol. 1. hocce præfixo titulo [illegible] *Sanctæ & conſubstantialis Trinitatis, Patris & Filii, & Spiritus Sancti, unius Dei, ſpe, quæ non confundit, freti, ſcribimus Librum Lampadis pro eo, qui ad Pœnitentiam accedit, ſive infirmus ſit, ſive ſanus, quemadmodum dicitur in Libro Jacobi Apoſtoli, cognomento Fratris Domini: Infirmus vocet Presbyteros Eccleſiæ, & orent pro eo, unganteque eum Oleo, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti: & ſanabit eum Dominus; quodſi in peccatis fuerit, remittentur ei. Primum congregantur Presbyteri Eccleſiæ, & lancem teſtaceam deferunt, in qua maſſam ex farina ſubacta ponunt, & in eadem maſſa quatuor Ellychnia in modum Crucis, ad Orientem, Occidentem, Septentrionem, & Meridiem, & in medio Ellychnium unum: univerſim quinque, juxta numerum quinque Virginum prudentum: & unoquoque Officio expleto, accendunt Ellychnium. Incipit Officium primum. Sacerdos dicit hanc Orationem. Gloria Patri. Deus magne & admirabilis, qui nobis gratiæ tuæ & multæ miſericordiæ promiſſionem dediſti*. Fol. 8. Apoſtolus ad Romanos, & Evangelium Lucæ.

Officium ſecundum, fol. 11. a tergo. [illegible] *Ad Initio Officii dicant: Sanctus Deus, & Pater noſter, qui es in cœlis: & incipiunt Orationem ſecundam ſuper Oleum. Facit tres Cruces, & accendit Ellychnium medium, & dicat. Domine Deus, qui per multitudinem miſerationum tuarum ſanas humilitatem animarum & corporum noſtrorum.* Fol. 15. Ex Actibus Apoſtolorum, & ex Evangelio Lucæ.

Officium tertium, fol. 20. [illegible]

Primum , Sanctus Deus , & Pater noſter . Sacerdos accendat Ellychnium occidentale: deinde incipiat Orationem principii . Gloria Patri . Domine Deus virtutum , & fortis ſeculorum , & ſanctiſſime : Benedic , & ſanctifica hoc Oleum . Fol. 23. Epiſtola Pauli , & Evangelium Matthæi .

Officium quartum , fol. 25. a t. [illegible] *Primum , Sanctus Deus , ter , & , Pater noſter, & ſignat tres Cruces ſuper Lampadam , & accendit Ellychnium ſeptentrionale , & dicit Orationem principii , Domine Deus fortis , condonator iniquitatum humanarum* , &c. Fol. 28. Epiſtola Pauli , & Evangelium Matthæi ,

Officium quintum , fol. 31. a tergo [illegible] *Primum Sanctus Deus , ter , & Pater noſter . Heic ſignet tres Cruces ſuper Oleum ; tum accendat Ellychnium meridionale . Oratio principii . In nomine tuo , Deus Pater , & in nomine unigeniti Filii tui* , &c. Fol. 37. Epiſtola Pauli , & Evangelium Matthæi .

2. *Ordo Sponſaliorum* . Arabice , literis Syriacis , fol. 52. [illegible]

3. *Benedictio Viduarum* , fol. 56. Syriace . [illegible] Officium alterum , f. 63. [illegible]

4. *Ordo Benedictionis Aquæ* in feſto Epiphaniæ , juxta emendationem *Jacobi Edeſſeni* , f. 69. a t. [illegible] h. e. *Poſtquam in Oratione nocturna expleverint duo Officia , mittunt binos Diaconos* , &c. Confer cum Cod. LI. fol. 275. Lectiones e Scriptura utrobique ſunt eædem ; ſed in Cod. LI. Syriacæ : in hoc vero ſunt Arabicæ , & poſt unamquamque Lectionem expoſitio myſtica ejuſdem . Sic fol. 76. a tergo . Prima Lectio e Geneſi : [illegible] *Movit autem Jacob pedes ſuos , & perrexit ad terram orientalem* , &c. fol. 78. [illegible] *Deſignat nobis Scriptura virtutem Dei , quæ juſtis fert opem* , &c. Omittuntur Lectiones ex Libro Judicum , & ex Iſaia Propheta : Lectiones vero de Actibus , de Epiſtola Pauli , & de Evangelio Syriace tantum exhibentur .

5. *Benedictio Olivarum* in ſancta Dominica Hoſannarum , f. 102. [illegible] Confer cum Cod. LI. fol. 296. In hoc etiam Cod. poſt Lectiones de Geneſi , de Actibus , de Epiſtola ad Romanos , & de Evangelio Lucæ , adduntur expoſitiones Arabicæ . Item in fine Proceſſionis , fol. 123. a tergo . Triſagius hymnus canitur tribus vicibus cum Adpendice illa , [illegible] *Qui Crucifixus es pro nobis , miſerere nobis* .

6. *Officium Acceſſus ad Portum* , quod peragitur nocte feriæ ſecundæ Paſſionis , ad tertium Officium , f. 124. a t. [illegible] Confer cum Cod. LI. fol. 304. Ubi quæ

quæ recitanda ſunt, ſummatim indicantur: heic vero omnia per extenſum habentur. Lectiones Syriacæ cum interpretatione Arabica, fol. 135. Epiſtola ad Ebræos, & fol. 136. Evangelium Matthæi de decem Virginibus.

7. *Ordo Ablutionis*, quæ Feria quinta Myſteriorum peragitur, fol. 139. a tergo. [illegible] Lectiones Syriacæ cum Arabica verſione, fol. 145. de Actibus, fol. 147. de Epiſtola ad Corinthios, fol. 150. Evangelium Johannis.

8. *Ordo Proceſſionis Crucis*, quæ fit poſt Nonam in Paraſceve, fol. 155. [illegible] Confer cum Cod. LI. fol. 309. Lectiones fol. 167. de Pentateucho Arabice cum paraphraſi, fol. 174. de Epiſtola Petri, fol. 175. de Epiſtola ad Galatas Syriace, cum verſione Arabica, fol. 177. Evangelium Matthæi, Syriace tantum. Fol. 178. hæc legas: [illegible] *Circumducunt Crucem, & extinguunt omnes candelas: relinquunt autem duos cereos, unum a dextris, alterum a ſiniſtris, accendunt vero cereum dexterum, in figuram Latronis dexteri*. Circa finem vero, fol. 180. deſcriptum reperias, Hymnum Triſagium cum Adpendice, ut ſupra, fol. 123. a tergo.

9. *Ordo Salutationis* in ſancta Dominica Reſurrectionis: poſt Matutinum, f. 181. a t. [illegible] Confer cum Cod. LI. f. 309. Lectiones Syriacæ cum Arabica verſione, fol. 188. Apoſtolus ad Romanos, fol. 191. Evangelium Johannis. fol. 195. Salutant Crucem, fol. 196. Deiparam. Ibid. Sanctos, fol. 197. Defunctos, fol. 198. Dicunt Triſagium cum Adpendice.

10. *Ordo Genuflexionis*, in Dominica Pentecoſtes, fol. 198. a t. [illegible] Confer cum Cod. LI. fol. 316. Lectiones ex Actibus, ex Apoſtolo, & ex Evangelio, Syriace, & Arabice.

11. *S. Iſaac Epiſcopi Syri*, *Sermo de Pœnitentia*. Arabice, f. 240. a t. [illegible] i.e. *Quatuor ex cauſſis procedit omne peccatum: nimirum ex nimio potu, ex corporis ſanitate, ex divitiarum adfluentia, & ex mulieribus*. Eſt imperfectus.

Is Codex pertinuit olim ad Presbyterum *Abrahamum filium Manſoris* Hieroſolymitani peregrini. Hæc enim ab anonymo ejuſdem Codicis calligrapho, ad calcem Ordinis Lampadis f. 52. adnotata reperias: [illegible]
" Explicit Lampas perfecte ſine defectu. Mementote peccatoris, qui librum
" hunc deſcripſit, excuſatumque eum habetote; quoniam non eſt magiſter,
" ſed diſcipulus. Qui bene precatus fuerit, duplum a Domino recipiet, cui
" laus ſemper, Amen. Eſt autem proprius Sacerdotis Aaronici, opere &
" doctrina præclari, Presbyteri Abrahami, filii Manſoris, Mocdaſi (*quo nomine eos omnes, qui peregrinationem ad loca ſancta Hieruſalem obiverunt*,

Orientales inſignire ſolent) cognomento Ebn-Suchari. Fiat ei a Domino Deo „ in Benedictionem. „

LVII.

Codex in 4. bombycinus, foliis conſtans 169. Syriacis recentioribus literis exaratus, inter Codices Syriacos Vaticanos olim Quadrageſimus ſextus. Ibi continetur,

RITUALE Syrorum Jacobitarum, in hunc ordinem digeſtum.

1. *Ordo de iis, qui Pœnitentiam agunt, & reſipiſcunt a peccatis ſuis*, nimirum, *Ordo Confeſſionis*; de quo fuſius Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 172. egimus. Incipit fol. 1. [illegible] Confer cum Cod. Syr. LI. fol. 355.

2. *Orationes* & abſolutiones pro diverſis peccatis. Videlicet I. Fol. 15. a tergo, Communis Abſolutio pro unoquoque peccato. [illegible] Vide Cod. Syr. LI. fol. 374. II. Fol. 17. de Adulteris & Fornicatoribus, [illegible] Vide Cod. LI. fol. 377. III. Fol. 17. a tergo, de Coucubitoribus cum maſculis, aut cum animalibus. [illegible] Vide Cod. LI. fol. 377.

3. *Orationes ſuper Audientes*, ideſt, Cathecumenos, & *ſuper Pœnitentes publicos*. Prima ſuper Audientes, incipit f. 20. a t. [illegible] Altera ſuper Pœnitentes, fol. 21. [illegible] Vide Tom. 2. Bibl. Orient pag. 164.

4. *Oratio* pro Muliere, quæ conceptum ex fornicatione fœtum interficit, & confitetur perpetratum a ſe peccatum, f. 21. a t. [illegible]

5. *Ordo Benedictionis Ramorum, juxta traditionem Orientalem*, fol. 22. a t. [illegible] Confer cum præcedenti Cod. LVI. fol. 102.

6. *Officium Pentecoſtes*, fol. 36. [illegible] Confer cum eodem Cod. LVI. f. 198. a tergo.

7. *Proceſſio Crucis*, poſt Tertiam in Paraſceve, f. 72. a t. [illegible] Confer cum Cod. LVI. f. 155. & cum Cod. LI. f. 309. Differt aliquantulum ab utroque.

8. *Proceſſio* communis de Deipara, de Cruce, de uno Sancto, & de Defunctis, fol. 83. [illegible] In fine Triſagius Hymnus cum Appendice, ut in Cod. LVI. fol. 123.

9. *Benedictio Sponſorum & Sponſarum*, f. 88. a t. [illegible] Confer cum Cod. LII. f. 90. & cum Cod. LV. f. 163.

10. *Bene-*

10. *Benedictio Coronarum*, f. 103. a t. [illegible] Confer cum Cod. LV. f. 170. Lectiones, f. 108. a t. ex Epiſtola Petri, f. 109. a t. Ex Paulo ad Epheſios, & f. 111. Evangelium Matthæi, cum verſione Arabica. F. 123. Carmen dodecaſyllabum de literis Alphabeti. [illegible]

11. *Ordo Sponſaliorum*. Arabice. F. 129. a t. [illegible] Confer cum Cod. LVI. fol. 52.

12. *Ordo S. Baptiſmi*, quem, ut in titulo præſcribitur, Dominus noſter Jeſus Chriſtus Apoſtolis ſuis commendavit, & per ipſos probatis Doctoribus: Sanctus autem Severus ordinavit eum in Sancta Eccleſia. Incipit f. 136. a t. [illegible] Confer cum Cod. LII. f. 16. & cum Cod. LV. f. 2. Forma Baptiſmi f. 163. [illegible] *Et demittit eum in concham, converſa facie ejus ad orientem, Sacerdotis autem ad occidentem: & imponit dexteram capiti ejus, & educit aquam cum ſiniſtra ex concha ante baptizandum, & effundit ſuper caput ejus, dicens. Baptizatur N. ut ſit agnus in Ovili Chriſti, in nomine Patris. Et a parte poſteriori ejus, & fundit ſuper caput ejus, dicens. Et Filii; & accipit aquam a dextris ejus & a ſiniſtris, & fundit ſuper caput ejus, dicens: Et Spiritus vivi & Sancti in vitam ſeculi ſeculorum. Et educit Baptizatum.* Forma Unctionis Chriſmalis, f. 164. a t. [illegible] *Accipit Sacerdos Cornu Chriſmatis, & intingit pollicem, & ſignat frontem baptizati tribus Crucibus a capite ejus ad os, & ab aure ad aurem, dicens, dum Puer in manibus eſt ſuſceptoris: Sancto Chriſmate, ſuavi odore Chriſti, ſignaculo & ſigillo fidei, & perfectione doni Spiritus Sancti, ſignatur N. in nomine Patris, Amen, & Filii Amen, & Spiritus vivi & Sancti in vitam ſeculi ſeculorum. Et accipit Sacerdos in manum Chriſma & ungit baptizatum, incipiens a fronte, & ducens uſque ad latus dexterum, & in femore, & in latere ſiniſtro; & redit ad frontem, inſtar muri: ungitque cor ejus, & poſteriora ejus, & nares, & os, & manus, & pedes, & totum corpus.*

Is Codex ſcriptus eſt ab [illegible] *Abibo Salachenſi Metropolita*, ut f. 20. 35. a t. 88. 136. & 169. a t. adnotatur. Pertinuit olim ad Eccleſiam *S. Azazaelis Martyris*, deinde vero ad *Melchiſedechum Presbyterum Zargeli*, & ad *Barſumam Presbyterum Mazanitam*; quemadmodum ex tribus hiſce Adnotationibus liquet; quarum Prima fol. 1. hæc habet: [illegible]

[illegible]

" Studioſe ſcripſit, Abibus Metropolita, hunc ſpiritualem theſaurum pro
,, S. Eccleſia Sancti Azazæ, ſeu Azazaclis inclyti Martyris. Nemini autem fas
,, eſt a Deo vivo, ut ipſum ex antedicta Eccleſia alienet, ſive per furtum,
,, ſive per venditionem, ſive quamcumque aliam ob cauſſam. Quodſi auſus
,, fuerit, ipſumque inde extraxerit, anathema ſit a SS. Patribus CCCXVIII.
,, qui in Nicæa urbe congregati ſunt.,,

Altera ibid. [illegible] " Emit hunc benedictum librum Presbyter Melchiſedech ex oppido Zargel, pretio 15. Sciahinorum,,

Tertia Adnotatio ibid. [illegible] " Inſpexit hunc benedictum librum
,, Barſumas Mazanita, nomine Presbyter. Quiſquis miſericordiam pro eo
,, imploraverit, miſericordiam et ipſe a Deo conſequatur, Amen.,,

LVIII.

Codex in 8. bombicinus, foliorum 203. Syriacis literis exaratus, inter Codd. Orientales, ab Andrea Scandar Maronita comparatos, olim Vigeſimus nonus; quo continentur.

1. MAGISTRI ET DISCIPULI Interrogationes & reſponſiones, literis Syriacis, ſed Arabico ſermone, de octo Quæſtionibus. Quarum I. de Trinitate. Deeſt una charta. Incipit ab iis verbis f. 1. [illegible] *Verbum Dei, ſedens in throno majeſtatis*. Quæſtio II. de Incarnatione, f. 2. a t. [illegible] Diſcipulus. *Quid eſt, o Magiſter, propter quod oportuit, ut Chriſtus incarnaretur, & hominibus adpareret?* Quæſtio III. de Divinis Officiis, f. 13. a t. [illegible] Diſcipulus. *Quoties oportet, ut fideles per diem laudes dicant & orent?* Præſcribit numerum & modum orandi laicorum per ſingulos dies: ſepties videlicet, in die, aut ter ſaltem; ideſt, manè meridie, & veſpere: hæc autem ab omnibus memoriter omnino eſſe retinenda, & per ſingulos dies, ut ſupra, recitanda, Triſagium hymnum, Pater noſter, & Symbolum fidei. [illegible] *Omnis enim Chriſtianus, qui neſcit Sanctus Deus, Pater noſter, & Symbolum fidei, Chriſtianus non eſt, nec fas eſt nobis, ut ſacrum pro eo porrigamus*. Quæſto IV. de Miſſa, f. 16. t. [illegible] Diſcipulus. *Quid oportet ut quis faciat in die, quo ſacrum celebratur*. Docet, quomodo ſit aſſiſtendum Divinæ Liturgiæ, & quod firmiter credendum ſit, in Euchariſtia exiſtere Corpus & Sanguinem Chriſti: ſed modum realis præſentiæ ita exponit, ut videatur eorum errorem ſequi, qui Impanationem adſerunt. Sic enim ait: [illegible] Magiſter. *Oportet, ut tempore Liturgiæ adſit cum timore ac tremore & ſilentio, ab initio ejus uſque ad finem: & credat & confiteatur, eum, qui in Patena & Calice eſt, Creatorem eſſe cæli & ter-*

[Syriac text] *& terræ:* Et infra. [Syriac text]

Quumque vellet in cœlum aſcendere, dixit ad diſcipulos ſuos. Aſcendo ad Patrem meum cœleſtem, & ego cum fidelibus adſum cunctis diebus uſque ad finem temporis, ſicut & nunc vobiſcum ſum. Dicentibus autem diſcipulis: Quomodo fiet iſtud, Domine: accepit ille panem, & dixit eis: Hoc eſt Corpus meum. *Et Calicem ſimiliter vino & aqua miſtum, dicens:* Hic eſt Sanguis meus. *Significans per hoc ſuam Divinitatem, lumen videlicet, non habens carnem, neque ſanguinem, ſed tale, ut nemo ipſum poſſit videre, aut tangere. Quum igitur ex Pane & Aqua Carnem mihi & Sanguinem aſſumſero, & Corpus habuero, in quo inhabitem, tunc vos videbitis me, & contrectabitis. Sic vos ſemper facite, offerentes hunc panem, & vinum, & aquam ſuper Altare, & ſuper ipſa in nomine meo benedicite. Ego enim in iis inhabitabo, & uniar cum ipſis, ſicut unitus ſum cum hoc corpore, quod vos videtis, & in quo vos alloquor. Ipſe igitur in unoquoque ſacro nobiſcum adeſt præſens, viſibilis, & contrectabilis.* Hucuſque opuſculi iſtius author Jacobita. Quæſtio V. de Jejunio, f. 19. [Syriac text] Diſcipulus: *Dic Magiſter: Quænam ſervanda ſunt a fidelibus Jejunia? Ait, jejunandum eſſe uſque ad nonam ſingulis feriis quartis & ſextis, & in Quadrageſima: omnibus præterea conjugatis abſtinendum eſſe ab uxoribus ea nocte, quæ præcedit diem, in quo vel celebranda eſt ab iis Miſſa, ſi Sacerdotes ſint, vel ſumenda Euchariſtia, ſi Laici, aut Clerici.* Quæſtio VI. de Eleemoſyna, f. 21. [Syriac text] *Diſcipulus: An, & quomodo eleemoſyna a fidelibus eſt facienda?* Quæſtio VII. Cur homines, non dæmones a Chriſto redemti? f. 22. a t. [Syriac text]

Diſcipulus. Dixiſti, Adamum ita peccaſſe, ſicut & diabolus peccavit, ac propterea inſtar diaboli, pœnam in æternum meruiſſe: & tamen ipſum a Filio Dei redemtum fuiſſe. Cur igitur hoc idem cum diabolo & militibus ejus non eſt factum? Rationem reddit, quia dæmones omnes in malo perſtitere, nec eorum quiſquam adductus eſt, ut Deum placaret: ex hominibus vero extitere Abraham, Iſaac, & Jacob, qui Deo per bona opera placuerunt: propter hos, ait, Adam & homines ejus filii ſunt a Filio Dei redemti. Superius dixerat Quæſt. 2. f. 10. Chriſtum Dominum poſt mortem deſcendiſſe ad inferos, & relicto diabolo tantum cum ſpiritibus immundis, inde eruiſſe omnes homines ab Adam uſque ad illam diem, qui obierant, & in inferno detinebantur, tam bonos, quam malos. [Syriac text]

[illegible] *Diſcipulus. Quum ad inferos deſcendit, quoſnam inde eduxit, & quos ibi reliquit? Magiſter. Eduxit Adam & omnes ejus poſteros: reliquit autem diabolum, & milites ejus ibi devinctos pro poſteris Adæ. Diſcipulus. An bonos eduxit, & peccatores reliquit? Magiſter. Eduxit omnes quotquot de Adam & genere ejus erant. Nam peccatores nequaquam libera voluntate peccaverant; ſed quum a die nativitatis eorum in poteſtate ſua mali ſpiritus ipſos haberent, oculos quoque eorum avertebant, ne in cœleſtem paradiſum adſpicerent; & ad peccatum eoſdem impellebant. Peccabant itaque, ſed non ſponte, neque libere. Omnis autem homo, qui non libere peccat, peccatum ei nequaquam imputatur. Ac propterea pater noſter Adam conſequutus eſt miſericordiam, & ab inferis eductus.* Quæſtio VIII. Cur Filius Dei in utero Virginis incarnari, & pati voluit; quum aliter homo fieri, homineſque redimere potuiſſet? f. 24. a t. [illegible] *Diſcipulus. Dixiſti, Filium Dei incarnatum fuiſſe, ut in corpore ſuo tormenta ferret, quæ Adæ ejuſque poſteris debebantur. Atqui poterat, uno momento corpus perfecti hominis ſibi formare, & in ipſo adparere, quin in utero Virginis maneret, aut lac ab ipſa ſugeret.*

2. *Ordo Lampadis*, juxta Ritum Syrorum, & mentem Ægyptiorum. Syriace, f. 28. [illegible] Titulus eſt hujuſmodi, f. 29. [illegible]

Spe freti Sanctæ Trinitatis, in perſonis trinæ, & in eſſentia unius, ideſt, Patris & Filii & Spiritus Sancti, unius Dei veri; incipimus deſcribere Librum Lampadis, quæ fit pro eo, qui ad pœnitentiam accedit, ſive infirmus ſit, ſive ſanus; quemadmodum ait beatus Apoſtolus Jacobus, cognomento frater Domini. Sic enim ait in Epiſtola ſua Catholica Hieroſolymorum. Siquis infirmatur, vocet Presbyteros Eccleſiæ, & orent pro eo, ungantque eum Oleo in nomine Domini noſtri: & Oratio fidei ſanabit eum, qui infirmus eſt, & ſuſcitabit eum Dominus noſter. Quodſi peccata fecerit, dimittentur ei. Primum. Congregentur Presbyteri Eccleſiæ, & deferant patenam teſtaceam, aut metallicam, aut vitream: & conficiant in ea maſſam farinæ rotundam, & impleant eam optimo oleo olivæ, infigantque in ea quinque ellychnia, in modum Crucis, unum ad orientem, alterum ad occi-

ci-

cidentem, tertium ad aquilonem, quartum ad meridiem, & poſtremum in medio, univerſim quinque ellychnia, juxta numerum quinque Virginum prudentum, & quinque ſenſuum ſpiritualium animæ: & initio uniuſcujuſque Officii accendant unum ex iſtis ellychniis. Si autem Epiſcopus adfuerit, ipſe dicat Orationem principii: alioquin, unus ex Presbyteris. Oratio principii. Gloria Patri, &c. Deus Pater omnipotens, admirabilis & abſcondite & ineffabilis, qui dediſti nobis promiſſionem & ſignificationem gratiæ tuæ cœleſtis. Hoc primum eſt Officium. Confer cum Cod. Syr. LVI. f. 1. Præmittitur Rubrica prima, quando, & quibus hic Ordo Lampadis ſit adminiſtrandus, f. 28. a t. in hæc verba: [illegible] *Oportet, ut Fratres Cœnobitæ, qui in Cœnobio habitant, quum quis a ſeculo ad ipſos advenerit, & ſacrum Monaſticum Schema induere voluerit, primum dicant ei; ut peccata ſua confiteatur: deinde Canonem portet, ſibi ab eo Sacerdote impoſitum, coram quo confeſſus fuerit: peracto autem Canone, tunc faciant ei Lampadem, & ſacris ipſum Sacramentis communicent. Quod ſi Monachus fuerit, oportet, ut primum peccata ſua confiteatur; tum vero faciant ei Lampadem, & ſacris ipſum Sacramentis communicent. Similiter ſiquis ipſorum infirmus fuerit, faciant ei Lampadem; & ſi quis eorum in anguſtia fuerit, faciant ei Lampadem: denique ſiquis eorum iter adripuerit ad opus Monaſterii, & infirmatus fuerit, aut in anguſtiam redactus, faciant ei ſimiliter Lampadem.* Rubrica 2. f. 29. de quinque Officiis Lampadis juxta ritum Syrorum. [illegible] *Primum Officium pro infirmis. Alterum pro iter agentibus. Tertium pro pluvia, rore, & fructibus terræ: & ventis & fluminibus. Quartum pro votis & decimis. Quintum pro Catechumenis, & pro fidelibus defunctis. Is, pro quo fit Lampas, ſtet ante Altare, facie ad orientem converſa: & petat miſericordiam ſecreto & cum ſilentio. Sacerdotes autem orent, quum interim parata ſint omnia, ideſt, vaſa, inſtrumenta, libri, Evangelium, Crux, & thuribula: & perficiant quinque integra Officia; quumque illa abſolverint, ungant eum Oleo Lampadis, quæ pro ipſo confecta eſt, quinque Crucibus, ideſt, in fronte, ante & retro poſt plantas manus dexteræ & ſiniſtræ.* Ritus, qui in hoc Codice deſcribitur, amplior eſt, quam is, qui in Cod. LVI. Lectiones præterea diverſas habet. Nam f. 31. a t. adjicitur, *Oratio ſuper oleum ſanitatis infirmorum.* [illegible] Fol. 35. a t. *Procemium Orationis Incenſi*, authore *Johanne Patriarcha*.. [illegible]

[illegible] Fol. 40. *Epiſtola Jacobi Apoſtoli*. Fol. 41. *Evangelium Johannis*, & *Oratio ante Evangelium*. [illegible] F. 43. a t. *Hymnus S. Jacobi Sarugenſis*. [illegible]

Officium ſecundum. f. 45. a t. [illegible] *Primum, dicant ter, Sanctus Deus, & Pater noſter, qui es in cœlis. Et incipit Sacerdos Orationem hanc ſuper Oleum: & facit tres Cruces, & accendit ellychnium medium: & dicat Orationem hanc. Domine Deus, qui per multitudinem miſerationum tuarum*, &c. Vide Cod. LVI. f. 11. a t. Additur in hoc Cod. f. 46. *Oratio ſuper Oleum infirmorum*. [illegible] Ibid. *Oratio pro iter agentibus*. [illegible] F. 49. a t. *Proœmium* [illegible] F. 54. a t. *Apoſtolus ad Romanos*. F. 55. *Oratio ante Evangelium*. [illegible] Ibid. *Evangelium Lucæ*; diverſum ab eo, quod in Cod. LVI. deſcribitur. Fol. 56. a t. *Hymnus S. Ephræm*. [illegible]

Officium tertium. f. 58. [illegible] *Primum dicant ter, Sanctus Deus, & Pater noſter. Sacerdos accendat lampadem occidentalem: deinde incipiat Orationem principii. Gloria Patri. Domine Deus virtutum & fortis ſeculorum*. Vide Cod. LVI. f. 20. Additur in hoc Cod. f. 58. *Oratio ſuper oleum ſanitatis*. [illegible] Ibid. *Altera pro fructibus*. [illegible] F. 61. a t. *Proœmium aliud*. [illegible] Fol. 63. *Apoſtolus ad Corinthios*. [illegible] F. 64. *Oratio ante Evangelium*. [illegible] Ibid. *Evangelium Matthæi*. [illegible] F. 65. a t. *Hymnus S. Balæi*. [illegible] F. 66. *Hymnus S. Jacobi*. [illegible]

Officium quartum. F. 67. [illegible] *Primum dicant ter, Sanctus Deus, & Pater noſter. Tum vero Sacerdos accendat ellychnium aquilonare, & legit Orationem principii. Gloria. Domine Deus fortis, condonator humanarum iniquitatum*. Vide Cod. LVI. f. 25. a t. Additur in hoc Cod. f. 67. *Oratio ſuper oleum ſanitatis*. [illegible] Ibid. *Altera pro iis, qui Euologias deferunt ad Eccleſiam, ſeu ad Monaſterium*. [illegible] F. 70. *Proœmium aliud*. [illegible] F. 71. a t. *Apoſtolus ad Coloſſenſes*. [illegible] F. 72. *Oratio ante Evangelium*, authore *Philoxeno*. [illegible] F. 72. a t. *Evangelium Lucæ*. [illegible] F. 74. *Hymnus S. Jacobi*. [illegible]

Officium quintum. F. 75. [illegible]

[Syriac] *Primum dicant ter, Sanctus Deus, & Pater noſter. Sacerdos autem ſignet tres Cruces ſuper Lampadem, & accendat ellychnium meridionale: Tum legat Orationem hanc, quæ eſt ſuper oleum ſanitatis. In nomine tuo Deus Pater, & in nomine unigeniti Filii tui*. Vide Cod. LVI. f. 31. a t. Additur in hoc Cod. f. 76. *Oratio pro Pœnitentibus*. [Syriac] F. 77. *Proœmium*. [Syriac] F. 78. a t. *Aliud Proœmium*. [Syriac] Quod Procemium, ibidem ad oram, Johanni Patriarchæ tribuitur. [Syriac] F. 81. *Apoſtolus ad Epheſios*. [Syriac] F. 82. a t. *Oratio ante Evangelium*. [Syriac] Fol. 83. *Evangelium Johannis*. [Syriac] Fol. 85. *Hymnus S. Jacobi*. [Syriac] Fol. 86. *Oratio* pro eo, qui veniam petit peccatorum & prævaricationum ſuarum; quæ opportune legi poteſt tum ſuper eum, qui deliquit, tum ſuper eum, pro quo fit Lampadis Officium, ut in titulo habetur: [Syriac] Fol. 90. *Precatio* pro unoquoque peccatorum genere. [Syriac]

3. *Oratio pro infirmo*, qui in agone mortis verſatur, & petit ab hac miſera vita ſolvi, f. 91. a t. [Syriac] F. 96. *Evangelium Lucæ*. [Syriac]

4. *Oratio pro puero*, quem parentes offerunt Sacerdoti, ut literas diſcat, f. 99. [Syriac]

5. *Ordo Sacri Schematis*, ſeu habitus Monaſtici pellicei, quo, ut in titulo deſcribitur, *humeri cinguntur, ſicut Angelus Beato Antonio oſtendit, quemadmodum in ejus refertur hiſtoria: eſt autem in modum Crucis; ex lingua Ægyptiaca in Syriacam converſus*. [Syriac] Initium f. 100. a t. [Syriac] F. 106. *Apoſtolus ad Ebræos*. [Syriac] Ibidem, *Evangelium Lucæ*. [Syriac] F. 107. *Hymnus S. Jacobi*. [Syriac] F. 108. *Canones* obſervandi ab iis, qui hunc ſacrum Habitum geſtant. [Syriac] Vide Cod. LI. f. 395.

6. *Oratio pro Pueris*, quos parentes Sacerdoti offerunt, ut pro illis oret. f. 109. [Syriac]

[illegible] Vide Cod. LI. f. 393.

7. *Adhortatio* ad Presbyteros & Diaconos: & de Pœnitentia. Arabice. f. 109. [illegible] Citatur Syriace & Arabice f. 111. *Hymnus S. Ephræm*, cujus initium: [illegible] Et fol. 112. a t. *Hymnus S. Jacobi*, [illegible]

8. *Dies nefaſti*. Arabice, literis Syriacis. Fabulatur amanuenſis, illos a Deo eſſe Moſi revelatos. Vocantur autem dies Ægyptii, quorum etiam in Kalendariis antiquis Latinis frequens mentio. Vide Muratorium Rer. Italicarum Tom. 2. Par. 2. pag. 1023. 1027. Initium f. 114. [illegible]

9. *Benedictio rei pollutæ*. f. 114. a t. [illegible]

10. *Teſtamentum Patris noſtri Adam*. f. 115. [illegible]

11. *Nomina, & patria Prophetarum*, & quot quiſque annos Prophetavit, & quoto tempore adventum Chriſti anteceſſir; additis Feſtis Dominicis, de quibus mox. f. 117. [illegible] Moſes, Joſue, Job, Samuel, David, Salomon, Elias, Eliſæus, Eſaias, Hoſee, Amos, Michæas, Joel, Abdias, Jonas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Haggæus, Zacharias, Malachias, Jeremias, Ezechiel, Daniel, Nathan, Ahias, Joam, Siracides, Ruth, Judith. Liber Ruth, verſus continet 246. Judith verſus 1268. Teſtamentum Vetus & Novum, verſus 90. millia. Linguæ, quæ literas habent, ſunt XV. Feſta Domini majora ſunt, Annunciatio, Nativitas, Epiphania, Hoſanna, Paſcha, Aſcenſio, Pentecoſte. Feſta minora, Circumciſio, Ingreſſus in Templum, Deſcenſus in Ægyptum, Tabernacula, ideſt Transfiguratio, Feſtum Crucis, Feria quinta Myſteriorum, Dominica nova. F. 119. a t. *In Iſrael fuere Prophetæ 230. quorum libros Chaldæi combuſſere; Eſdras autem Propheta iſtos recenſuit libros, quos habemus, ne memoria Domini periret.* [illegible] Ibid. ex S. Ephræm de Baptiſmo B. Virginis Mariæ. [illegible]

12. *Methodii Epiſcopi Olympi & Martyris, Sermo de ſucceſſione Regum, & de fine temporum*. f. 126. [illegible]

13. *Epiſtola Chriſti ad Abgarum Toparcham, per Ananiam miſſa*. f. 138. [illegible]

Digitized by Google

[illegible]

14. *De Ordinibus Angelorum* : fol. 138. [illegible] Novem Ordines enumerat, eorumque officia, ſic. Angeli, Archangeli, Principatus, Poteſtates, Virtutes, Dominationes, Throni, Cherubim, & Seraphim. [illegible] Subjungit quæſtionem: *Cur fideles dicimur*. [illegible] *Fidelis eſt is, cui quidpiam commendatur ſecreto cuſtodiendum. Nos igitur fideles adpellamur, quia nobis a Domino noſtro Sanctum Sacramentum eſt commendatum, nimirum, Baptiſmus, & Corpus & Sanguis: quæ proinde oportet, ut apud nos pure cuſtodiantur.*

15. *Severi Patriarchæ* Interrogatio de Deo, & *Jacobi Doctoris* Reſponſio. f. 141. [illegible] *Interrogatio Severi. Quomodo eſt Deus ſuper omnia, & infra omnia, & intra omnia, & extra omnia, & in omnibus. Affer mihi naturalem demonſtrationem, quæ facili negotio & videri & credi poſſit. Reſponſio Jacobi. Eſt Deus quidem ſuper omnia, inſtar capitis, quod membrorum omnium eſt princeps, & in ipſo conjunguntur & vivunt,* &c.

16. *Philoxeni* de Fide: An validum ſit eorum Sacerdotum Sacrificium, qui in peccatis verſantur, f. 141. a t. [illegible] *Quoniam multi contendunt circa Sacerdotes Eccleſiæ, dicentes: Non deſcendere Spiritum Sanctum, neque illabi ſuper Oblationes, quas offerunt; quum ſint nonnulli ipſorum fures, injuſti, raptores, & perjuri: quomodo enim Spiritus Sanctus eos exaudit, qui ipſum ſuper Oblationes ut illabatur invocant, quum in operibus hujuſmodi verſentur? Solutio. Tametſi in Eccleſia ſint Sacerdotes pravi & mendaces, illa tamen Dei dextera, quæ capitibus ipſorum fuit impoſita, verax eſt, & munda Oblatio, quam offerunt: adeoque exaudit eos Spiritus Sanctus, & deſcendit & illabitur ſuper Oblationem, quam offerunt, eiſque indulgentia contingit, qui illam accipiunt. Etſi enim operibus ſuis Sacerdos verax non eſt, baptiſmus tamen ab ipſo collatus verus eſt propter manus impoſitionem: ſimiliter Oblatio ab ipſo oblata pro-*

pter

pter Spiritum Sanctum fidelis eſt, quamquam Sacerdos ob pravos ſuos actus mendax ſit, &c.

17. *Officium pro infirmo*: fol. 143. [illegible] *Proœmium* f. 143. a t. [illegible] *Evangelium Marci* fol. 145. [illegible] *Oratio pro infirmo* fol. 146. [illegible] Deeſt finis hujus Precationis.

18. *Canones Sanctorum Patrum ſanctarum trium Synodorum*: f. 147. [illegible] Hic ſpecioſus titulus a Jacobita amanuenſi prænotatur. Ceterum iſti Canones ſunt conditi a Præſulibus Jacobitis, & nonnulli etiam ex antiquis Synodis excerpti. Sunt autem numero XII. quorum primus. [illegible] *Non licet per Deum Epiſcopo, aut Presbytero bis in una die offerre. Neque bis in una die ſuper unum Altare aut unam Tabulam offerri*. Canon II. [illegible] *Neque poteſtas eſt cuiquam per Deum ſolvendi jejunium Feriæ quartæ & ſextæ, præter quinquaginta dies Pentecoſtes*. Canon VI. [illegible] *Epiſcopus, Presbyter, & Diaconus, ſi Baptiſmum ab hæreticis ſuſcipiunt, deponantur: non enim eſt pars Chriſto cum Satana*. Canon VII. [illegible] *Presbyteri, Diaconi, & Epiſcopi, qui Oblationem & Baptiſmum hæreticis tradunt, excommunicentur ab Eccleſia*. Canon VIII. [illegible] *Chriſtiani, qui dant filias & ſorores ſuas ethnicis, aut hæreticis, interdicantur ab Eccleſia, & a ſanctis Sacramentis: quodſi Presbyteri & Diaconi fuerint, præcipimus, ut a Sacerdotio omnino arceantur. Siquis autem illos adjuverit, ſit ſub maledictione anathema, tam qui filiam aut ſororem ſuam tradit, quam qui adjutricem manum præbet, ſitque cauſſa hujuſmodi mali. Nos igitur Jacobitæ orthodoxi ſic præcipimus, ut accipere quidem poſſimus uxores ex eis in matrimonio legitimo, dummodo promittant, ſe noſtram confeſſionem ſectaturas; non tamen Jacobitis fas ſit, feminas ſuas aliis Chriſtianis nuptui tradere. Sufficiunt anathemata, quæ ſupra dicta ſunt*. Canon IX. [illegible] *Omnes utriuſque ſexus fideles, qui Eccleſias Neſtorianorum ingrediuntur, ut in iis orent, aut vota & benedictiones ad eas afferant; aut oblationes ab ipſis accipiunt, ſeu filios ſuos apud ipſos baptizant: in vivo Dei verbo definimus, illos ab Eccleſia noſtra arcendos eſſe per biennium: poſtea vero qui illos baptizarunt, debere eos*

re eos iterum baptizare, & ſic in Eccleſia noſtra admitti. Error ſpecialis iſtorum Jacobitarum, qui hunc Canonem condidere. Canon XII. [illegible] *Non licet Presbytero baptizare filium ſuum carnalem, niſi mortis caſus ei puero contingat, & niſi abſit alius Presbyter, qui ipſum baptizet.*

19. *Severi Precatio*, f. 148. a t. [illegible]

20. *Abſolutio Pœnitentis*, poſtquam peccata ſua confeſſus eſt. Fol. 149. [illegible] *Deo opem ferente, ſcribimus Orationem communem pro unoquoque homine, & peccato: & pro eo, qui ad pœnitentiam accedens, peccata ſua confitetur, & Canonem admittit, & pro quolibet peccato. Dicit eam Sacerdos ſuper pœnitentem, genibus ejus in terra flexis & aperto capite. Chriſte Deus noſter, qui veniam debitorum dediſti Latroni in Cruce*, &c. Vide Cod. LI. f. 389. Eſt communis pro pluribus pœnitentibus, quorum omnia fere peccata enumerantur. Fol. 151. a t. Alia Oratio in fine omnium Abſolutionum. [illegible] Fol. 152. Oratio ſolutionis Canonis: ideſt, Abſolutio Pœnitentis, poſt expletum Canonem. [illegible] Vide Cod. LI. f. 355.

21. *Oratio Sacerdotis pro ſe ipſo*. F. 152. a t. [illegible] *Oratio ſpecialis, quam dicit Sacerdos pro ſe ipſo propter omnem turpem cogitationem, quæ in ipſo excitatur: opportune dicenda propter ingruentes pravas omnes cogitationes: necnon pro iis, qui Sacerdotem rogant. Domine Deus ſanctarum Virtutum, qui propter noſtram ſalutem & emundationem incarnatus & homo factus es*, &c. Vide Cod. LI. fol. 391.

22. *Vaticinia Prophetarum* de Chriſti Sepultura, Reſurrectione & Aſcenſione, f. 153. [illegible]

23. *Chronologica annorum ſupputatio*, ab Adam ad Chriſti Nativitatem. Arabice, & Syriace. f. 154. [illegible] Ab Adamo ad Diluvium ſunt anni 2242. Ab Adamo ad Nativitatem Chriſti, anni 5498. Ab Alexandro ad Chriſtum, anni 309. Ab Alexandro ad Mahometis adventum, anni 932.

24. *David Syri, Rythmus*, Arabicus, *de Pœnitentia*. f. 154. a t. [illegible]

25. *Iſæ Hazari Rythmi*, duo Arabici, *de laudibus B. Virginis*. Primus fol. 157. [illegible] Alter f. 158. [illegible]

26. *Gre-*

26. *Gregorii* Interrogatio, & *Baſilii* Reſponſio: An mortuis ſuffragia vivorum proſint. Arabice. f. 159. [illegible]

27. *B. Virginis Mariæ Miraculum*, de puero quodam Judæo, qui ab aliis Chriſtianis pueris baptizatus, & a parentibus in odium Fidei in fornacem ardentem injectus, B. Virginis patrocinio incolumis & ſanus inde evaſit. Arabice. fol. 161. a t. [illegible]

28. *Diſcipuli & Magiſtri* Interrogatio & Reſponſio, de Reſurrectione & Judicio: quomodo juſtus Judex unicuique ſecundum opera ſua retribuat. Arabice. f. 164. [illegible]

29. *Sybillæ Hiſtoria*, & Interpretatio ſomnii, quod centum Sapientes Romani una eademque nocte vidiſſe dicuntur; per novem ſcilicet ſoles, totidem annorum millia deſignari, ab Orbis conditu uſque ad Antichriſti tempora. Arabice. Incipit f. 165. a t. [illegible] Deſinit f. 172. a t. in hanc notam Chronologicam. [illegible] *Anno ab Adam 6130. regnavit Mohammad: & a Chriſto anno 604.* Falſa ſupputatio.

30. *Supputatio* ad invenienda Feſta, & Jejunia. Arabice. f. 173. [illegible] Eſt adcuratum Kalendarium juxta veterem Orientalium ſtylum.

31. *Canones Pœnitentiales*, ſeu modus excipiendi Confeſſionem Pœnitentis. f. 179. & iterum f. 199. [illegible] *Pars Canonum Pœnitentialium. Inſtructio. Primum, quomodo oporteat, admitti peccatorem ad pœnitentiam accedentem; & pro quo oportet, ut ſacrificium Divinum offeramus, & pro quo, & pro quibus oportet nos orare in Officiis diurnis et nocturnis: & quod propter tranſitoria lucra* (non) *debemus commemorare immundos ad Altare: & quomodo Sacerdotio fungentem oportet ſibi cavere, ne præter pœnitentiam & Canonem, dimittat cuipiam peccata, aut pro quopiam Liturgiam celebret.* Hæc Inſtructio, & ſequentes Canones Pœnitentiales, anonymi ſunt in hoc Codice: ſed videntur eſſe Dionyſii Barſalibæi, ut dictum eſt Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 171.

32. *Canones Pœnitentiales* XL. f. 182. [illegible]

[illegible]

Canon I. Qui confitetur, ſe in fornicationem incidiſſe, & promittit fore ut non amplius polluatur, imponatur ei jejunium per annum, utque genua flectat centies in die per annum integrum: detque eleemoſynam captivis, & pauperibus duos denarios: recitetque pro ipſo Sacerdos initio Confeſſionis, viginti quatuor precationes pœnitentiales: poſt hæc autem omnia opus eſt, ut pro ipſo offeratur Sacrificium, ejuſque nomen ad Altare aſcendat ante complementum Canonis: fiantque pro eo viginti quatuor oblationes. Pro hujuſmodi facinore impoſuerunt Patres jejunium, & orationem, & ſuſpenſionem a Sacramentis per ſeptennium. Moſes autem fornicatores comburi juſſit. Iidem Canones iterum deſcripti habentur in hoc Codice fol. 200. uſque ad Canonem XVIII. Notandi ſunt autem ſequentes Canones, ex quibus quænam fuerit Jacobitarum diſciplina dignoſcitur. Canon 39. [illegible] *Qui peccata ſua bis in anno non confitetur, aut ſemel omnino; interdicatur communione, donec confiteatur.* Canon 49. [illegible] *Oportet, ut Confeſſio fiat in Eccleſia coram Altari, aut in loco deſignato, & coram homine caſto, & virtutibus probato. Qui vero Confeſſionem excipit, ne reſpiciat in faciem confitentis, qui autem confitetur, inclinet caput coram Sacerdote, & manus ante pectus junctas teneat: dicatque ei Sacerdos: Si nunc peccata tua mihi revelas, ea utique non revelabuntur ante tribunal Chriſti coram Principatibus & Angelis. Tum incipiat conſequenter confiteri, inclinato capite. Sacerdos vero ſtatim imponat ei Canonem juxta peccata: caveatque, ne ullo modo illa revelet. Quodſi hoc fecerit, & peccata Pœnitentis in ipſum recident, & confuſionem apud unumquemque ſibi comparabit, & a ſuo miniſterio ſuſpendetur.*

33. *Oratio Pœnitentialis*, quam Sacerdos recitat quotidie pro ſe ipſo, & pro eo, qui coram ipſo peccata ſua confitetur. f. 188. [illegible]

34. *Orationes*, antequam quis cubitum eat, dicendæ. Prima Oratio Philoxeni. fol. 189. [illegible] Alia Oratio Iſaiæ Prophetæ. fol. 189. a t. [illegible] Tertia Oratio ad uſum Monachorum. f. 190. [illegible]

35. *Orationes* pro horis diei. Prima, ad *Veſperas*. f. 193. [illegible] Altera ad *Completorium*. f. 103. [illegible] Tertia, ad *Nocturnum*. f. 193. a t. [illegible] Quarta poſt *Excitatorium noctis*: Ibid. [illegible] Quinta ad *Magnificat*. f. 194. [illegible]

[Syriac] Sexta, ante, *Gloria in excelſis Deo*.. f. 194. [Syriac] Septima, *Abſolutio*. f. 194. a t. [Syriac] Octava ad *Matutinum*. fol. 194. a t. [Syriac] Nona, *Abſolutio*. Ibidem, [Syriac] Decima, ad *Magnificat*, mane. fol. 195. [Syriac] Undecima, ad *Beati*. fol. 195. [Syriac]

36. *Orationes* ſuper rebus immundis. Prima communis pro quacumque re immunda. f. 196. [Syriac] Altera Oratio pro eo, qui comedit, aut bibit quid immundum. f. 197. [Syriac] Vide Cod. LI. f. 389. Tertia pro quacumque re, in quam quid immundum ceciderit, aut in qua ſuffocatum fuerit, ſive ex qua quis quippiam pollutum comederir. f. 196. a t. [Syriac] Quarta Oratio ſuper Vinum, in quo reptile quodcumque ſuffocatur, ſive mus, ſive aliud quodlibet. f. 198. [Syriac] Vide Cod. LI. f. 394. Quinta Oratio ſuper Oleum, quod polluitur, & in quod reptile quodcumque incidit, aut ſuffocatur. f. 197. a t. [Syriac] Vide Cod. LI. f. 394.

37. *Oratio* pro Patre & Matre, quorum filius abſque Baptiſmo mortuus eſt. f. 203. [Syriac]

Is Codex ſcriptus eſt partim anno Chriſti 1584. partim anno 1586. uti ex duabus hiſce calligraphi adnotationibus conſtat; quarum prior, ad calcem Ordinis ſacri Schematis, f. 108. a t. occurrit: [Syriac] " Scripta ſunt hæc anno Græ-
„ corum 1897. per manus humilis peccatoris Johannis, nomine quidem
„ Monachi, operibus autem a Monaſtico inſtituto longe remoti, de regione
„ Gargar, diebus eminentis Patriarchæ noſtri, Patris noſtri electi, Domi-
„ ni noſtri, Domini Ignatii, Divina gratia David-Sciah adpellati; cujus pre-
„ cibus Dominus me adjuvet. Exarata ſunt in regione Maadan, in oppido
„ benedicto Sermed, apud civitatem Hizan, diebus Domini Dionyſii Epiſ-
„ copi Maadan, cui nomen David. Quiſquis legerit, oret pro eo, pro-
„ pter Dominum noſtrum. „

Altera Adnotatio, priori perperam poſtpoſita, f. 152. legitur: [Syriac]
" Explicit & hæc, *Oratio ſolutionis Canonis*, die 6. menſis Adar, anno Græ-
„ corum 1895. in regione Maadan, in pago, cui nomen Sac, diebus Patris
„ Patriar-

„ Patriarchæ noſtri, Domini Domini Ignatii, qui & David-Sciah, & fra-
„ tris ejus Domini Timothei, qui & Thomas Epiſcopus, & Domini Jo-
„ hannis, qui & Menas Epiſcopus. Dominus adjuvet nos eorum precibus:
„ per manus peccato inquinatas peregrini hominis, qui peregrinatur in re-
„ gione Amidenſi; quique propter bonam memoriam, utque pro ſe ipſo preces
„ impetret, non aliam ob cauſſam, decere putat, ut nomen ſuum deſi-
„ gnet: eſt autem Johannes, *&c.*

Præit fol. 98. alia Adnotatio Arabica, ſed charactere Syriaco expreſſa: [illegible]
„ Anno, *Græcorum*, 1897. exaravit haſce literas ſervus humilis peccator
„ Manſores, nomine Presbyter, de pago benedicto Meneer. Qui legit,
„ oret pro eo, ut a pœnis liberetur: & miſericordiam imploret pro mor-
„ tuis ejusdem amici Rabban Johannis Gargarenſis, *bujuſce Codicis calligraphi*,
„ per interceſſionem Matris Lucis Virginis Mariæ, Amen. „

L I X.

CODEX antiq. in fol. bombycinus, foliis conſtans 202. Syriacis Stronghilis, ſive rotundis literis nitidiſſime exaratus, inter Codd. Syriacos, ex Oriente in Vaticanam Bibliothecam a nobis inlatos, olim Trigeſimus quartus; ubi continentur.

1. [illegible] Exequiæ *Pontificum*, *Presbyterorum*, *&* *Diaconorum*, juxta Ritum Eccleſiæ Antiochenæ Maronitarum, in tria Officia diſtributum, adjectis ad calcem Lectionibus XXIII. e Scriptura, totidemque Hymnis, Cantibus, & Lamentationibus, quæ in libro Exequiarum, typis Collegii Maronitarum de Urbe Syriace impreſſo, partim leguntur. Officium I. incipit f. 1. a t. [illegible] Officium II. incipit f. 7. [illegible] Officium III. incipit f. 12. [illegible]

2. *Exequiæ Monachorum*, juxta prælaudatum Eccleſiæ Antiochenæ Maronitarum ritum. Initium f. 134. [illegible] Subnectuntur a f. 136. ad finem, Lectiones XXII. ex veteri & novo Teſtamento, diverſæ ab iis, quæ in Exequiis Pontificum, Presbyterorum & Diaconorum recitari conſueverunt.

Is Codex ſcriptus eſt an. Chriſti 1266. ut hæc oſtendunt calligraphi verba, quæ f. 202. a t. leguntur: [illegible] *Quicumque legit, oret pro peccatore, qui deſcripſit, propter Deum, anno 1577. Alexandri filii Philippi. Recolatur memoria omnium Chriſti fidelium, Amen.* Ibidem recentiori manu hæc Arabice adnotata reperias: قري بهذا الكتاب المبارك المسكين جبريال بالاسم مطران وكلمن يقرا يترحم عليه *Legit hunc Librum benedictum pauper Gabriel, nomine Metropolita. Qui legit, oret pro eo.*

L X.

Codex antiq. in 4. bombycinus, foliorum 297. Syriacis Jacobitarum literis elegantiſſime exaratus, inter Codd. Orientales, a Sacra Congregatione de Propaganda Fide Vaticanæ Bibliothecæ addictos, olim Quartus; quo continentur.

1. [Syriac] EXEQUIÆ EPISCOPORUM, juxta Ritum Eccleſiæ Antiochenæ Syrorum Jacobitarum, in ſeptem Officia diſtributum; quibus præmittuntur Cantus, Hymni, & Orationes, ad ablutionem Cadaveris dicendæ. [Syriac] Porro Officium primum incipit f. 3. a t. [Syriac] i. e. *Poſt ablutionem conveniunt in Eccleſia, & incipiunt Ordinem Exequiarum. Officium Primum. Oratio. Colloca Domine in loco Sacerdotali*, &c. Officium ſecundum incipit f. 12. a t. [Syriac] Officium tertium f. 124. a t. [Syriac] Officium quartum, f. 146. a t. [Syriac] Officium quintum, f. 164. [Syriac] Officium ſextum, f. 181. a t. [Syriac] Officium ſeptimum incipit f. 199. a t. [Syriac] *Hymnus S. Ephræm Syri*, incipit f. 210. [Syriac] *Lectiones* XIII. e Scriptura, f. 213. a t. [Syriac] *Cantus* IX. f. 238. a t. [Syriac] *Precatio S. Ephræm* f. 253. [Syriac]

2. *Officium ſecundæ diei*, poſt depoſitionem Epiſcopi defuncti, incipit fol. 254. [Syriac] *Precatio S. Ephræmi* f. 257. [Syriac] *Sermo S. Johannis*, f. 258. a t. [Syriac]

3. *Officium tertiæ diei*, incipit f. 268. [Syriac] *Precatio S. Ephræmi*, f. 269. a t. [Syriac]

4. *Officium quartæ diei*, f. 270. [Syriac]

5. *Officium quintæ diei*, f. 271. a t. [Syriac]

6. *Officium ſextæ diei*, f. 273. a t. [Syriac]

7. *Officium ſeptimæ diei*, f. 275. [Syriac]

8. *Sermo S. Ephræmi de Patribus defunctis*, f. 277. [Syriac]

9. *Sermo alter S. Ephræmi*, in Exequiis Patriarcharum recitandus, f. 281. a t. [Syriac]

10. Hy-

10. Hymni V. de Defunctis, quorum 1. incipit f. 287. [illegible] Hymnus II. f. 289. [illegible] Hymnus III. f. 289 a t. [illegible] Hymnus IV. f. 190. [illegible] Hymnus V. f. 296. a t. [illegible]

Is Codex ad decimum tertium Chriſti ſeculum videtur referendus. Ejus Calligraphi nomen f. 254. hiſce verbis adnotatum legas: [illegible] *Veniam conſequatur Philippus, qui exaravit.*

L X I.

Codex antiq. in 4. bombycinus, foliis conſtans 129. Syriacis Neſtorianis, ſive Chaldaicis literis exaratus, inter Codd. Amidenſes olim Tertius; ubi continetur.

Officium Defunctorum, juxta Ritum Syrorum Neſtorianorum, ſive Chaldæorum, hocce titulo diſtinctum: [illegible] *Ope Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſcribere adgredimur Libellum Defunctorum, ſecularium nempe, virorum, mulierum, & puerorum, juxta ordinem ritumque ſuperioris Monaſterii SS. Abrahæ, & Gabrielis, Doctorum Orthodoxorum*, quem Neſtoriani omnes amplectuntur. Dividitur in tres *Seſſiones*, præmiſſo Ritu abluendi defunctos, eoſque ad ſepulcrum efferendi, atque tumulandi. Deeſt primum folium: incipit autem ab iis verbis, fol. 1. [illegible] i. e. *Et poſteriora ejus per totum: deinde lavant pedes ejus a genibus & infra.*

1. *Seſſio* I. pro Viris & Mulieribus, incipit fol. 2. [illegible]

2. *Seſſio* II. pro Viris & Mulieribus, f. 7. [illegible]

3. *Seſſio* III. pro Viris & Mulieribus, fol. 10. [illegible]

4. *Lectiones* e Scriptura, pro Viris, f. 12. a t. [illegible] Pro Mulieribus, f. 15 [illegible]

5. *Cantus* X. quum cadaver ad ſepulcrum defertur, [illegible] Eorum primus incipit f. 16. a t. [illegible] Decimus vero & ultimus Cantus incipit f. 52. [illegible] In eo invocantur Sancti, qui ſequuntur: Sabarjeſus, Ananjeſus, Johannes Barchazaje, Naames Zainæus, Subchalmaranus, Rabban Pharnaſes, Joſeph, Cœnobajas, & Jeſuſabranus.

6. *Cantus ad Liturgiam* pro Defunctis. Initium f. 54. [illegible]

7. *Narſetis* Leproſi, Barſumæ Niſibeni in ſchola Edeſſena ſocii, tum ejuſdem ſcholæ magiſtri, circa annum Chriſti 496. defuncti: de quo vide Bibl. Orient Tom. 3. pag. 63. & ſeqq. *Lectiones*, ſive Carmina tria de Defunctis; quorum primum incipit f. 56. [illegible] Carmen II. incipit f. 58. [illegible] Carmen III. pro Mulieribus defunctis, f. 60. [illegible]

8. Can-

8. *Cantus*, dum Cadaver tumulatur, f. 62. [illegible]

9. *Exequiæ Puerorum baptizatorum*, uſque ad annum ætatis ſeptimum incluſive, tribus pariter Seſſionibus conſtantes; quarum prima incipit f. 65. a t. [illegible] Seſſio II. f. 65. [illegible] Seſſio III. f. 65. [illegible] *Lectiones* e Scriptura pro Pueris, f. 66. [illegible]

10. *Ritus ſepeliendi Pueros non baptizatos* [illegible] Initium f. 72. [illegible] h. e. *A prima die uſque ad ſeptimam, ſeu decimam, manibus mulierum ſepeliuntur: Sin autem plures ab Infantis defuncti nativitate dies ſint elapſi, iſque ad menſem pervenerit, ejuſque mater Corpus & Sanguinem propitiatorium ſumſerit, cumque lacte, quod infans ſuxerit, commiſtum fuerit; tunc recitetur ſuper illum una Seſſio, & ad parentum ipſius honorem, unus Sacerdos coram illo procedat*, &c.

11. [illegible] *Hymni Paracletici* CLVII. *de cujuſvis ordinis ac ſtatus defunctis*; ex quibus

Hymni IV. de Catholicis, ſeu Patriarchis. Initium f. 72. a t. [illegible]

Hymni III. de Epiſcopis & Metropolitis, f. 74. [illegible]

Hymni XXI. de Sacerdotibus, f. 75. a t. [illegible] Horum poſtremus Hymnus [illegible] *Johanni Metropolitæ Arbelæ*, cognomento *Jach*, adtribuitur; incipitque f. 80. [illegible]

Hymni XIII. de Monachis, f. 80. a t. [illegible]

Hymni XI. de Diaconis, f. 83. [illegible]

Hymni X. de Eccleſiaſticis, f. 86. a t. [illegible] Ex hiſce Hymnis quintus, ſextus, ſeptimus & octavus ad [illegible] *Jeſujabum*, cognomento *Bar-Mocaddem*, Arbelæ ſeu Adiabi Metropolitam, de quo Tom. 3. Bib. Orient p. 137. & ſeqq. fuſius egimus, referuntur.

Hymnus I. de Doctoribus vigilibus, f. 93. [illegible]

Hymni XCIV. de quolibet Defuncto, deque Divitibus, Peregrinis, Senibus, Medicis, Occiſis, Suffocatis, Sponſis, Adoleſcentibus, Scribis, Sponſabus, Mulieribus, Virginibus, & Pueris; uti & de defunctis, ad ſepulcrum, & ad Miſſam. Initium f. 93. [illegible]

12. *Officium* pro defunctis Viris, ſecunda & tertia die ab eorum humatione, fol. 114. [illegible]

13. *Officium*, ſecunda, & tertia die, pro Mulieribus defunctis, f. 116. [illegible]

[illegible].

14. *Officium* ſecunda & tertia die pro Pueris defunctis, f. 117. [illegible].

15. *Officium* pro iis, qui ruinis oppreſſi, vel occiſi, vel ſuffocati intereunt, f. 118. a t. [illegible].

16. *Ritus* translationis Cadaveris ex uno in aliud ſepulcrum, fol. 119. [illegible].

17. *Orationes* III. paracleticæ de Defunctis, f. 120. [illegible].

18. *Cantus* VI. de Defunctis, f. 125. [illegible].

19. *Carmen* flebile, de obitu *Ananjeſu* II. Syrorum Neſtorianorum, ſive Chaldæorum Patriarchæ, quod in exequiis Patrum recitari ſolet, authore *Saliba Presbytero Manſurenſi*, ex Inſula Euphratis, quam Zebedæam adpellant, qui anno Chriſti 781. quo præfatus Ananjeſus Patriarcha e vivis ereptus eſt, florebat. Initium f. 128. a t. [illegible].

Is Codex ad decimum tertium Chriſti ſeculum videtur referendus.

L X I I.

Codex in 4. bombycinus, foliorum 128. Syriacis Neſtorianis, ſive Chaldaicis literis exaratus, inter Codd. Syriacos Vaticanos olim Vigeſimus quintus. Ibi continentur,

CANTUS XXVII. cum ſubalternis Tonis, quos [illegible] *Mutationes* dicunt; juxta Ritum Chaldæorum. Vocantur autem [illegible] *Cantus Paracletici*, & [illegible] *Cantus Simplices*: ſunt enim omnium ſimpliciſſimi, & pro Officio feriali deſerviunt; nec non pro quacumque neceſſitate: quorum poſteriores ſtrophæ diriguntur 1. ad B. Virginem Mariam. 2. ad Sanctos in communi. 3. ad Sanctos in particulari. 4. pro fidelibus defunctis. Compoſiti videntur a S. Ephræmo Syro, teſte Ebedjeſu Sobenſi in Catalogo Scriptorum Syrorum; quem Tomo 3. Biblioth Orient. inſeruimus, ſi pauca excipias, quæ a recentioribus Syris adjuncta ſunt. Iidem Cantus exſtant etiam apud Jacobitas, & Maronitas, quorum Feriale Officium ex Ephræmianis ſcriptis eſt præcipue conflatum.

Porro Cantus I. in ſex Mutationes diviſus, incipit f. 1. [illegible].

Cantus II. ſex itidem conſtans Mutationibus, incipit f. 15. [illegible].

Cantus III. f. 27. a t. [illegible].

Cantus IV. f. 28. a t. [illegible].

Cantus V. Mutationem unicam habet. Init. f. 33. [illegible].

Cantus VI. Mutationes tres, f. 32. a t. [illegible].

Cantus

Cantus VII. f. 40. [Syriac]
Cantus VIII. f. 43. [Syriac]
Cantus IX. complectitur Mutationes quatuor, f. 44. a t. [Syriac]
Cantus X. f. 56. [Syriac]
Cantus XI. Mutationes quatuor, f. 56. [Syriac]
Cantus XII. f. 71. a t. [Syriac]
Cantus XIII. Mutationes 2. fol. 72. a t. [Syriac]
Cantus XIV. Mutationem 1. f. 77. a t. [Syriac]
Cantus XV. f. 79. a t. [Syriac]

Cantus XVI. conſtat Mutationibus 3. in quibus hi a Neſtorianis Sancti nominatim, f. 85. invocantur: B. Virgo Maria, Johannes Baptiſta, Petrus & Paulus, Quatuor Evangeliſtæ Matthæus, Marcus, Lucas & Johannes filius tonitrui, Stephanus Protomartyr, Diodorus, Theodorus, Neſtorius, Ephræm, Narſes, Barſumas, Abraham, Job, Iſai, & Aba Catholicus.

Cantus XVII. f. 91. [Syriac]
Cantus XVIII. Mutat. 5. Initium fol. 93. [Syriac]

Cantus XIX. Mutat. 1. quæ oſcitanter ab amanuenſi Tertia dicitur. Init. f. 105. a t. [Syriac]

Cantus XX. Mutat. 5. fol. 107. a t. [Syriac]
Cantus XXI. f. 117. a t. [Syriac]
Cantus XXII. f. 119. [Syriac]
Cantus XXIII. f. 119. [Syriac]
Cantus XXIV. Mutat. 1. f. 122. [Syriac]
Cantus XXV. Mutat. 1. f. 124. a t. [Syriac]
Cantus XXVI. fol. 127. a t. [Syriac]
Cantus XXVII. incipit, fol. 128. [Syriac]
Deſinit ibid. a t. in hanc Epigraphen: [Syriac] *Explicit una cum Cantibus Simplicibus, eorumque Mutationibus, juxta Ritum Monaſterii Superioris*: nempe SS. Abrahæ & Gabrielis, de quo ſuperius. *Laus Deo, nobiſque miſericordia ejus & clementia adſulgeat ſemper, Amen*.

Is Codex eadem, qua ſuperior Codex XLVI. manu, *Joſephi*, ſcilicet, *Indiarum Epiſcopi*, eſt exaratus; atque adeo ad medium decimum ſextum Chriſti Seculum, quo Epiſcopus ille florebat, referendus. Compactus autem fuit, iterumque corio viridi coopertus temporibus Urbani VIII. Pont. Max. ejuſque fratris Antonii Barberini S. R. E. Card. Bibliothecarii, quorum inſignia utrobique cernuntur. Eundem Codicem laudat Abrahamus Ecchellenſis in Catalogo MSS. Orientalium Vaticanorum, eique hunc titulum adponit: *Preces pro Deſunctis*: Catalogum Ebedjeſu Sobenſis reſpiciens, in quo de S. Ephræmi Syri Scriptis hæc habentur: [Syriac] *Edidit quoque Orationes metricas, Hymnos, & Cantica, Cantuſque omnes Deſunctorum*. Vide Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 58. Verum, tametſi ultimæ iſtorum Cantuum ſtrophæ ſint pro defunctis, titulus eorum certe alius non eſt, quam quem ſupra exhibuimus.

Codex

LXIII.

CODex in 4. chartaceus, foliis conſtans 110. Chaldaicis literis eleganter exaratus, inter Codd. Amidenſes olim Nonus; ubi continetur.

Ritualis & Pontificalis Chaldæorum, ſeu Syrorum Neſtorianorum, Pars; in qua hæc exhibentur.

I. *Ordo Sponſalium ſecularium*; præmiſſa Rubrica de ætate Sponſæ, quam non minorem annis duodecim debere eſſe, ſub æternæ maledictionis, & anathematis pœna Chaldæi decernunt. Initium f. 1. [illegible]

II. *Ordo Benedictionis Veſtimentorum*, f. 3. [illegible]

III. *Ordo Benedictionis deſponſationis*, f. 9. [illegible]

IV. *Ordo Coronationis Conjugum*, f. 13. a t. [illegible]

V. *Ordo Benedictionis Thalami*. f. 25. [illegible]

VI. *Ordo Sponſalium*, Carſciunice, ſeu Arabice literis Chaldaicis, f. 29. a t. [illegible] Ut ſupra f. 4.

2. Anonymi *Sermo de Humilitate, & quibus Monachi Encomiis eam exornarunt*. Init. f. 32. a t. [illegible]

3. *Conſeſſio*, & Abſolutio Sacramentalis, in Arabicum ſermonem ex Latino converſa. Init. f. 34. a t. [illegible]

4. *Tonſura Monachorum*, authore *Rabban Phetione Presbytero & Monacho*. Init. f. 37. [illegible] Vide ſuperiorem Cod. XLV. f. 54. a quo tamen hic noſter Codex in nonnullis differt: Joſephus enim Patriarcha pro ſuo libitu, quædam emendanda, demenda, aut addenda cenſuit.

5. *Tonſura Monialium*. fol. 58. [illegible] Vide cit. Cod. XLV. f. 74. a t. Tam in hoc, quam in antecedenti Ordine, Sancti quidam Monachi, & Moniales nominantur, diverſi ab iis, quos ex eodem Cod. Syr. XLV. Tom. 4. Bibl. Orient. p. 908. & 912. recenſuimus.

6. *Ordinatio Diaconiſſarum*. f. 66. [illegible] Vide ibid. f. 88.

7. *Ebedjeſu Catholici Patriarchæ* Chaldæorum ex Metropolita Gazartæ Zebedeæ, *Carmen*, heptaſyllabum, *de profectione Johannis Sulacæ Patriarchæ deceſſoris ſui in urbem Romam*. fol. 69. a t. [illegible] Vide cit. Cod. XLV. fol. 133.

8. Ejuſdem *Ebedjeſu Catholici Carmen* alterum heptaſyllabum, de cæde prælaudati *Johannis Sulacæ*, quem *Martyrem* adpellat. f. 97. a t. [illegible] Vide ibid. fol. 159.

9. Ejuſdem *Ebedjeſu Carmen* tertium, ſive Ecloga pentaſyllaba & heptaſyllaba, de eodem argumento. fol. 106. a t. [illegible] Vide ibid. fol. 168.

10. *Hiſtoria* brevis ejuſdem *Johannis Sulacæ Patriarchæ Chaldæorum*, ſoluta oratione ab Anonymo conſcripta, quam Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 527. Syriace & Latine integram protulimus. Init. fol. 107. a t. [illegible]

Is Codex ſcriptus eſt Romæ anno Chriſti 1701. ut hæc oſtendit Epigraphe, quæ ad calcem Ordinis Sponſalium, fol. 31. legitur: [illegible]

" Inchoatus & perfectus eſt Liber iſte Benedictionis, menſe Teſri priore, *Octo-*
" *bri*, die 23. Feria 2. Anno a Nativitate Domini 1701. cui gloria ab omni crea-
" tura ſemper & in ſeculum ſeculorum, Amen. Exaratus autem fuit hic Liber
" in ſancta & benedicta civitate Roma magna, quæ Simonis Petri fide conſecra-
" ta eſt, & Pauli prædicatione confirmata. Deus cuſtodiat eam dextera ſua,
" Amen: diebus Patris Patrum, & Principis Paſtorum, ſummi Pontificis Papæ
" Clementis XI. quem Deus ſervet incolumem ſemper, Amen. Hæc autem
" folia deturpavit, hoc eſt, corrupit, hominum miſerrimus, peccatis mane &
" veſpere inquinatus, ac proinde indignus, cujus nomen memoretur; ſed ut pio-
" rum lectorum precibus juvetur, nomen ſuum indicat: hoc eſt, miſer & hu-
" milis Joſephus, nomen gerens Patriarchæ Chaldæorum: qui hodie in antedicta
" civitate Sanctorum Roma commoratur: quam Jeſus Chriſtus ab omnibus occul-
" tis & manifeſtis noxis cuſtodiat, uſque ad alterum adventum ſuum, etiam
" Amen. Benedictus Deus in ſecula, & laudabile nomen ejus in generationem
" generationum ".

Is eſt Joſephus I. qui ex Amidenſi Metropolita, ab Innocentio XI. die 24. Junii, anno Chriſti 1681. Chaldæorum Catholicæ communionis Patriarcha inſtitutus & Pallio donatus, eam dignitatem poſt 12. annos ſponte abdicavit, Romamque venit; ubi variis manu ſua exaratis Codicibus, quos Clemens XI. Vaticanæ Bibliothecæ poſtea addixit, ineunte anno Chriſti 1713. vita defunctus eſt; ut alibi monuimus.

L X I V.

CODex in 8. bombycinus, foliorum 60. Chaldaicis literis exaratus, inter Codd. Orientales ab Andrea Scandar Sacerdote Maronita ad uſum Vaticanæ Bibliothecæ comparatos, olim Secundus; quo continentur.

1. ܛܟܣܐ ܕܡܟܘܪܘܬܐ ܕܥܕܬܐ ܡܕܢܚܝܬܐ ORDO SPONSALIUM, juxta Ritum Chaldæorum, qui in Monaſterio SS. Abrahami, & Gabrielis, apud Urbem Moſul, ſeu Ninivem ſervatur; uti in titulo legitur. Init. f. 1. [Syriac text]. Tam in Sponſo, quam in Sponſa ætas annorum duodecim requiritur. Confer cum præcedenti Cod. LXIII. fol. 1. quem Joſephus Patriarcha Chaldæorum ex hoc Codice deſcripſit.

2. ܛܟܣܐ ܕܒܘܪܟܬܐ *Ordo Benedictionis Sponſi & Sponſæ*. Init. f. 6. [Syriac text].

3. ܛܟܣܐ ܕܒܘܪܟ ܡܐܢܐ *Ordo Benedictionis Veſtimentorum*, fol. 18. a t. [Syriac text].

4. ܛܟܣܐ ܕܟܘܠܠܐ *Ordo Coronationis Conjugum*, f. 25. a t. [Syriac text]. Confer cum præcedenti Cod. LXIII. fol. 13. a t. Ubi notandus Neſtorianorum peculiaris abuſus, qui etiam poſt ſuſceptos Diaconatus, vel Presbyteratus Ordines, Diaconum & Presbyterum matrimonio conjungunt. Atque idcirco hæc in Rubrica f. 25. a t. legas: [Syriac text] *Si Sponſus Presbyter fuerit, ſubjunge: Laudate Dominum. Sin autem Diaconus: Benedicite Dominum Angeli ejus*. Fol. 37. a t. ceu Sanctus invocatur *Neſtorius*. Deinde adnectuntur Hymni duo, metro heptaſyllabo, qui S. Ephræmo tribuuntur. Eorum primus, pro Sponſo, incipit f. 42. a t. [Syriac text]. Alter, pro Sponſa, fol. 45. a t. [Syriac text]. Uterque Hymnus legitur, ſed abſque Ephræmi nomine, in antecedenti Cod. fol. 20. & ſeq.

5. ܛܟܣܐ ܕܒܘܪܟ ܓܢܘܢܐ *Ordo Benedictionis Thalami*, fol. 52. a t. [Syriac text].

Is Codex ſcriptus eſt anno Chriſti 1659. ut hæc docent calligraphi verba, quæ fol. 59. a tergo, leguntur: [Syriac text] Explicit Sabbatho (*ita* „ *emendat idem calligraphus errorem ſuum: pro Sabbatho enim ſcripſerat* [Syriac text] „ *Feria Sexta*) menſe benedicto Niſan, *Aprili*, die 13. anno Græcorum be- „ nedictorum 1970. diebus ſolliciti ac vigilantis Paſtoris, Domini Eliæ Catholi- „ ci Patriarchæ Orientis, & totius Orbis. Exaratus autem fuit per manum pec- „ catoris & humilis, nomine quidem Diaconi, ſed operibus vacui, id eſt, Ebed- „ jeſu filii Abdi, fil. Simeonis, ex oppido Tel-Cepha, quod Deus cuſtodiat, Amen. „

Initio Codicis, manu recentiori, adjecta eſt Forma Sponſalium, Arabice literis Chaldaicis, quæ incipit: [Syriac text] i. e. *Adveniſti, fidelis beate, deſpondere volens talem*, &c. Vide præcedentem Cod. LXIII. f. 29. a tergo.

L X V.

COdex in 8. bombycinus, foliis conſtans 87. Chaldaicis literis exaratus, inter Codd. Syriacos Vaticanos olim Decimus ſextus; ubi continentur.

1. *Carmen* heptaſyllabum, quod Lectioni Evangelicæ præmitti ſolet. Init. f. 1. [Syriac text]

2. *Ordo Baptiſmi*, juxta Ritum Syrorum Neſtorianorum. Init. f. 3. a t. [Syriac text] Confer cum ſuperiori Cod. XLII. fol. 62. & cum Cod. XLIV. f. 1. Forma Baptiſmi in iſto Codice fol. 20. hæc eſt. [Syriac text] *Et adducunt puerum ad Presbyterum ſtantem ad occidentem Jordanis, facie pueri ad orientem converſa: & immergit eum in aquam, impoſita capiti ejus manu, dicens: Baptizare, N. in nomine Patris. Et Reſpondent, Amen. Et Filii. Et Reſpondent, Amen. Et Spiritus Sancti in ſecula. Et reſpondent, Amen. Et educit eum ex aqua, traditque Diacono.*

3. *Ordo innovationis Fermenti*. [Syriac text] In fine hujus Ordinis fol. 28. a t. alio nomine vocatur [Syriac text] *Confectio Fermenti*. Incipit a rubrica f. 24. [Syriac text] i. e. *Primum, Feria V. Paſchatis afferunt farinam puram cribratam, unam ex quatuor partibus ſimilæ: & oleum olivæ purum & paratum: & ſalem purum atque contuſum; & tres guttas aquæ: miſcentque ea ſimul ſuper Tabulam, ubi Euchariſtia ponitur: Æditutus autem, & Sacerdos alter, aut plures, & Diaconi conlocant Crucem, Evangelium, Thuribulum, & Luminaria apud Tabulam Euchariſtiæ, & incipiunt. Pater noſter, qui es in cælis. Oratio. Adoretur, & glorificetur*, &c. Vide Tom.4. Bibil. Orient. p. 299.

4. *Kalendarium*, ad invenienda Feſta mobilia, fol. 29. [Syriac text] I. Fundamentum anni, ideſt, Litera Dominicalis. II. Literæ Menſium, fol. 29. a t. [Syriac text] III. Literæ Feſtorum, fol. 30. [Syriac text] IV. Ad inveniendum Epactam Lunæ, Cyclum Solis, & diem Paſchæ, f. 30. a t. [Syriac text] V. Ad diſponendum Dominicas ante Nativitatem Domini, poſt Epiphaniam, & poſt Pentecoſten, juxta ritum Chaldæorum, f. 36. a t. Ab Adamo ad Alexandrum Magnum, ex mente Syrorum, ſupputantur anni 5180. Ab Alexandro ad annum ſcripti hujus Codicis 1868. qui erat Chriſti 1557. f. 31. a t. [Syriac text] f. 34. [Syriac text] ideſt, *Supputatio annorum ab Adam uſque ad præſentem annum, ſunt autem tercies decies anni* 532. *& inſuper anni* 132. *uſque ad hunc annum, qui eſt Græcorum* 1868.

5. *Supputatio annorum Mundi*. fol. 43. [Syriac text] id eſt, I. ab Adamo ad Diluvium anni 2242. [Syriac text] 2. Ab Adamo ad promiſſionem Abrahæ, anni 3820.

[Syriac text]

[illegible] 3. A prophetia Moſis ad Nativitatem Chriſti, anni 1568. [illegible] 4. A liberatione populi de captivitate Babylonica, uſque ad Crucifixionem Domini, anni 489. [illegible] 5. Ab initio Epochæ Alexandreæ, anni 5180. [illegible] 6. Ab initio Epochæ Alexandri uſque ad Nativitatem Chriſti, anni 311. [illegible] (In textu habetur, *anni* 310. [illegible] ſed recentiori manu in margine, [illegible] 311.) 7. Ab Adamo ad Chriſtum, anni 5490. [illegible] 8. Paſſus, mortuus, reſurrexit, & aſcendit ad cælum Chriſtus, anno Græc. 342. [illegible] 9. Ab Aſcenſione Chriſti ad initium Regni Arabum, anni 587. [illegible] 10. Initium Regni Arabum, anno Græcorum 933. [illegible] 11. Synodus Patrum CCCXVIII. celebrata fuit ſtudio Conſtantini Imp. anno 636. poſt Aſcenſionem Domini anno 283. cum dimidio. [illegible] 12. Migravit ad Dominum Conſtantinus die 22. Maji, anno Alexandri 648. & anno ſequenti obiit S. Jacobus Metropolita Niſibis. [illegible] 13. S. Ephræm Magnus obiit die 9. Junii anno Græcor. 684. [illegible] 14. Neſtorius ordinatus eſt Patriarcha Regiæ urbis Conſtantinopolis die 10. Aprilis anno Græcor. 740. [illegible] 15. Barſumas ordinatus eſt Metropolita Niſibis, anno Græcor. 746. [illegible] 16. Septem Pueri Epheſii, poſtquam in ſpelunca annos 372. dormiſſent, excitati ſunt anno Græcor. 748. [illegible]

6. *De annis Chriſti*, ex Libro, cui titulus, *Fundamenta Fidei*, authore *Ebedjeſu filio Brichæ*. f. 44. a t. [illegible] Ideſt, I. Annunciatio Domini contigit anno Græcor. 309. Feria 4. mane, die 25. Martii, manſitque in utero menſibus 9. qui dies 274. & horas 5. efficiunt. [illegible] II. Nativitas ejus contigit nocte Feriæ quartæ, anno Græcor. 310. [illegible] III. Baptizatus fuit Feria 5. anno Græcor. 340. [illegible] IV. Jejunare cœpit Dominus die 10. Januarii, & jejunium ſolvit die 18. Februarii, anno Græcor. 340. [illegible] V. Paſcha celebravit nocte ineuntis Feriæ ſextæ, die 11. Aprilis, & reſurrexit die 13. Aprilis. [illegible] VI. A Nativitate Domini ad Baptiſmum ſunt anni 30. & dies 12. A Baptiſmo ad Hoſanna, anni 3. &

& menſes 3. Ab Hoſannis ad Aſcenſionem dies 47. Summa annorum, quibus Dominus in terris fuit, anni 33. menſes 4. dies 28. [illegible]

7. *Quot Paſchata Chriſtus celebraverit poſt Baptiſmum*, f. 45. a t. [illegible] Quatuor nimirum Paſchata ex Evangelio Johannis colliguntur. Paſcha primum, quod poſt Baptiſmum Chriſtus celebravit, illud eſt, quum acceſſit ad eum Nicodemus princeps Judæorum noctu, anno Græcor. 340. [illegible] Paſcha ſecundum, quum venit Dominus in Hieruſalem, viditque ibi Piſcinam, quæ Ebraice dicitur Betheſda, habentem quinque porticus: & virum agentem annos 38. in infirmitate, quem Sabbatho curavit, anno Græc. 341. [illegible] Paſcha tertium, quum aſcendit Dominus in montem excelſum, & convenerunt ad eum turbæ plurimæ, quæ quum non haberent quod manducarent, ſatiavit eos quinque panibus, &c. anno Græcor. 342. [illegible] Paſcha quartum, quum ingreſſus eſt Dominus iu Hieruſalem cum Hoſannis, & abſoluto vetere Paſchate, dedit diſcipulis ſuis Corpus & Sanguinem ſuum, teſtamentum novum; & paſſus, crucifixus, mortuus, & ſepultus eſt, & reſurrexit a mortuis, anno quarto Baptiſmi ſui, ideſt anno Græcor. 343. [illegible] Crux autem, cui Salvator affixus fuerat, inventa eſt Sabbatho, die 13. Septembris, anno Græcor. 629. [illegible]

8. *De Anno Biſſextili*, f. 46. a t. [illegible]

9. *Voces* nonnullæ e Græco in Syriacum converſæ, f. 47. [illegible]

10 *Epiſtolarum ſcribendarum Formulæ*. Initium fol. 47. a tergo. [illegible] i. eſt, *Ad Catholicos* Formulæ 16. Ad Metropolitas 3. Ad Epiſcopos 5. Ad Preſbyteros 8. Ad Doctores 4. Ad Diaconos 3. Ad Monachos 5. Ad Fideles 2. Ad Medicos 1. Ad Optimates 1. Encycliæ pro Cœnobiis & Monaſteriis 2. Literæ patentes pro Muliere. Item Ad Catholicum 3. fol. 69. Ad Epiſcopum 4. Ad Doctorem 2. Ad Presbyteros 2. Ad Diaconos 1. Ad Monachos 2. Ad Fideles 5. Ad Virgines 3. Ad Fratres 1. Ad Optimates 2.

11. *Benedictio Aquæ pollutæ*, f. 83. a t. [illegible]

12. *Epigrammata V.* Moralia, metro dodecaſyllabo, f. 84 a t. [illegible]

13 For-

13. Formula Epiſtolarum ad Fideles pro eleemoſyna Cœnobiis, aut Eccleſiis eroganda, fol. 87. [illegible]

Is Codex eadem, qua ſuperiores Codd. XLVI. & LXII. manu exaratus eſt an. Chriſti 1557. uti ex Adnotatione chronologica, quam modo ſupra ex Kalendario, fol. 34. protulimus, plane colligitur.

L X V I.

Codex in 4. bombycinus, foliorum 128. Chaldaicis literis deſcriptus, inter Codd. Syriacos Vaticanos olim Decimus ſeptimus; ubi continentur.

1. Ordinationes Clericorum, e Latino in Syriacum converſæ: videlicet.

I. *Ordinatio Oſtiariorum*, f. 1. [illegible] *Quum tondet capillos, dicit Epiſcopus. Dominus pars hæreditatis meæ. Totum Pſalmum. Ordinatio Oſtiariorum. Præpara eis claves. Deinde vocat Archidiaconus unumquemque nomine ſuo*, &c.

II. *Ordinatio Lectorum*, fol. 2. [illegible] i. e. *Syriace Karuja: Francice, Lector dicitur. Epiſcopus manu tenet Kaſchul, ideſt Breviarium: quod Syris Hudra, ideſt, Circulus, adpellatur: idque eis manu tangendum permittit, dicens: Accipite, & eſtote Lectores*, &c.

III. *Ordinatio Exorciſtarum*, f. 2. [illegible] Fallitur Joſephus Epiſcopus Indiarum, hujuſce Codicis calligraphus, atque harum Ordinationum forte interpres, dum Exorciſtam vertit Pſalmiſtam, ſeu Cantorem. Quod enim Græcis eſt Exorciſta, id Syris non dicitur *Mezamrana*, ſed [illegible] *Maumiana*. [illegible] *Primum vocat Archidiaconus unumquemque proprio nomine: & dicit Epiſcopus. Benedictione tua, Domine Deus noſter, benedicantur. Tunc ſedens in throno, accipit Librum Baptiſmi, aut Ordinationis, & tradit eis tangendum manu dextera, dicens: Accipite, & ſit vobis poteſtas imponendi manus veſtras ſuper inſideles, & ſuper baptizatos, & ſuper innocentes*. Vide, quantum hæc Syriaca interpretatio a genuino Latinæ Ordinationis ſenſu diſtet.

IV. *Ordinatio Acolyti*, fol. 2. a t. Heic quoque Joſephus adlucinatur: Acolytum enim, f. 2. reddit *Hypodiaconum*: [illegible]

V. *Ordinatio Subdiaconi*, f. 3. a t. [illegible] ideſt, ut interpretatur Joſephus, *Diaconi, qui legit Apoſtolum*.

VI. *Ordinatio Diaconi*, fol. 4. a tergo. [illegible]

VII. *Ordinatio Presbyterorum* fol. 6. [illegible]

2. *Ordo Abſolutionis*, juxta ritum Chaldæorum, f. 7. [illegible] Confer cum Cod. Syr. XLII. fol. 81. a t. ubi hic Ordo *Jeſujabo Adjabenico* tribuitur. [illegible]

3. *Oratio* (ſuperſtitioſa) ad cohibendum ſanguinem e naribus fluentem. fol. 11. [illegible]

4. *De lignis*, e quibus conficitur Tabula Altaris, f. 12. [illegible]

[illegible] Vide ſuperiorem Cod. XLV. f. 1.

5. *Conſecratio Altaris*, cum Chriſmate, f. 12. a t. [illegible] Vide Cod. XLIII. f. 1. & Cod. XLV. f. 1. Oratio, in qua conſiſtere dicitur conſecratio Altaris, Barſumæ Niſibeno Metropolitæ adſcribitur, f. 29. a t. [illegible] *Recitat hanc Secretam inclinatus, quæ eſt Perfectio conſecrationis Altaris; compoſita eſt autem a Barſuma Metropolita Niſibis. Heus Domine Deus fortis omnipotens, theſaurus cæleſtis opem indigentibus diſpenſans: ad te cogitationes mentium noſtrarum extollimus*, &c. Subnectitur Hymnus de Patribus Nicænis, ordine alphabetico, f. 39. [illegible] In fine vero, f. 42. hæc legitur adnotatio: *Explicit Ordo Conſecrationis Altaris cum Chriſmate, compoſitus a Jeſujabo Catholico Adjabenico.* [illegible]

6. *Caſus*, in quibus Altare conſecrandum eſt cum Chriſmate, & ſine Chriſmate, f. 42. a t. [illegible] Vide Cod. XLII. f. 108. Cod. XLIII. f. 21. a t. & Cod. XLV. f. 30. a t.

7. *Conſecratio Altaris* ſine Chriſmate, f. 43. [illegible] Vide Cod. XLII. f. 108. & Cod. XLV. f. 31. a t.

8. *Benedictio Calicis*, antequam ad Altare deferatur, f. 45. [illegible] Vide Cod. XLII. f. 107. a t. & Cod. XLV. f. 34.

9. *Ordinatio Diaconorum*. Videlicet Lectoris, f. 46. Hypodiaconi f. 47. a terg. Diaconi fol. 48. [illegible] Vide Cod. XLIII. f. 62. & Cod. XLV. f. 34.

10. *Ordinatio Presbyterorum*, f. 54. a t. [illegible] Vide Cod. XLIII. f. 62. & Cod. XLV. f. 44. a t.

11. *Ordo Habitus Monachorum*, f. 61. [illegible] Vide Cod. XLIII. f. 107. a t. & Cod. XLV. f. 51.

12. *Ordo Tonſuræ Monachorum*, compoſitus a *Phetione Presbytero & Monacho*. Ac primum Tonſura Virorum, f. 63. a t. [illegible] Vide Cod. XLV. f. 54. & Cod. LXIII. f. 37. Laudantur ex Monachis, f. 76. a t. Iſidorus, Dorotheus, Didymus, Pambo, Poemen, Job, Agatho, Or, Peſoes, Eſaias, Evagrius, Milles, Macarii, Palladius, Hieronymus, Ammonius, Paulus, Antonius, Arſenius, Siſoes, Eugenius, Hilarion, Apollo, Pachomius, Pior, Eſajas Abbas, Johannes Apamenus Johannes in Lyco, Eulogius Scholaſticus, Benjaminus, Stephanus, Moſes, Patermuthius: & qui in Oxyrincho, Ægypto, Monte Oliveto, Cappadocia, Thebaide, Tabenna, & in regionibus Romæ, Hiſpaniæ, Æthiopiæ, Indiæ, & Ophir claruere. Fol. 78. Euſebius & Theodoſius, nec non Doctores, Polycarpus, Euſtathius, Meletius, Ignatius, Diodorus, Theodorus, & Neſtorius.

13. *Tonſura Sanctimonialium*, f. 82. a t. [illegible] Vide Cod. XLV. f. 88. & Cod LXIII. f. 58. Nomina Sanctorum f. 83. Oneſima, Melania, Sara, Marina, Eupraxia. F. 86. Maria Virgo Mater Chriſti, Sara, Rebecca, Lia, Thamar, Rachel, Ruth, Maria ſoror Aaronis, & ſoror Samæ, quæ fuit Martyr [illegible], & filia Manue [illegible] Debbora, Anael, quæ Siſaram occidit, mater Samſonis, Anna mater Samuelis,

Digitized by Google

lis, Bethſabee, mulier Sareptana, Sulamitis, Eſther, Holdi, Suſanna, filia Jephte, Samona cum filiis Machabæis, Eliſabeth, Anna Prophetis, Chananæa, Samaritana, Maria, quæ pedes Domini unxit, & ſoror ejus Martha, Maria Joſe, Tabitha, Thecla, Juliana, Priſcilla, Claudia, Rhode, Phœbe, Perſe, Tryphena, Tryphoſa, & ſoror Nerei, & Olympæ [illegible] Evodia, Syntyche, Juſta, Stratonica, Theoctiſta, Alexandra, Julitta, Febronia, Tarbe, Anaith, Scirina, Protanica uxor Claudii Cæſaris [illegible] Meſchita cum duobus filiis [illegible] Helena Conſtantini mater: Virgo illa Dorothei [illegible], Alexandra, Pelagia, Thais, Virgo illa quæ ſtultitiam ſimulabat & a Pithor Monacho ſalutata fuit; Mulier, quæ Athanaſium per tres annos occultavit; Piammona, & Tamarona, Ometlias anus. Virgo Colethei [illegible] & illa, pro qua obiit Magiſtrianus, Melania major & minor, Olympias, Candida, Gelaſia, Juliana, Marina, Oneſima Regum filia, quam Dubinus coluit; Martha, Cyra, Romana, Suſanna, Procula [illegible] Maria Chidonita, [illegible] Stratonica, Eupraxia, & Virgines CCC. Monaſterii Sidrarum [illegible]

14. *Admonitio* de Ordinationum temporibus, fol. 96. [illegible] Vide Cod. XLV. f. 179.

15. *Cantus* in Tonſura Monachorum, f. 96. a t. [illegible] Initium. [illegible] Nomina Monachorum; Abraham Barjalda, Moſes, & Joſeph. [illegible] Nomina Doctorum: Diodorus, Theodorus, Neſtorius. [illegible]

[illegible]

16. *Benedictio*, quum Epiſcopus ex urbe egreditur, f. 97. a t. [illegible] De Edeſſa, Roma, & Byzantio hæc ibid. legas: [illegible]

Emitte Domine Deus noſter huic urbi benedictionem illam, quam fideli civitati Edeſſæ miſiſti . . . & vivo Crucis ſigno portæ ejus ſignentur, ſicut Roma per Petrum & Paulum, & Byzantium per Crucem.

17. *Benedictio*, quum Epiſcopus ingreditur Cœnobium Fratrum, f. 97. a t. [illegible]

18. *Benedictio*, quum egreditur e Cœnobio Fratrum, f. 68. [illegible]

19. *Benedictio Abbatis Monachorum*. f. 98. [illegible]

20. *Abſolutio* in fine Liturgiæ, f. 99. a t. [illegible] Vide infra f. 111.

21. *Forma Conſecrationis* ſuper Panem, & Vinum, e Latino in Syriacum converſa, f. 101. [illegible]

22. *Liturgia Sanctorum Apoſtolorum*. f. 101. a t. [illegible] Vide Cod. XLII. f. 25. a t. Cod. XLIII. f. 23. Cod. XLIV. f. 19. Lectiones Apoſtolicæ & Evangelicæ.

gelicæ ; 1. Apoſtolus ad Galatas, f. 112. [illegible] Evangelium ex Johanne f. 112. a t. [illegible] 2. Apoſtolus ad Corinthios, fol. 113. [illegible] Evangelium Johannis ibid. [illegible] Aliud Johannis, f. 114. [illegible]

23. *Liturgia Theodori Commentatoris Divinorum Librorum*, fol. 116. a t. [illegible] Vide Cod. XLII. p. 44.

24. *Verſus* dodecaſyllabi pro diebus ferialibus ad Liturgiam, f. 124. [illegible]

25. *Abſolutio* in fine Liturgiæ ad portam cancellorum dicenda, metro heptaſyllabo, f. 126. [illegible] Altera pro Defunctis, f. 127. a t. [illegible]

Is Codex, ſi quidem priora decem, ac poſteriora viginti octo folia excipias, quæ a Joſepho Indiarum Epiſcopo, ſuperiorum Codicum XLVI. LXII. & LXV. calligrapho, adjecta videntur, deſcriptus eſt anno Chriſti 1529. ut hæc oſtendit Epigraphe, quæ f. 94. & ſeqq. occurrit: [illegible] " Explicit ope Altiſſimi, & auxilio „ Dei, Ordo iſte Sacerdotalis, ideſt Patriarchalis, in quo hæc habentur: Con„ ſecratio Altaris cum & ſine Chriſmate: Ordinatio Presbyterorum & Diaco„ norum: Habitus Monachorum: Tonſura virorum & mulierum. Laus Deo, „ & nobis miſericordia & pietas ejus effundatur ſemper, Amen. Abſolutus eſt „ autem

„ autem & perfectus Ordo iſte feria 5. die 23. menſis benedicti Elul, *Septembris*, anno Græcorum 1840. Laus ei, qui tempora & generationes præterire facit, ipſius autem dominationis poteſtas ſtat in æternum & in ſeculum ſeculorum Amen. Exaratus ſub umbraculo beati Mar Achæ, fratris naturalis Sancti Johannis Ægyptii, diſcipulorum viri Dei ſancti beati Eugenii: quorum Ædes ſita eſt, favente Deo, in monte benedicto, qui ſimilis eſt montis Oliveti apud Hieroſolymam ſiti, vocatur autem Mons Cœnobiorum, eſtque ad ripam Tigris fluvii Edenitici, juxta caſtrum Phanechum in confinio Gazartæ Zebedææ. Precibus horum Sanctorum, quorum meminimus, & aliorum ſociorum eorum cuſtodiat Dominus Paſtores, eorumque greges, atque univerſam Sanctam Catholicam Eccleſiam, & alto ſuæ providentiæ muro muniat hunc benedictum locum, in quo Divinum ipſorum habitaculum exiſtet in ſeculum & in generationem generationum etiam Amen. Scriptus autem diebus Patris Patrum & Principis Paſtorum Domini Simeonis Catholici Patriarchæ Orientis: Chriſtus Dominus noſter conſtituat eum cum victoria in capite Chriſtianarum diœceſeon uſque in finem dierum, Amen. Studium autem & operam ſuam contulit, ut hic Ordo deſcriberetur, Sanctus Pater noſter, & beatus Paſtor, vigilans & proſpere agens, Dominus Gabriel Epiſcopus Gazartæ Zebedææ, qui pro ſe ipſo ſuiſque illum expenſis exarandum curavit: nunc vero ad ipſum propriè & legitime hic Liber pertinet. Chriſtus Dominus noſter concedat ei tempora tranquilla pacis & quietis, dieſque longos, & vitam diuturnam, ut legat in eo cum gaudio, & cordis lætitia, oretque pro calligrapho perdito & confuſo, qui in errore ambulat, in turpitudibus meditatur, & in iniquitatibus eſt implicitus: ut forte in die Judicii miſericordiam conſequatur. Ora Domine Epiſcope electe, ſimplex & pudice, pro laſſo & perturbato amanuenſi, & ſordibus uſquequaque pleno. Deprecare Domine Gabriel, quum ad Altare Sacrum peragis, & poſtula pro Scriptore, qui terra & pulvis eſt, ut veniam conſequatur per Dei miſericordiam. Deſcriptus eſt Liber iſte ex apographo, exarato anno Græcor. 1587. manu Diaconi Brichæ filii Saidi Bagdadenſis, magiſtri Scholæ in Eccleſia Hamdanæ. Dignum miſerationibus ſuis ipſum faciat Dominus, Amen. „

Pertinuit olim ad Ananjeſum Metropolitam Gazartæ Zebedææ, filium fratris antedicti Simeonis Patriarchæ Chaldæorum: ſic enim fol. 98. a tergo habetur.

ܛܟܣܐ ܗܢܐ ܕܝܠܗ ܕܐܒܘܢ ܩܕܝܫܐ ܘܕܡܥܡܪܐ ܕܪܘܚܐ ܩܕܝܫܬܐ ܡܥܠܝܐ ܡܪܝ ܚܢܢܝܫܘܥ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ ܕܓܙܪܬܐ ܕܒܝܬ ܙܒܕܝ ܘܕܟܠܗܘܢ ܡܪܕܘܬܗ ܢܛܘܪܐ ܕܟܘܪܣܝܐ
ܕܩܕܝܫܐ ܐܕܝ ܘܡܪܝ. ܒܪ ܐܚܘܗܝ ܕܐܒܘܢ ܡܒܪܟܐ ܘܡܛܘܒܐ ܡܪܝ ܫܡܥܘܢ ܩܬܘܠܝܩܐ
ܕܟܠܗ ܡܕܢܚܐ. ܡܪܢ ܢܛܪܝܘܗܝ ܗܘܬ ܗܕܐ ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܡܢܡܐܐ ܘܚܡܫܝܢ ܘܫܬ ܕܝܘܢܝܐ.

" Ordo iſte eſt Sancti Patris noſtri & habitaculi Spiritus Sancti, *&c.* Domini Ananjeſu Epiſcopi Metropolitæ Gazartæ Zebedææ, univerſorumque illius pagorum, cuſtodis Sedis Sanctorum Adæi & Maris, filii fratris Patris noſtri benedicti & beatiſſimi Domini Simeonis Catholici totius Orientis, *&c.* Hæc facta ſunt anno Græcor. 1856. *Chriſti* 1545. Laus Deo, Amen. „

L X V I I.

Codex in folio, bombycinus, foliis conſtans 170. Syriacis recentioribus literis eleganter exaratus, inter Syriacos Codd. Vaticanos olim Vigeſimus tertius; ubi continetur.

1. ܒܝܬ ܓܙܐ Bethgaza, hoc eſt, *Theſaurus*, ſive *Breviarium Feriale*, Syrorum Jacobitarum; cujus in fronte hæc a Leonardo Abel, Epiſcopo Sidonienſi, Pontificio ad Chriſtianos Orientales Ablegato, qui non paucos Mss. Codices Orientales Vaticanæ Bibliothecæ addixit, Latine conſcripta, legas: *Bathgas ſive Scebim, Breviarium*. In fine vero: *Bethgaſo, vel Xbim, ideſt, Breviarium. Ex Libris Leonardi Abel Epiſcopi Sidonienſis. Breviarium lingua & charactere Syriaco*. Initium f. 1. a t. [Syriac text] *Sanctæ & conſubſtantialis Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus vivi & Sancti, unius veri Dei ſpe freti, ſcribere adgredimur Orationes Ferialium, quas Sancti Patres noſtri ordinarunt. Primum ad Veſperas Dominicæ* (i. e. exeunte Dominica, ad Veſperas Feriæ ſecundæ) *Sequentia. Peccavi in cælum & coram te*. Conſequuntur Precationes tres, S. Jacobo adſcriptæ; quarum

Prima incipit, f. 2. a t. [Syriac text]

Precatio ſecunda, fol. 3. [Syriac text]

Tertia Precatio, ibid. [Syriac text] Confer cum Breviario Syriaco, Romæ typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, curante Athanaſio Saphar Epiſcopo Mardenſi, anno 1696. impreſſo, cui hic titulus præfixus: *Breviarium Feriale Syriacum, SS. Ephræm, & Jacob Syrorum, juxta ritum ejuſdem Nationis, quod incipit a Feria ſecunda uſque ad Sabbathum incluſive*. Ibi Pſalmi & Cantus habentur ad ſeptem Horas; videlicet, ad Veſperas, Completorium, Nocturnum, Matutinum, Tertiam, Sextam, & Nonam: in hoc autem Codice Cantus ſine Pſalmis, ad Veſperas, Nocturnum, & Matutinum dumtaxat; uti ſequitur. *Nocturnum Feriæ* 2. incipit f. 3. [Syriac text] Precatio S. Jacobi ad Deiparam, f. 3. a t. [Syriac text] Precatio altera ejuſdem de Pœnitentia. Ibid. [Syriac text] *Matutinum Feriæ ſecundæ*, f. 3. a t. [Syriac text] Precatio S. Jacobi, f. 6. a t. [Syriac text]

Dominica Quarta, ſive ultima Dedicationis Eccleſiæ, uti & nomen Calligraphi, & Epocha deſcripti ab eo Codicis, avulſis in fine aliquot foliis, deſiderantur. Habes tamen Calligraphi nomen, fol. 212. ubi poſt Rubricam de Feſto Sanctæ Crucis, hæc leguntur: ܘܠܡܬܝ ܚܛܝܐ ܘܠܐܒܗܘܗܝ ܒܨܠܘܬܟܘܢ ܐܘ ܡܪܝ ܩܪܘܝܐ *Et memento miſeri Matthæi, ejuſque parentum, in tuis Orationibus, o Domine Lector.*

Initio autem Codicis, quem ad decimum ſextum Chriſti ſeculum haud immerito referas, præfigitur Tabula, hiſce inſcripta verbis: ܬܘܒ ܟܬܒ ܐܢܐ ܣܘܪܓܕܐ ܕܐܪܒܥܣܪܐ ܘܐܬܘܬܐ ܕܐܘܟܡܢ ܡܘܕܥܢ ܕܦܨܚܐ ܢܡܘܣܝܐ ܒܐܕܪ ܢܦܠ. ܘܣܘܡܩܢ ܒܢܝܣܢ: ܬܘܒ ܟܬܒ ܐܢܐ ܣܘܪܓܕܐ ܕܐܪܒܥܣܪܐ: ܘܐܬܘܬܐ ܕܐܘܟܡܢ ܡܘܕܥܢ ܕܦܨܚܐ ܢܡܘܣܝܐ ܒܐܕܪ ܢܦܠ: ܘܣܘܡܩܢ ܒܢܝܣܢ *Item ſcribo Lineam*, i. e. Tabulam, *Quartædecimæ; & Literæ quidem nigræ ſignificant, Paſcha Legale cadere in menſem Martium; Rubræ vero, in menſem Aprilem.* Hæc Tabula a Syris excogitata eſt, ad inveniendum Paſcha Ebraicum, quod in Lunam decimamquartam incidit; unde colligitur Paſcha noſtrum, quod Dominica ſubſequente, juxta regulas Kalendarii Nicæni, eſt celebrandum.

LXXXVII.

Codex in 4. bombycinus, foliis conſtans 167. Chaldaicis literis elegantiſſimis exaratus, inter Codd. Syriacos Vaticanos olim Vigeſimus quartus; ubi continetur,

Ordo Officii Syriaci, juxta Ritum Syrorum Neſtorianorum. *Pars Tertia*, nimirum a Dominica poſt Reſurrectionem Domini, uſque ad Dominicam iv. Dedicationis Eccleſiæ. Nam in tres partes Officium Chaldæorum dividi ſolet: quarum prima decurrit a Dominica 1. Annunciationis, ideſt, quarta ante Nativitatem Domini, uſque ad Dominicam i. Quadrageſimæ, quæ eſt apud Latinos Dominica Quinquageſimæ. Pars ſecunda, a Dominica i. Quadrageſimæ, uſque ad totam hebdomadam Reſurrectionis. Pars tertia, a Dominica ii. Reſurrectionis, i. e. ab Octava Paſchatis, ſeu Dominica in Albis, uſque ad Dominicam iv. Dedicationis Eccleſiæ. Videlicet.

Dominica ii. Reſurrectionis, quæ & Nova dicitur. ܡܢ ܚܕܒܫܒܐ ܕܩܝܡܬܐ ܘܚܕܬܐ ܚܕܬܐ Init. fol. i. ܫܘܒܚܐ ܠܡܫܝܚܐ ܕܒܩܝܡܬܗ ܚܕܬ ܠܢ

Commemoratio S. Georgii, quæ recolitur die 24. Aprilis. (Lege 23.) Fol. 4. a tergo. ܘܕܟܪܢܐ ܕܡܪܝ ܓܝܘܪܓܝܣ ܘܕܚܒܪܘܗܝ ܒܥܣܪܝܢ ܘܬܠܬܐ ܒܢܝܣܢ

Dom. iii. Reſurrectionis, fol. 8. a tergo. ܡܢ ܒܬܪ ܩܝܡܬܗ ܕܡܫܝܚܐ

Dom. iv. Reſurrectionis, fol. 12. ܕܚܕܐ ܐܝܟ ܕܒܟܠ ܐܬܪܘܬܐ

Dom. v.

Dom. v. Reſurrectionis, fol. 14. [illegible]

Dom. vi. Reſurrectionis, fol. 16. a tergo. [illegible]

Feſtum Aſcenſionis Domini Noſtri in Cælum, quod celebratur Feria v. die quadrageſimo poſt Reſurrectionem, [illegible] Init. fol. 27. [illegible]

Dominica poſt Aſcenſionem, fol. 24. [illegible]

Dominica Pentecoſtes, quæ eſt Dominica Initii Hebdomadæ Apoſtolorum, [illegible] Init. fol. 27. [illegible]

Dom. ii. Apoſtolorum, fol. 38. a tergo. [illegible]

Dom. iii. Apoſtolorum, fol. 41. [illegible]

Dom. iv. Apoſtolorum, fol. 44. a tergo. [illegible]

Dom. v. Apoſtolorum, fol. 48. [illegible]

Dom. vi. Apoſtolorum, fol. 51. a tergo. [illegible]

Dom. vii. Apoſtolorum, fol. 54. a tergo. [illegible]

Feria vi. finis hebdomadæ Apoſtolorum: Commemoratio LXXII. Diſcipulorum, fol. 57. a t. [illegible]

Dominica, finis hebd. Apoſtolor. & initium hebdomadæ Æſtatis, quæ *Nuſardel* nuncupatur, [illegible] Initium, fol. 57. a tergo. [illegible]

Dom. ii. Æſtatis, fol. 65. [illegible]

Dom. iii. Æſtatis, fol. 63. [illegible]

Dom. iv. Æſtatis, fol 72. [illegible]

Dom. v. Æſtatis, fol. 75. a tergo. [illegible]

Dom. vi. Æſtatis, fol. 78. a tergo. [illegible]

Dominica, finis hebdomadæ Æſtatis, [illegible] Init. f. 82. [illegible]

Dom. i. Eliæ, fol. 84. a tergo. [illegible]

Dom. ii. Eliæ, fol. 88. [illegible]

Dom. iii. Eliæ, fol. 91. a tergo. [illegible]

Feſtum Inventionis Crucis Domini noſtri, [illegible] Init. fol. 96. [illegible]

Dom. i. Inventionis Crucis, & iv. Eliæ, fol. 108. [illegible]

Dom. ii. Inventionis Crucis, & v. Eliæ, fol. 111. a tergo. [illegible]

Dom. iii. Inventionis Crucis, & vi. Eliæ, fol. 114. a tergo. [illegible]

Dominica iv. Inventionis Crucis, & finis hebdomadæ Eliæ. Init. fol. 117. [illegible]

Dom. i. S. Moſis, fol. 120. [illegible]

Dom. ii. Moſis, & vi. Crucis, fol. 124. [illegible]

Dom. iii. Moſis, & vii. Crucis, fol. 126. a tergo. [illegible]

Dom. iv. Moſis, fol. 129. [illegible]

Dom. v. Moſis, fol. 131. a tergo. [illegible]

Dom. vi. Moſis, fol. 132. a tergo. [illegible]

Dominica, finis hebdomadæ Moſis, fol. 133. [illegible]

Dominica i. Ingreſſus [illegible] Quæ & dicitur [illegible] *Dominica Dedicationis Eccleſiæ, qua ex atrio in Templum*

plum ingrediuntur. Initium fol. 133. a tergo. [illegible]

Dom. ii. Ingreſſus, fol. 139. [illegible]

Dom. iii. Ingreſſus, fol. 142. a tergo. [illegible]

Dom. iv. Ingreſſus, ſeu Dedicationis Eccleſiæ, fol. 146. [illegible]

Officia Ferialia, a Feria ii. ad Sabbathum incluſive, ab Hebdomada ii. Poſt Paſcha, uſque ad Feriam vi. Hebdomadæ vii. Apoſtolorum, qua fit Commemoratio LXXII. Diſcipulorum. Initium fol. 163. [illegible] Finis, fol. 163. [illegible] Vide Cod. LXXXIV. f. 46. a t. & ſeqq.

Feſtum Transfigurationis Domini Noſtri. [illegible] Init. fol. 166. a tergo. [illegible] Deeſt finis.

Is Codex ad decimum quintum Chriſti ſeculum videtur referendus.

LXXXVIII.

CODex in 8. bombycinus, foliorum 214. Chaldaico charactere, quem Eſtranghelum, ſive rotundum vocant, eleganter exaratus, inter Codd. Syriacos Vaticanos olim Vigeſimus ſextus; quo continetur.

1. OFFICIUM a Monachis tyronibus recitandum, juxta Ritum Chaldæorum, hoc eſt, Syrorum Neſtorianorum, hocce titulo prænotatum: [illegible] *Virtute Domini noſtri Jeſu Chriſti, incipimus ſcribere Ordinem Monachorum tyronum, qui in cellis ſuis miniſtrant*, i. e. Pſalmodiam recitant. Incipit a Veſperis Dominicæ, fol. 3. a tergo. [illegible] Præit Rubrica de recitatione Officii Divini, f. 2. a tergo. [illegible] *Primum quidem, Crucis ſigno te ipſum ſigna, quotieſcumque Officium recitare adgrederis, dicens: Sanctus, Sanctus, Sanctus es Domine Deus*, &c.

Feria ſecunda, fol. 21. a tergo. [illegible]

Feria tertia, fol. 41. a tergo. [illegible]

Feria quarta, fol. 54. a tergo. [illegible] In hoc autem Officio, fol. 64. & 76. a tergo, inter Sanctos recenſentur, atque invocantur, *Diodorus*, *Theodorus*, *Neſtorius*, *& Narſes*.

Feria quinta, fol. 82. [illegible]

Feria ſexta, fol. 103. [illegible] Heic etiam ceu Sancti, fol. 123. laudantur, *Diodorus* cum ſociis, & *Maraba*.

Sabbatho, fol. 125. a tergo. [illegible]

2. *Cantus, & Hymni pro Defunctis in ſingulos hebdomadæ dies diſtributi*. [illegible] Videlicet; pro die Dominica. Init. f. 149. [illegible] Feria ii. fol. 151. a tergo. [illegible] Feria iii. fol. 153. a teſgo, [illegible] Feria iv. fol. 155. a t. [illegible] Feria v. fol. 157. [illegible] Feria vi. fol. 156. [illegible] Sabbatho, fol. 161. [illegible]

Officiium aliud Dominicæ, fol. 162. a t. [illegible] Fol. 170. invocantur, tamquam Sancti, *Diodorus*, *Neſtorius*, *Narſes*, *Barſumas*, *Abraham*, *Job*, *Iſai*, *Maraba Catholicus*. Fol. autem 176. a t. adnectitur Dialogus inter B. V. Mariam, & Joſephum, qui ſuſpicatus dicitur, illam

illam ex adulterio concepiſſe. [illegible]

4. *Ritus recitandi Lectiones ex Novo Teſtamento*. [illegible] Init fol. 182. a tergo. [illegible]

5. *Interrogationes & Reſponſiones Joſue Bar-Nun Catholici ad Macarium Monachum*, circa Pſalmodiam. [illegible] Sunt ix. numero, quarum prima Interrogatio, fol. 187. a t. [illegible] i. e. *An fas ſit, duas ſimul Horas recitare, & an tres, nec ne? Sunt enim ex Patribus, qui dixerunt, non eſſe unam Horam cum altera conjungendam*. Ad hunc Joſue Bar-Nun, Catholici, ſeu Patriarchæ Neſtorianorum, Tractatum reſpexiſſe videtur Ebedjeſus Sobenſis in Catalogo Librorum Syriacorum, Cap. 89. dum ait, Tom. 3. Bibl. Orient. pag. 166. [illegible] *Scripſit etiam de diſtinctione Officiorum*.

6. *Monita ad Monachum*, dum e cella egreditur, obuiam fit fratri, Templum ingreditur, Reliquias Sanctorum veneratur, ſeipſum Cruce ſignat, Evangelium oſculatur, Corpus & Sanguinem Chriſti ſumit. [illegible] Init. fol. 190. [illegible]

7. *Benedictio Aquæ pollutæ*. [illegible] Initium fol. 193. a tergo. [illegible]

8. *Benedictio Ablutionis*, quæ ex aqua & pulvere conficitur. [illegible] Init. fol. 195. a tergo. [illegible]

9. *Hymni de Pœnitentia*. [illegible] Init. fol. 196. a tergo. [illegible]

10. *Cantus Ordinis Menſium, Defunctorum, & Sanctorum*. [illegible] Initium fol. 205. a tergo. [illegible]

Is Codex exaratus eſt Anno Chriſti 1557. ut hæc docet epigraphe, quæ fol. 200. legitur: [illegible] „ Explicit ope Domini ac Dei noſtri, hic inte-
„ ger, omnibuſque modis perfectus Ordo, juxta Ritum, a Rabban Franſa,
„ *Franciſco*, Monacho inſtitutum, Feria v. die 28. benedicti menſis Canun po-
„ ſterioris, *Januarii*, Anno 1868. Alexandri filii Philippi Macedonis, Regis
„ Græcorum, *&c.* Scriptus eſt autem hic Liber in benedicta, fidemque Petri te-
„ nente, India, in inſula benedicta Salſate, quæ duabus leucis, hoc eſt millia-
„ ribus octo diſtat ab urbe benedicta Baſain, ſub umbraculo benedictæ, glorio-
„ ſæ, & Sanctæ Virginis puræ & immaculatæ Dominæ Mariæ beatæ Matris Dei,
„ Domini, Regis, Salvatoris & Vivificatoris noſtri Jeſu Chriſti, *&c.* Vitiavit,
„ ſeu corrupit haſce chartas humilis & pauper, Joſephus, nomen quidem ge-

„ rens Epiſcopi, & Metropolitæ, operibus tamen vacuus, ac remotus; quem-
„ admodum diſtat oriens ab occaſu, & ſeptentrio a meridie, & terra a cælo,
„ & initium mundi ab ejus fine, &c.

LXXXIX.

COdex in 8. bombycinus, foliis conſtans 151. Chaldaicis literis exaratus, inter Codices Syriacos Vaticanos olim Vigeſimus ſeptimus: ubi continentur.

1. *Hymni Martyrum ad Veſperas & ad Matutinum per totam hebdomadam*: juxta Ritum Neſtorianorum, hoc titulo prænotati, fol. 1. a t. ܒܚܝܠ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܫܪܝܢܢ ܠܡܟܬܒ ܬܫܒܚܬܐ ܕܣܗܕܐ. ܡܪܢ ܥܕܪܝܢ ܒܪܚܡܝܟ ܐܡܝܢ. *Ope Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſcribere adgredimur Hymnos Martyrum. Domine adjuva nos propter miſericordiam tuam, Amen*. Et primum. ܥܠ ܪܡܫܐ ܕܬܪܝܢ ܒܫܒܐ ܬܫܒܘܚܬܐ ܩܕܡܝܬܐ
Cantus primus, ad Veſperas Feriæ ſecundæ. Init. ܡܫܝܚܐ ܕܠܟ ܟܠ ܥܡܡܐ

Cantus ſecundus, ad Matutinum Feriæ ſecundæ, ܥܠ ܨܦܪܐ ܕܬܪܝܢ ܒܫܒܐ fol. 4. ܚܕܝܘ ܣܗܕܐ

Cantus tertius, ad Veſperas Feriæ tertiæ, fol. 7. a tergo. ܥܠ ܪܡܫܐ ܕܬܠܬܐ ܒܫܒܐ ܐܬܟܢܫܘ ܐܚܝ ܣܗܕܐ Initium.

Cantus quartus, ad Matutinum Feriæ tertiæ. ܥܠ ܨܦܪܐ ܕܬܠܬܐ ܒܫܒܐ fol. 10. a tergo. ܬܫܒܘܚܬܐ ܠܡܫܝܚܐ

Cantus quintus, ad Veſperas Feriæ quartæ. ܥܠ ܪܡܫܐ ܕܐܪܒܥܐ ܒܫܒܐ fol. 14. ܬܫܒܘܚܬܐ ܠܡܫܝܚܐ ܕܐܬܓܠܝ

Cantus ſextus, ad Matutinum Feriæ quartæ, ܥܠ ܨܦܪܐ ܕܐܪܒܥܐ ܒܫܒܐ fol. 16. a tergo. ܬܫܒܘܚܬܐ ܠܡܫܝܚܐ ܡܠܟܐ

Cantus ſeptimus, ad Veſperas Feriæ quintæ, ܥܠ ܪܡܫܐ ܕܚܡܫܐ ܒܫܒܐ fol. 19. ܬܫܒܘܚܬܐ ܠܒܪܐ ܡܫܒܚܐ

Cantus octavus, ad Matutinum Feriæ quintæ, ܥܠ ܨܦܪܐ ܕܚܡܫܐ ܒܫܒܐ fol. 21. a tergo. ܥܘܗܕܢܐ ܕܡܠܦܢܐ ܬܫܒܘܚܬܐ ܠܐܠܗܐ Commemorantur, fol. 24. *Diodorus, Theodorus, Neſtorius, Ephræm, Narſes, Abraham*.

Cantus nonus, ad Veſperas Feriæ ſextæ, ܥܠ ܪܡܫܐ ܕܥܪܘܒܬܐ fol. 24. ܡܫܝܚܐ ܩܢܘܡܐ ܕܟܠܢ Commemorantur, fol. 26. a tergo. *Petrus, Paulus, Theodorus, Neſtorius, Georgius Martyr*.

Cantus decimus, ad Matutinum Feriæ ſextæ, ܥܠ ܨܦܪܐ ܕܥܪܘܒܬܐ fol. 27. a t. ܚܘܒܐ ܡܠܐ ܗܘܐ Commemorantur, fol. 30. *Diodorus, Theodorus, Neſtorius, Ephræm, Narſes, Barſumas, Abraham, Job, Johannes, Michael, Antonius, Sabarjeſus, Ananjeſus, Johannes Bar-Hazaje, Neme Zainæus, Subchalmaranus, Pharnaſes, Joſeph, Canubaja, Jeſuſabranus, Hormiſdas, Eugenius, Scialita, Codabues, Babæus, Jacobus Niſibis, Abraham, Acha, Andreas, Eulogius, Johannes Tajus, Rabban Salara*, & mater ejus, *Michæas, Abbas Jozdad*, & *Jarethus*.

Cantus undecimus, ad Veſperas Sabbathi, ܥܠ ܪܡܫܐ ܕܫܒܬܐ fol. 31. ܬܫܒܘܚܬܐ ܠܡܫܝܚܐ ܕܒܣܗܕܘܗܝ

Cantus duodecimus, ad Matutinum Sabbathi. ܥܠ ܨܦܪܐ ܕܫܒܬܐ f. 33. a tergo. ܒܨܦܪܐ ܬܫܒܘܚܬܐ ܠܟܠܗ ܬܪܝܢܘܬܐ Commemoratur *S. Cyriacus Martyr*. f. 35.

Cantus decimus tertius, ad Dominicam, quæ Priorum dicitur. ܥܠ ܚܕ ܒܫܒܐ ܕܩܕܡܝܐ fol. 35. a tergo. ܓܝܘܪܓܝܣ ܣܗܕܐ Commemoratur *S. Georgius Martyr*. fol. 38. a tergo.

Can-

Cantus decimuſquartus, ad Dominicam, quæ Poſteriorum dicitur. ܥܠ ܐܚܪ̈ܝܢ ܥܘܗܕܢܐ ܕܣܗ̈ܕܐ fol. 39. ܕܡܬܥܗܕܝܢ ܒܫܡܗܝܢ Commemorantur SS. Martyres, qui paſſi ſunt in Perſide ſub Choſroe, *Simeon* ſcilicet, cum ſociis in oppido Ledan, & *Tahmazegerdes* cum ſuis in oppido Seleuciæ: nec non *Chriſtophorus*, *Cyriacus* cum matre *Julitta*, *Samone* cum ſeptem filiis Machabæis: *Georgius*, *Narſes*, *Neſtorius*, *Maraba*, *Acha* cum fratre *Johanne*, *Subarjeſus*, *Ananjeſus*, *Eugenius*, *Hormiſdas*, *Joſephus*.

2. *Ordo Sponſalium*. ܛܟܣܐ ܕܡܟܘܪܘܬܐ fol. 49. a t. Initium: ܡܘܕܥܢܘܬܐ ܕܐܝܟܢܐ ܘܠܐ ܕܢܗܘܝܢ ܡܟܘܪܘܬܐ *Admonitio, quomodo oporteat fieri Sponſalia*. ܩܕܡܝܬ ܡܬܟܢܫܝܢ ܐܚ̈ܝܢܐ ܕܚܬܢܐ ܘܕܟܠܬܐ *Primum, conveniunt affines Sponſi, & Sponſæ*, &c. Incipit Oratio fol. 53. a tergo. ܠܟ ܡܪܝ ܡܫܒܚܝܢ Confer cum *Ordine Sponſalium*, qui deſcriptus eſt ſupra Cod. LXII. fol. 361. num. 1. & Cod. LXIV. fol. 363. n. 1.

3. *Ordo Benedictionis Veſtimentorum*. ܛܟܣܐ ܕܒܘܪܟ ܡܐܢ̈ܐ fol. 62. a tergo. Initium. ܡܫܒܚܐ ܡܒܪܟ ܡܐܢ̈ܐ ܕܚܬܢܐ ܘܕܟܠܬܐ Confer cum Cod. LXIII. fol. 361. num. 3. & Cod. LXIV. fol. 363. num. 3.

4. *Ordo Benedictionis Coronæ*. ܛܟܣܐ ܕܒܘܪܟ ܟܠܝܠܐ fol. 70. ܡܫܒܚܐ ܡܫܟܠܠ ܡܫܡܫܢܐ. ܡܟܠܐ. Confer cum Cod. LXIII. f. 361. n. 4. & Cod. LXIV. f. 363. n. 4.

5. Chamiſii, cognomento *Bar-Cardache*, hymnographi Neſtoriani, circa finem ſeculi decimi tertii clari, *Carmina parænetica*, metro heptaſyllabo. ܡܟܬܒ̈ܢܘܬܐ ܡܥܒܕܢ̈ܝܬܐ ܕܥܒܝܕܢ ܠܚܡܝܣ ܒܪ ܩܪܕܚܐ f. 100. a t. Videlicet, Carmen I. ܛܘܒܢܐ ܕܡܢܐ ܗܘܐ Ibid. Carmen II. ܐܢܐ ܗܘܝܬ ܡܢ ܡܟܬܒܢܐ fol. 103. a t. Carmen III. ܡܪܡܪܢܘܬܐ ܘܡܬܚܫܒܢܐ ܐܢܐ fol. 106. a t. Carmen IV. ܐܘ ܢܦܫܐ ܕܡܟܪܗܐ ܕܚܝܡܬܐ fol. 109. a t. Camen V. ܚܙܝ ܟܕ ܗܘܐ ܡܬܩܦܢܐ fol. 112. Carmen VI. ܠܐ ܗܘܐ ܠܟ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ fol. 115. Carmen VII. ܐܘ ܢܦܫܐ ܟܠܗ ܡܬܒܥܝܐ fol. 118. Carmen VIII. ܡܪܝܐ ܕܡܫܬܒܚ ܒܐܘܪܚܬܗ fol. 120. a tergo. Carmen IX. ܡܪܝܐ ܕܡܬܡܠܟܐ ܒܡܠܐ fol. 123. a tergo.

6. *Abſolutio*, ſeu Benedictio, a Sacerdote recitanda ad januam Altaris, in fine ſacræ Liturgiæ. ܚܘܣܝܐ ܕܡܬܐܡܪ ܥܠ ܬܪܥܐ ܕܡܕܒܚܐ f. 135. a t. ܠܒܪܟܬܐ ܡܫܝܚܝܬܐ ܗܘ ܕܡܫܚ

7. Ordinationes e Latino in Syriacum (perperam ut plurimum) converſæ: quemadmodum adnotavimus ſupra, Cod. LXVI. fol. 368. a num. 1. ad 7. Videlicet.

I. *Ordinatio Oſtiarii*. ܫܘܡܠܝܐ ܕܬܪ̈ܥܐ fol. 137. a t. ܩܕܡ ܗܢܐ ܡܬܩܪܐ. ܩܪܝܢ
Præmittitur Prima Tonſura. Male autem in textu dicitur, ܫܘܡܠܝܐ ܕܗܘܦܕܝܩܢܐ *Ordinatio Hypodiaconi*, pro ܫܘܡܠܝܐ ܕܬܪ̈ܥܐ *Ordinatio Oſtiarii*. Atqui Joſephus Indiarum Epiſcopus, qui hunc Codicem unacum Cod. LXVI. deſcripſit, ſeptem Ordinum nomina Latine & Syriace exhibet, fol. 138. a t. hunc in modum. ܗܫܐ ܡܘܕܥ ܐܢܐ ܠܟ ܡܪܝ ܩܪܘܝܐ. ܗܠܝܢ ܐܪ̈ܒܥܐ ܕܪ̈ܓܐ ܙܥܘܪ̈ܐ. ܩܕܡܝܐ ܐܘܣܛܝܐܪܝܘܣ ܗܢܘ ܬܪ̈ܥܐ. ܒ. ܠܩܛܘܪ ܗܢܘ ܩܪܘܝܐ. ܓ. ܐܟܣܘܪܩܝܣܛܐ ܗܢܘ ܦܪܝܘܕܘܛܐ. ܕ. ܐܩܘܠܝܛܘܣ ܗܢܘ ܗܘܦܕܝܩܢܐ ܗܠܝܢ ܕܪ̈ܓܐ ܙܥܘܪ̈ܐ. ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܗܠܝܢ ܐܦܣܩܘܦܐ ܡܨܐ ܠܡܬܠ ܒܟܠ ܝܘܡ ܥܐܕܐ. ܘܗܠܝܢ ܐܝܬܝܗܘܢ ܬܠܬܐ ܕܪ̈ܓܐ ܩܕܝ̈ܫܐ. ܗ. ܣܘܒܕܝܩܘܢ ܗܢܘ ܦܘܠܘܣ. ܘ. ܡܫܡܫܢܐ ܗܢܘ ܐܘܢܓܠܝܘܢ. ܦܪܢܓܝܐ ܐܡܪܝܢ ܕܝܩܘܢ. ܙ. ܩܫܝܫܐ ܗܘ ܟܗܢܐ *Nunc tibi notum facio, Domine Lector. Hi ſunt quatuor Ordines Minores*. I. *Oſtiarius, ideſt, Janitor*. II. *Lector, ideſt*, Syriace, *Karuja*. III. Exorciſta, *ideſt, Periodeutes*. Fallitur Joſephus. IV. *Acolytus, ideſt, Hypodiaconus*. Heic quoque Joſephus hallucinatur. *Hi ſunt Minores Ordines: quos & ſingulis diebus feſtis poteſt Epiſcopus conferre. Sequuntur tres Ordines ſacri: nimirum*. V. *Subdiaconus, ideſt, Paulus, ſeu qui Paulum legit*. VI. *Miniſter, qui legit Evangelium, Franciee dictus Diaconus*. VII. *Sacerdos, hoc eſt, Presbyter*. Ita Chaldæi Malabares poſt Concilium Diamperitanum anno Domini

ni 1599. ab Archiepiſcopo Goano coactum, edocti, e Latino in Syriacum idioma ſacras Ordinationes convertere.

II. *Ordinatio Lectoris*. ܣܝܡܟܐ ܕܩܪܘܝܐ . ܕܩܪܝܢܐ ܐܡܪ ܠܟ ܦܘܩܕܢܐ fol. 139. ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܡܪ ܒܥܕܢܐ ܕܣܝܡܟܐ Vide Cod. LXVI. num. 2.

III. *Ordinatio Exorciſtæ* (quem Joſephus *Cantorem* perperam reddit) ܣܝܡܟܐ ܕܡܫܬܒܩܢܐ ܗܘ ܡܙܡܪܢܐ . ܡܫܠܡ ܗܢܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܟܠ ܚܕ ܚܕ ܟܬܒܐ ܕܡܫܬܒܩܢܘܬܐ fol. 139. Vide Cod. LXVI. num. 3.

IV. *Ordinatio Acolyti*: quem *Hypodiaconum* Joſephus perperam vocat. ܣܝܡܟܐ ܕܫܡܫܢܘܬܐ fol. 139. a tergo. ܢܣܒ ܠܗܘܢ ܟܠ ܚܕ ܡܢܪܬܐ ܘܩܠܬܐ Vide Cod. LXVI. num. 4.

V. *Ordinatio Subdiaconi*. ܣܝܡܟܐ ܕܗܘܦܕܝܩܢܐ ܡܫܡܫܢܐ ܕܒܪ ܡܕܒܚܐ fol. 140. a t. ܘܗܠܝܢ ܕܟܠܗܘܢ ܡܐܢܐ ܘܐܦܝ ܡܕܒܚܐ Vide Cod. LXVI. num. 5. Heic quoque Joſephus dum fol. 141. deſcribit Inſtrumenta, quæ Subdiacono Epiſcopus porrigit, ſic ait: ܗܘ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܫܠܡ ܠܗܘܢ ܡܐܢܐ ܕܡܫܡܫܢܐ ܕܗܘܦܕܝܩܢܐ . ܘܗܟܢܐ ܡܢ ܒܬܪ ܕܡܫܠܡ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܟܣܐ . ܘܦܝܢܟܐ ܘܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܡܪ ܠܗܘܢ: ܚܙܘ . ܡܫܠܡ ܟܣܐ ܡܢ ܡܢܪܬܐ ܘܩܠܬܐ . ܘܠܗ ܠܗܘܢ . ܘܟܕ ܡܩܪܒܝܢ ܐܪܟܕܝܩܘܢ ܟܠ ܡܐܢܐ ܘܗܠܝܢ: ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ: ܚܙܘ *Tum Archidiaconus adfert Patenam cum urceis vini & aquæ, plenis vino & aqua, & Calicem, & Phialam, & genuflectunt coram Epiſcopo, & Epiſcopus tradit eis, & tangunt primum quidem Calicem, deinde Patenam, & inſtrumenta, quæ in eis ſunt: quumque manus imponunt ſuper hæc inſtrumenta, dicit eis Epiſcopus: Videte*, &c.

VI. *Ordinatio Diaconi* ܣܝܡܟܐ ܕܡܫܡܫܢܐ ܘܡܫܠܡ ܠܗ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܡܫܡܫܢܐ fol. 142. a tergo. ܡܫܠܡ ܠܗ ܠܗܘܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܘܢܓܠܝܘܢ

VII. *Ordinatio Presbyteri*. ܣܝܡܟܐ ܕܩܫܝܫܐ fol. 144. ܡܫܠܡ ܐܡܪ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ

VIII. *Tractatus de Oblatione Miſſæ*, recentiori manu adjectus. ܥܠ ܩܘܪܒܢܐ fol. 150. ܩܘܪܒܢܐ ܠܡܫܝܚܐ ܠܡܫܡܫܢܐ

Is Codex eadem, qua ſuperior Codex LXVI. manu exaratus eſt, videlicet, a Joſepho Indiarum Epiſcopo, circa annum Chriſti 1529. quemadmodum ex characteris forma colligitur.

X C.

Codex bombycinus in 4. conſtans foliis 158. Chaldaico charactere exaratus, inter Codd. Amidenſes olim Octavus; ubi continentur.

1. Eliæ III. Patriarchæ Chaldæorum Neſtorianorum, cognomento *Abu-Halim*, aliorumque ejuſdem gentis Patrum; de quorum ætate, & ſcriptis Biblioth. Orient. Tom. 3. fuſe diſſeruimus, ubi & initia rerum, quas iſthic Codex complectitur, Latine protulimus; Homiliæ, ſive Preces, quæ ad Matutinum in Officio Neſtorianorum recitantur, hocce titulo diſtinctæ: ܒܚܝܠ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܟܬܒܝܢܢ ܬܟܫܦܬܐ ܕܨܦܪܐ ܕܥܐܕܐ ܕܣܝܡܢ ܠܐܒܘܢ ܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܠܝܐ ܬܠܝܬܝܐ ܩܬܘܠܝܩܐ *Ope Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſcribere adgredimur Orationes ad Matutinum Feſtorum, editas a S. P. N. Elia Tertio Catholico*. Videlicet.

I. Homilia de Nativitate Domini. Init. fol. 1. ܕܝܠܕܐ ܕܡܪܢ: ܠܟ ܡܪܢ ܡܫܝܚܐ

II. Altera de Nativitate Domini, ab eodem *Elia* emendata, fol. 3. a tergo: ܐܚܪܬܐ ܕܝܠܕܐ ܕܡܪܢ : ܠܟ ܡܪܝܐ ܡܫܒܚܝܢ

III. In Commemoratione S. Mariæ, eodem *Elia* authore, fol. 5. a tergo. ܕܘܟܪܢܐ

[illegible]
IV. In eadem Commemoratione S. Mariæ, authore Mar *Scialita Rheſinæ Epiſcopo*, fol. 8. a tergo. [illegible]
V. In Feſto Epiphaniæ; eodem *Elia* authore, fol. 9. a tergo. [illegible]
VI. Altera de Epiphania, fol. 11. a tergo. [illegible]
VII. Ad Seſſionem primam Feriæ 2. Rogationum Ninivitarum, ejuſdem religioſiſſimi *Mar Eliæ*, fol. 14. [illegible]
VIII. Altera de eodem argumento, ejuſdem *Eliæ*, fol. 17. [illegible]
IX. Ad Seſſionem ſecundam Feriæ 2. Rogationum, eodem *Elia* authore, fol. 18. [illegible]
X. Altera in idem argumentum, fol. 21. [illegible]
XI. Ad Seſſionem primam Feriæ 3. Rogationum. Opus *Mar Scialitæ*, de quo modo ſupra, fol. 21. a tergo. [illegible]
XII. Altera. Opus *Mar Georgii Epiſcopi Arbelæ*, fol. 24. a tergo. [illegible]
XIII. Ad Seſſionem ſecundam Fer. 3. Rogationum, authore *Mar Elia Niſibeno*, fol. 25. a tergo. [illegible]
XIV. Altera ad eandem Seſſionem ſecundam, fol. 27. a t. [illegible]
XV. Ad Seſſionem primam Feriæ 4. Rogationum. Opus *Eliæ Niſibeni*, fol. 28. [illegible]
XVI. Altera in idem argumentum, fol. 30. [illegible]
XVII. Ad Seſſionem ſecundam Fer. 4. Rogationum, fol. 30. a t. [illegible]
XVIII. Ad Benedictionem, quæ incipit his verbis: *Amen Benedic Domine*. Opus *Eliæ Niſibeni*, fol. 31. a tergo. [illegible]
XIX. In Commemoratione Sanctorum. Opus ejuſdem *Eliæ*, f. 32. [illegible]
XX. Altera, ejuſdem *Eliæ*, f. 34. a t. [illegible]
XXI. Feria VI. Defunctorum, ejuſdem *Eliæ*, fol. 36. a tergo. [illegible]
XXII. Altera, fol. 38. a tergo. [illegible]
XXIII. Dom. Ingreſſus Jejunii, fol. 39. a tergo. [illegible]
XXIV. Altera, fol. 41. [illegible]
XXV. Fer. 2. hebdomadæ hebdomadarum, id eſt, in *Albis*, f. 42. [illegible]
XXVI. Altera, fol. 43. [illegible]
XXVII. In Dominicis Jejunii. Opus *Georgii Arbelæ Epiſcopi*, fol. 44. [illegible]
XXVIII. Altera, authore *Elia Catholico*, fol. 45. [illegible]
XXIX. In Feſto Hoſannarum, eodem *Elia* authore, fol. 45. a tergo. [illegible]

[illegible]

XXX. Altera ejuſdem, fol. 49. [illegible]

XXXI. In Feſto magno Reſurrectionis; ejuſdem *Eliæ*, fol. 50. a t. [illegible]

XXXII. Altera de Reſurrectione; ejuſdem *Eliæ*, fol. 54. [illegible]

XXXIII. In Feſto Aſcenſionis; ejuſdem *Eliæ*. fol. 55. a t. [illegible]

XXXIV. Altera, ejuſdem, fol. 56. a t. [illegible]

XXXV. In Feſto Pentecoſtes; ejuſdem, fol. 57. a tergo. [illegible]

XXXVI. Altera. Opus *Pauli Anbaræ Epiſcopi*, f. 59. a t. [illegible]

XXXVII. Ad Adorationem in Liturgia. Opus *Eliæ*, fol. 61. a tergo. [illegible]

XXXVIII. Altera, ejuſdem, f. 62. a t. [illegible]

XXXIX. In Feſto Transfigurationis. Opus ejuſdem *Eliæ*, fol. 63. [illegible]

XL. Altera, fol. 66. [illegible]

XLI. In Feſto Crucis; Opus *Eliæ*, fol. 66. a tergo. [illegible]

XLII. Altera, ejuſdem, f. 69. a t. [illegible]

XLIII. In Dedicatione Eccleſiæ: Opus *Presbyteri Abulezi Chadri*, fol. 72. a tergo. [illegible]

XLIV. Altera, ejuſdem. Incipit f. 74. a t. [illegible] Deſinit f. 77. in hanc amanuenſis epigraphen: [illegible] *Abſolutæ ſunt, ope Domini noſtri Jeſu Chriſti, Orationes Abu-Halim*, i.e. Eliæ Chaldæorum Patriarchæ, hujus nominis Tertii. *Laus Deo; & ſuper vilem amanuenſem miſericordia & pietas, Amen.*

2. *Preces*, a Sacerdote recitandæ in Officio Divino, ad Veſperas, & ad Nocturnum. [illegible] *Preces ad Veſperas*, incipiunt f. 77. a t. [illegible] *Ad Nocturnum*, f. 85. [illegible]

3. *Kalendarium* Syrorum, Chaldæorumque, id eſt, Modus inveniendi Epactam, Feſta Mobilia, &c. hiſce inſcriptum verbis. [illegible] *Supputatio Chronici perpetua: Jejunii, ſcilicet, Denſium, Feſtorum, Hebdomadarum, & ſimilium*. Initium fol. 96. a tergo. [illegible]

4. *Carmina* VIII. moralia, metro dodecaſyllabo, fol. 100. a tergo. [illegible]

5. *Bautæ Monachi* Carmen de Adventu Domini, deque Vaticiniis, quæ de Chriſto Domino prolata ſunt, fol. 103. [illegible] Recenſet author Prophetias, quæ de Chriſto in Teſtamento Veteri leguntur. Vide Bibl. Orient. Tom. 3. pag. 439. ubi & de authoris ætate egimus.

6. *Georgii, cognomento Vardæ*, Carmen de Transfiguratione Domini in Monte Thabor, fol. 130. [illegible]

7. *Salibæ Manſurenſis Presbyteri*, Carmen de Pœnitentia, fol. 137. [illegible]

ܘܠܐܬܐ ܢܦܫܐ ܘܫܠܡܐ ܠܡܫܝܚܐ ܡܪܢ. ܢܦܫܐ ܚܛܝܬܐ ܠܬܝܒܘܬܐ. ܐܘ ܢܦܫܐ ܘܡܠܟܘܬܗ ܫܡܝܐ

8. Anonymi Carmen alterum de Pœnitentia, fol. 141. ܐܡܝܪܬܐ ܥܠ ܬܝܒܘܬܐ ܢܦܫܐ ܚܛܝܬܐ . ܬܘܒ ܐܚܪܬ ܬܝܒܘܬܐ

9. *Epiſtola* ad Presbyteros incolas Monaſterii S. Phetionis, ligata oratione ab anonymo conſcripta. Initium fol. 143. a tergo. ܡܕܝܠ ܚܟܡܬܐ ܕܡܠܦܢܐ ܠܚܟܝܡܐ ܘܫܟܠܐ ܕܡܢܗ ܗܟܝܠ

10. *Quæſita & Reſponſa* diverſa in ſacram Scripturam, fol. 144. ܫܘܐܠܐ . ܕܡ ܫܐܠ ܡܠܦܢܐ ܠܬܠܡܝܕܗ

11. *Johannis Bar-Chaldon*, Carmina XXXIII. pleraque moralia, fol. 144. ܐܘܠܐ ܕܡܕܪ̈ܫܐ ܕܝܘܚܢܢ ܒܪ ܟܠܕܘܢ: ܠܝ ܐܚܝܐ ܠܟ ܘܠܐ ܠܡܐ ܐܢܬ ܡܬܒܥܐ ܗܢܐ

12. *De Eugenio, & ſociis*, Carmen abſque authoris nomine, fol. 152. a tergo. ܒܫܘܒܚܐ ܕܩܕܝܫܐ ܐܘܓܝܢ ܘܚܒܪ̈ܘܗܝ : ܒܝܘܡܐ ܕܥܐܕܐ ܕܩܕܝܫܐ ܘܒܢܦܫܗ ܟܠܗܘܢ Laudantur Sancti, *Eugenius*, *Johannes*, *Abraham Caſcarenſis*, *Babæus Niſibenus*, *Acha*, *Ganaba Harbethenius*, *Johannes* alter, *Iſaac pater*, & *Helena mater*.

13. *De S. Oneſima Antiochi Regis filia*, Carmen incerti authoris, fol. 154. ܒܫܘܒܚܐ ܕܐܘܢܣܝܡܐ ܒܪܬ ܡܠܟܐ ܐܢܛܝܘܟܘܣ : ܡܬܩܪܝܐ ܘܫܒܩܬ ܐܒܘܗ̇ Hæc Oneſima dicitur, relicto patre, & patria, in eremum ſeceſſiſſe, & per annos quadraginta degiſſe in Monaſterio, quod ܒܝܬ ܣܕܪܐ *Beth-Sedre* nuncupatur; ubi tercentum Virgines Moniales aſceticam vitam ducebant. *Dubinus* ܕܘܒܝܢܐ autem quidam, Monachorum pater, perhibetur, Angeli monitu, cum Monaſterium illud viſitaret, & Oneſimam quæreret, ut ab illa benedictionem acciperet, a Monialibus fuiſſe admonitus, eam non ſanctam, ſed fatuam & energumenam eſſe. At ille: Vos, inquit, fatuæ eſtis; hæc autem ſapientiſſima. Tum vero Oneſima, poſtquam Dubinus inde diſceſſit, clam omnibus e Cœnobio recedens, ad ulteriorem eremum ſe recepit, in quo Eremitæ quadringenti morabantur: ubi unacum ipſis ex hac mortali vita (uti fabulatur author) ad Paradiſum migravit, beatitudine perfruens inter arbores cum Elia, Henoch, & Melchiſedech.

Is Codex ſcriptus eſt partim anno Chriſti 1570. partim anno 1571. uti ex binis hiſce adnotationibus colligitur; quarum prior, fol. 107. legitur, in hæc verba: ܐܬܟܬܒ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܬܚܝܬ ܡܛܠܠܬܐ ܕܩܒܪܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܐܠܗܢ ܓܘ ܥܕܬܐ ܕܩܝܡܬܐ ܛܘܒܘܗܝ ܠܡܢ ܕܐܫܬܘܝ ܘܢܣܒ ܒܘܪܟܬܐ ܡܢ ܩܒܪܗ ܕܡܪܢ ܒܝܘܡ ܚܡܫܒܫܒܐ ܒܬܡܢܝܐ ܥܣܪ ܒܐܝܠܘܠ . ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܡܢܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܚܕܐ ܠܝܘܢܝܐ

„ Exaratus eſt Libellus iſte ſub umbraculo Sepulcri Domini noſtri Jeſu Chriſti „ Dei noſtri, intra, *Templum*, Reſurrectionis. Beatus, qui dignus habitus ſit, „ accipere benedictionem a Sepulcro Domini noſtri: Feria quinta, die 18. Elul, „ *Septembris*, anno Græcorum 1881.

Altera Adnotatio ad calcem Codicis, fol. 157. a tergo adpoſita, hæc habet: ܐܫܬܠܡ ܟܬܒܐ ܗܢܐ ܬܚܝܬ ܡܛܠܠܬܐ ܕܩܒܪܗ ܕܡܪܢ ܘܐܠܗܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܒܫܢܬ ܐܠܦ ܘܬܡܢܡܐܐ ܘܬܡܢܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܠܝܘܢܝܐ ܒܐܝܕܝ ܡܚܝܠܐ ܐܠܝܐ ܛܠܝܐ ܚܛܝܐ ܡܢ ܟܠ ܚܛܝ̈ܐ ܘܣܟܠ

„ Scripta ſunt hæc ſub umbraculo Sepulcri Domini ac Dei noſtri Jeſu Chriſti, „ Anno 1882. Græcorum, *id eſt Chriſti* 1571. per manus viliſſimi hominum „ Eliæ pueri, peccatorum omnium maximi, *&c.*

X C I.

CODEX in 8. bombycinus, foliis conſtans 149. Chaldaicis literis exaratus, inter Codices Orientales, ab Andrea Scandar in Bibliothcam Vaticanam inlatus, olim Primus; quo continentur.

ELIÆ TERTII, *Chaldæorum Patriarchæ*, cognomento *Abu-Halim*, HOMILIÆ *ad Matutinum recitandæ*, fol. 1. [illegible] Confer cum præcedenti Codice XC. Videlicet.

1. In Nativitate Domini, fol. 1. a t. [illegible] Init. [illegible]
2. Item in Nativitate Domini: *Eliæ Tertii* opus, f. 5. [illegible] Initium. [illegible]
3. In Commemoratione S. Mariæ: ejuſdem *Eliæ* opus, f. 8. [illegible] Init. [illegible]
4. Item in Commemoratione S. Mariæ. Opus *Scialitæ Rheſinenſis*, f. 12. [illegible] Init. [illegible]
5. In Epiphania Domini. Opus ejuſdem *Eliæ*, f. 14. [illegible] Init. [illegible]
6. Item in Epiphania, f. 17. [illegible] Init. [illegible]
7. Feria II. Rogationum, ad Seſſionem primam: opus ejuſdem *Eliæ*, f. 20. a t. [illegible] Initium. [illegible]
8. Item in Fer. II. Rogationum, eodem *Elia* authore, f. 25. [illegible] Initium. [illegible]
9. Fer. II. Rogationum, ad Seſſionem ſecundam, eodem *Elia* authore, f. 26. [illegible] Init. [illegible]
10. Fer. III. Rogat. ad Seſſionem I. authore *Scialita*, fol. 31. [illegible] Initium. [illegible]
11. Item Fer. III. Rogat. Opus *Georgii Arbelæ*, fol. 35. [illegible] Initium. [illegible]
12. Fer. III. Rogationum, ad Seſſionem ſecundam. Opus *Eliæ Niſibenſis*, f. 36. a t. [illegible] Init. [illegible]
13. Item Fer. III. Rogat. f. 39. a t. [illegible] Init. [illegible]
14. Fer. IV. Rogat. ad Seſſ. 1. authore *Elia Niſibeno*, f. 40. a t. [illegible] Init. [illegible]
15. Item Fer. IV. Rogat. fol. 43. [illegible] Init. [illegible]
16. Fer. IV. Rogat. ad Seſſ. II. Opus *Eliæ Niſibeni*, fol. 43. a t. [illegible] Init. [illegible]
17. Ad Abſolutionem Feriæ IV. Rogat. Opus *Eliæ Niſibeni*, fol. 45. a t. [illegible] Init. [illegible]
18. In Commemoratione Sanctorum. Opus *Eliæ Tertii Patriarchæ*, f. 46. a t. [illegible] Init. [illegible]
19. Item in Commemor. Sanctorum, eodem *Elia authore*, fol. 48. a t. [illegible] Initium. [illegible]
20. Fer. VI. Defunctorum. Opus ejuſdem *Eliæ*, fol. 52. [illegible] Init. [illegible]
21. Item Fer. VI. Defunctor. f. 54. a t. [illegible] Init. [illegible]
22. Dom. Ingreſſus Jejunii, f. 55. a t. [illegible] Init. [illegible]
23. Item ead. Dom. f. 58. [illegible] Init. [illegible]
24. In quinque Dominicis Jejunii, opus *Georgii Arbelenſis*, f. 59. a tergo. [illegible] Init. [illegible]
25. Item in iiſdem Dominicis. Opus *Eliæ Patriarchæ*, [illegible] Init. [illegible]

26. In

26. In Feſto Hoſannarum, eodem *Elia* authore, fol. 61. a t. [illegible] Init. [illegible]

27. In eod. Feſto, eod. authore *Elia*, f. 66. [illegible] Init. [illegible]

28. In Feſto Reſurrectionis. Opus ejuſdem *Eliæ*, fol. 68. a tergo. [illegible] Init. [illegible]

29. In eod. Feſto, eod. authore, f. 73. [illegible] Init. [illegible]

30. Fer. II. hebdomadæ hebdomadarum, nimirum, *hebdomadæ magnæ*, ſeu *in Albis*, fol. 75. [illegible] Init. [illegible]

31. In ead. Fer. II. fol. 76. a tergo. [illegible] Init. [illegible]

32. In Feſto Aſcenſionis. Opus *Eliæ Patriarchæ*, fol. 78. [illegible] Init. [illegible]

33. In eod. Feſto, eod. authore, f. 80. [illegible] Init. [illegible]

34. In Feſto Pentecoſtes, eod. *Elia* authore, fol. 81. [illegible] Initium. [illegible]

35. In eod. Feſto. Opus *Eliæ Anbarenſis*, f. 84. a terg. [illegible] Init. [illegible]

36. In Adoratione ad Liturgiam, authore *Elia Patriarcha*, fol. 66. a tergo. [illegible] Initium. [illegible]

37. In Feſto Transfigurationis. Opus *Eliæ Patriarchæ*, f. 89. [illegible] Init. [illegible]

38. In eod. Feſto, fol. 93. [illegible] Init. [illegible]

39. In Feſto Crucis. Opus *Eliæ Patriarchæ*, fol. 94. [illegible] Init. [illegible]

40. In eod. Feſto, eodem authore, f. 98. a tergo. [illegible] Initium. [illegible]

41. Dominica Dedicationis Eccleſiæ. Opus *Presbyteri Abulezzi*, qui fuit incola Cœnobii S. Michaelis, f. 102. [illegible] Init. [illegible]

42. In ead. Dom. ejuſdem authoris opus, f. 106. [illegible]

43. Clauſulæ, ſive Abſolutiones Officii, ad Veſperas & Matutinum Dominicarum & Feſtivitatum, fol. 210. a tergo [illegible] Initium Primæ. [illegible] Secundæ, fol. 112. a t. [illegible]

44. Clauſula, ſive Benedictio ad Portam Cancellorum in fine Liturgiæ, f. 115. [illegible] Init. [illegible] Altera authore *Sabarjeſu filio Pauli*, f. 116. a t. [illegible] Init. [illegible] Tertia Tono ſecundo, f. 118. [illegible] Init. [illegible]

45. Preces, Canticis ante & poſt Nativitatem Domini præmittendæ, f. 124. [illegible] Init. [illegible] Preces aliæ ante & poſt Epiphaniam, fol. 125. [illegible] Initium. [illegible]

46. Preces diverſæ. Videlicet, I. Pro Pluvia, f. 126. t. [illegible] II. Pro Seminibus, f. 128. [illegible] III. Pro Infirmis, f. 128. a t. [illegible] IV. Pro Energumenis, ibid. [illegible] V. Pro Pueris, f. 129. [illegible] VI. Pro Vino, f. 129. a t. [illegible] VII. Pro Oleo Sanitatis (ideſt, Infirmorum) f. 130. [illegible] VIII. Pro Lectore, ibid. [illegible] IX. Quum quis poſt Lectionem ſurgit, ibid. [illegible] X. Pro Fidelibus, f. 130. [illegible] XI. Benedictio Domus, f. 131. [illegible] XII. Quum quis oſcu-

oſculatur Crucem, f. 131. a t. ܕܟܕ ܡܢܫܩ ܐܢܫ ܠܨܠܝܒܐ XIII. Quum quis oſculatur Evangelium, ibid. ܕܟܕ ܡܢܫܩ ܐܢܫ ܠܐܘܢܓܠܝܘܢ XIV. Quum quis oſculatur Reliquias alicujus Sancti, f. 132. ܕܟܕ ܡܢܫܩ ܐܢܫ ܚܢܢܐ ܕܩܕܝܫܐ XV. Quum quis iter agit, ibid. ܕܟܕ ܐܢܫ ܐܙܠ ܠܐܘܪܚܐ XVI. Oratio pro Navigantibus, f. 133. ܨܠܘܬܐ ܕܥܠ ܐܢܫ ܕܪܕܐ ܒܣܦܝܢܬܐ ܐܘ ܒܝܡܐ XVII. Oratio pro ſeipſo, f. 134. ܨܠܘܬܐ ܕܐܢܫ ܥܠ ܢܦܫܗ XVIII. Benedictio Menſæ, f. 134. a tergo. ܫܘܒܚܐ ܕܥܠ ܦܬܘܪܐ XIX. Quum quis cubitumit, Precatio S. Ephræm Doctoris, f. 137. a tergo. ܡܐܡܪܐ ܕܥܠ ܫܘܟܒܐ ܘܫܢܬܐ ܡܐ ܕܫܟܒ ܐܢܫ ܠܥܪܣܗ ܐܡܪ ܠܗ. ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܡܠܦܢܐ Init. ibid. ܒܫܟܒܐ ܡܪܝ ܕܠܝ ܢܗܘܐ ܠܝ Hæc eadem Precatio recitatur a Syris in Officio ad Completorium. XX. Quum Sacerdos lavat manus, dicens Symbolum. fol. 139. ܕܟܕ ܡܫܝܓ ܟܗܢܐ ܐܝ̈ܕܘܗܝ ܒܥܕܢ ܡܗܝܡܢܘܬܐ XXI. Quum manus abſtergit, ibid. ܕܟܕ ܡܟܦܪ ܐܝ̈ܕܘܗܝ

47. Interrogatio & Reſponſio, cur apud Matthæum, Marcum, & Lucam Chriſtus Dominus dicit: *Amen dico vobis*: apud Johannem vero dicit, *Amen, Amen dico vobis*, f. 139. a t. ܫܘܐܠܐ ܥܠ ܕܡܢܐ ܐܡܝܢ ܡܬܝ ܘܡܪܩܘܣ ܘܠܘܩܐ ܘܝܘܚܢܢ

48. Adnotatio ad calcem cujuſdam Codicis Evangeliorum, vetuſtate præſtantiſſimi, qui in urbe Bagdad, ſeu Babylone, adſervari dicitur, fol. 140. ܥܠ ܚܕ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܥܬܝܩܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܒܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܒܝܬ ܪ̈ܡܝܐ ܕܒܡܕܝܢܬܐ ܒܓܕܕ. ܐܝܬ ܗܘܐ ܚܕ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܐܘܪܗܝܐ. ܕܟܬܝܒ ܗܘܐ ܒܐܘܪܗܝ ܥܬܝܩ ܗܘܐ ܛܒ. ܐܠܐ ܢܗܝܪ ܘܦܨܝܚ ܗܘܐ ܕܐܦܠܐ ܝܘܕ ܚܕܐ ܡܢܗ ܡܫܬܒܩܐ ܗܘܬ. ܘܡܬܩܪܐ ܗܘܐ ܝܬܝܪ ܡܢ ܟܬܒܐ ܚܕ̈ܬܐ. ܐܠܐ ܩܘܪܣܐ ܗܘ ܩܕܡܝܐ ܒܠܚܘܕ ܚܣܝܪ ܗܘܐ ܡܢ ܥܬܝܩܘܬܗ. ܘܒܚܪܬܗ ܟܬܝܒ ܗܘܐ ܗܟܢܐ. ܐܫܬܠܡ ܟܬܒܐ ܩܕܝܫܐ ܗܢܐ ܒܚܡܫܐ ܒܫܒܐ ܒܬܡܢܝܐ ܒܟܢܘܢ ܩܕܡ ܫܢܬ ܫܟܛ ܕܝܘ̈ܢܝܐ ܒܐܝܕܐ ܕܐܚܝ ܫܠܝܚܐ ܚܒܪܗ ܕܡܪܝ ܡܪܝ ܬܠܡܝܕܗ ܕܡܪܝ ܐܕܝ ܫܠܝܚܐ ܕܨܠܘܬܗ ܥܡܢ ܐܡܝܢ. *De quodam pervetuſto Evangelio, quod exſtabat in ſacra Eccleſia Ædium Ramæorum in urbe Bagdadenſi. Erat quoddam Evangelium Edeſſenum*, hoc eſt, Syriacum Edeſſæ exaratum, *pervetuſtum quidem, ſed clarum ac lucidum, ex quo ne jota quidem unum deletum fuerat; legebatur autem clarius, quam libri recens exarati, & unus dumtaxat prior quinternio præ antiquitate ex illo exciderat. Ad ejus vero calcem ita ſcriptum erat. Abſolutus eſt ſanctus iſte Liber feria quinta, die* 18. *Canun prioris*, hoc eſt, Decembris, *Anno Græcorum* 389. Chriſti 78. *propria manu Achæi Apoſtoli, ſocii Mar Maris, diſcipuli Mar Adæi Apoſtoli, cujus Oratio nobiſcum ſit, Amen*. Fides ſit penes amanuenſem; qui tamen eo allucinatus videtur, quod ibi fortaſſe ſcriptum quum eſſet, *Abſolutus eſt Codex iſte ſanctus Evangeliorum juxta Verſionem factam Edeſſæ temporibus Adæi Apoſtoli, ejuſque diſcipulorum Achæi & Maris*. Cetera de ſuo, ut ſupra, addidit; quo videlicet majus pretium exarato a ſe Codici conciliaret. Ceterum Adnotatio illa ſtare omnino nequit, eam potiſſimum ob cauſſam, ut alias rationes omittamus, quod nimirum Evangelium ſuum Johannes Apoſtolus longe poſt illum Græcorum annum in Patmo inſula ſcripſit.

49. Adnotatio altera Machichæ Epiſcopi Geslunæ Meſopotamiæ urbis juxta Baladam, f. 141. ܡܪܝ ܡܟܝܟܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܓܙܠܘܢܐ ܗܟܢܐ ܟܬܒ. ܚܙܝܬ ܒܚܪܬܗ ܕܐܘܢܓܠܝܘܢ ܚܕ ܥܬܝܩܐ ܒܥܕܬܐ ܕܡܪܝ ܣܒܪܝܫܘܥ ܕܒܩܘܪܝܬܐ ܬܠܝܬܝܬܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܒܓܕܕ ܕܟܬܝܒ ܗܟܢܐ: ܒܥܐ ܐܢܐ ܡܢܟܝ ܐܘ ܬܠܝܬܝܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܥܠܬܐ ܕܟܠ ܘܡܘܠܕܢܝܬܐ ܕܟܠ ... *Mar Machica Geslunæ Epiſcopus hæc ſcribit: Vidi ad calcem vetuſti cujuſdam Evangelii in Eccleſia Mar Sabarjeſu in Vico tertio Civitatis Bagdadi ſcriptum hujuſmodi: Rogo Te, o Sancta Trinitas, cauſſa omnium, & procreatrix univerſorum*:

rum: unam habens naturam, & ab omnibus adoranda: vita & ſpiraculum univerſorum: fac me dignum tuis æternis miſerationibus, quibus hoc totum quidquid eſt, ad exiſtendum produxiſti: & veniam mihi debitorum meorum, delictorumque immenſorum concede. Amen.

50. Simeonis Carmen paracleticum, pro ſecunda die a depoſitione Defuncti; literis Syriacis, ſermone tamen Arabico, f. 142. [illegible] Initium. [illegible]

Adnotatio prima Librarii, f. 109. a t. [illegible] *Abſolutæ ſunt, ope Domini noſtri, Orationes ad Matutinum, omnium Feſtorum Domini, aliorumque, quas mea vilitas reperire potuit*, &c. *Explicit ineunte anno* 1842. (Græcorum ſcilicet) *in die Commemorationis S. Domitiani Martyris*.

Adnotatio altera ejuſdem Librarii, ex qua tempus deſcripti ab eo Codicis intelligas: f. 121. [illegible]

„ Ora, frater, pro miſero Abrahamo, qui ſcripſit. Explicit hic Liber, Domino „ adjuvante, & Altiſſimo opitulante, menſe benedicto Teſri priore (*Octobri*) Anno Græcorum 1842. *Chr.* 1530. *&c.* Exaratus autem fuit ſub umbraculo, „ hoc eſt, in Monaſterio Sancti præſtantiſſimi, athletæ, Martyris, celeberrimi „ Anachoretæ, & virtutum miraculorumque fama inſignis, Mar Eugenii beati, qui Chriſtus ſecundus adpellatur, quique fuit caput & magiſter divinæ turmæ ſeptuaginta duorum Beatorum, *&c.* Exaratus (inquam) diebus Sanctorum „ Patrum noſtrorum, Paſtorum beatorum, & vigilantiſſimorum Pontificum, „ Mar Simeonis Catholici Patriarchæ Orientis, & Mar Jeſujabi Epiſcopi Metropolitæ, cuſtodis Sedis Sancti Adæi, fratris ejuſdem Mar Catholici, *&c.* Scripſit vero, hoc eſt corrupit iſtas chartas miſer, vilis, imperitus, idiota, humilis, nomine quidem Presbyter & Monachus, *&c.* Idque pro caſto Sacerdote, Doctore Narſetico, Presbytero vero, Simeone Presbytero ex oppido „ Seleuciæ, qui hodie in civitate Gazarta Zebedæa degit, eſtque naturalis frater miſeri amanuenſis, *&c.* Rogamus miſericordem Dominum, ut Eccleſiam „ Sancti Georgii, quæ in Gazarta eſt ſita, dirigat & confirmet, *&c.* Precibus Beati Mar Eugenii, ejuſque ſociorum. Amen. „ Porro *Simeon* Chaldæorum Patriarcha, cujus heic fit mentio, unacum fratre Jeſujabo Metropolita, ſedebat anno Chr. 1530. eoque mortuo, ſolus Jeſujabus Patriarchalem Sedem Vicaria poteſtate adminiſtrabat anno Chr. 1538. demum Patriarcha & ipſe creatus, vixit ad annum C. 1551. Vide Tom. 1. Bibl. Orient. p. 524. Tom. 2. p. 457. & Tom. 3. p. 621.

Co

XCII.

CODEX antiquiſſimus in 8. membraneus, foliorum 130. Syriacis Stronghilis, ſeu rotundis literis exaratus, inter Codd. Nitrienſes olim Decimus ſextus. Ibi continetur.

ܟܬܒܐ ܕܟܢܘܫܐ ܕܥܢܝܕܐ LIBER EXEQUIARUM DEFUNCTORUM; ſive, ut f. 80. inſcribitur. ܦܢܩܝܬܐ ܕܥܢܝܕܐ *Codex Defunctorum*. In quo proinde non modo SS. Ephræmi, Iſaaci, & Jacobi ſcripta de Defunctis habentur, ſed Ritus etiam exprimitur, qui in Eccleſia Syrorum anno Chriſti 823. in Exequiis Defunctorum ſervabatur. Videlicet.

1. *Cantus XXXI. de Defunctis, authore S. Ephræm Syro*, ܡܐܡܪܐ ܕܥܢܝܕܐ ܠܐ̄ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܡܠܦܢܐ Avulſis prioribus decem chartis, Cantus primus, & pars ſecundi deſiderantur, uti monuimus Tom. 1. Bibl. Orient. p. 133. ubi & ſeriem atque initia Hymnorum & Carminum, S. Ephræmo adſcriptorum, quæ in hoc præſtantiſſimo Codice exhibentur, protulimus; quæque integra Tomo 3. Operum S. Eprhæmi Syr. Lat. typis Vaticanis an. 1743. impreſſo, inſeruimus.

Cantus iii. incipit, fol. 3. ܩܠܐ ܕܠܚܘܕܝܐ : ܠܡܚܣܝܘ ܠܡܠܟܐ ܕܠܐ ܡܥܡ ܠܐܢܫ Ejus Strophæ 18.

Cantus iv. f. 3. a t. ܩܠܐ ܕ̄ . ܡܫܝܚܐ ܠܡܫܠܡܢܘܬܗ ܕܐܒܘܗ̇ Strophæ 11.

Cantus v. f. 4. a t. ܩܠܐ ܗ̄ . ܐܒܘܗ̇ ܠܗ ܡܫܠܡܢܐ Strophæ 10.

Cantus vi. fol. 5. a tergo. ܩܠܐ ܘ̄ . ܐܡܪ ܕܢܝܚܘ ܡܠܟܐ ܡܫܝܚܐ Strophæ 12. Ex hoc Cantu quædam in Officium Syrorum Maronitarum ſunt invecta: nimirum fol. 6. ܕܢܫܠܐ ܐܢܐ ܡܢܝ ܡܢ ܡܫܝܚܐ & ſequens Cantus. ܡܢ ܐܒܘܗܝ ܥܡ ܡܘܬܐ

Cantus vii. f. 6. a t. ܩܠܐ ܙ̄ . ܟܕ ܡܠܟܘܗܝ ܡܫܝܚܐ Strophæ 26.

Cantus viii. fol. 8. ܩܠܐ ܡܫܝܚܐ . ܡܫܝܚܐ ܕܐܬܢܨܚ Strophæ 13.

Cantus ix. fol. 10. a tergo. ܩܠܐ ܛ̄ . ܡܢܗ ܕܝ ܐܡܪܢ Strophæ 57.

Cantus x. fol. 12. a tergo. ܩܠܐ ܝ̄ . ܐܬܚܙܝ ܕܡܠܟܐ Strophæ 34.

Cantus xi. fol. 13. ܩܠܐ ܝܐ̄ . ܡܢ ܟܠܗܝܢ ܒܪܝܬܐ Strophæ 20.

Cantus xii. fol. 13. a tergo. ܩܠܐ ܝܒ̄ . ܡܠܟܐ ܡܫܝܚܐ ܦܪܘܩܢ Strophæ 53.

Cantus xiii. fol. 16. ܩܠܐ ܝܓ̄ , ܡܠܟܐ ܡܫܝܚܐ Strophæ 19.

Cantus xiv. fol. 17. ܩܠܐ ܝܕ̄ . ܡܪܢ ܠܟܠ ܐܢܫ Strophæ 15.

Cantus xv. fol. 18. ܩܠܐ ܝܗ̄ . ܡܠܟܐ ܠܟܠ ܐܢܫ Strophæ 8.

Cantus xvi. fol. 18. a tergo. ܩܠܐ ܝܘ̄ . ܟܠܐ ܕܡܘܬܐ Strophæ 11.

Cantus xvii. fol. 19. ܩܠܐ ܝܙ̄ . ܟܢܫܐ ܡܢ ܥܦܪܐ Strophæ 11.

Cantus xviii. fol. 19. ܩܠܐ ܝܚ̄ . ܕܢܫܠܐ ܢܚܡܘܢ Strophæ 8.

Cantus xix. fol. 20. a tergo. ܩܠܐ ܝܛ̄ . ܟܡܐ ܡܪܢ Strophæ 14.

Cantus xx. fol. 21. a tergo. ܩܠܐ ܟ̄ . ܗܘܐ ܕܡܠܟܐ Strophæ 15.

Cantus xxi. fol. 22. a tergo. ܩܠܐ ܟܐ̄ . ܠܡܚܣܝܘ ܠܡܫܝܚܐ Strophæ 15.

Cantus xxii. fol. 23. a tergo. ܩܠܐ ܟܒ̄ . ܐܘܪܚܐ ܠܐܘܪܚܐ Strophæ 6.

Cantus xxiii. fol. 24. ܩܠܐ ܟܓ̄ . ܟܢܫܐ ܡܢ ܥܦܪܐ Strophæ 6.

Cantus xxiv. fol. 24. a tergo. ܩܠܐ ܟܕ̄ . ܐܬܚܙܝܘ ܡܫܝܚܐ Strophæ 7.

Cantus xxv. fol. 25. ܩܠܐ ܟܗ̄ . ܐܠܗܐ ܕܟܢܫܝܗ Strophæ 15.

Cantus xxvi. fol. 26. ܩܠܐ ܟܘ̄ . ܟܡܐ ܗܘ Strophæ 3.

Cantus xxvii. fol. 26. a tergo. ܩܠܐ ܟܙ̄ . ܡܫܝܚ ܕܢܫܠܐ Strophæ 6.

Cantus xxviii. fol. 27. ܩܠܐ ܟܚ̄ . ܐܘ ܥܠ ܐܢܫܐ Strophæ 2.

Cantus xxix. fol. 27. a t. ܩܠܐ ܟܛ̄ . ܡܢ ܗܘ ܕܠܡܫܝܚܘܬܗ ܕܡܪܢ Strophæ 3.

Cantus xxx. fol. 28. ܩܠܐ ܠ̄ . ܕܝ ܡܢ ܟܠܗ ܡܢ ܥܦܪܐ Strophæ 2.

Can-

Cantus xxxi. fol. 28. ܩܠܐ ܐ̄ . ܐܠܗܐ ܡܪܢ Strophæ 4.

2. *Proclamationes* V. quæ Græcis *Synaptæ* dicuntur. 1. Pro Sacerdotibus. 2. Pro Diaconis. 3. 4. & 5. Pro Laicis defunctis, fol. 28. a tergo. ܟܪܘܙܘܬܐ ܕܥܠ ܥܢܝܕܐ . ܢܨܠܐ ܟܠܢ ܥܠ

3. *Hymni* XXXVIII. *Defunctorum*, authore *S. Ephræm Syro*, ܡܕܪ̈ܫܐ ܕܥܢܝ̈ܕܐ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܡܠܦܢܐ ܣܘܪܝܝܐ Videlicet.

Hymnus i. De Sacerdotibus defunctis, f. 31. ܡܕܪܫܐ ܩ̄ ܥܠ ܟܗܢܐ ܥܢܝܕܐ ܐܢܬ ܡܫܝܚܐ . ejus Strophæ 7.

Hymnus ii. fol. 31. a tergo, De Pueris defunctis. ܬܘܒ ܡܕܪܫܐ ܕܥܠ ܛܠܝܐ . ܠܡܫܒܚܘܬܐ ܕܠܟ ܡܪܢ Strophæ 3.

Hymnus iii. De iiſdem, fol. 31. a t. ܐܢܐ ܡܪܢ ܝܫܘܥ . ܡܪܝܡ ܠܟ Strophæ 6.

Hymnus iv. De iiſdem, fol. 32. ܐܢܐ . ܒܪܢܫܐ ܡܫܒܚܐ Strophæ 3.

Hymnus v. De iiſdem, fol. 32. a tergo. ܐܢܐ . ܐܦ ܒܡܫܝܚܐ Strophæ 9.

Hymnus vi. De iiſdem, fol. 33. ܕܥܢܝܕܐ . ܐܘ ܠܟ ܕܡܫܝܚ Strophæ 3.

Hymnus vii. De iiſdem, fol. 33. ܐܢܐ . ܐܘ ܠܚܡܪܐ ܕܐܚܕ Strophæ 9.

Hymnus viii. De iiſdem, f. 33. a t. ܩܠܐ ܐܢܐ . ܐܘ ܠܒܪܐ ܕܥܠܡܐ Strophæ 7.

Hymnus ix. De iiſdem, fol. 34. a t. ܩܠܐ ܐܢܐ . ܐܠܗܐ ܡܪܢ Strophæ 6.

Hymnus x. De omnibus Defunctis, ibid. ܩܠܐ ܐܢܐ ܕܥܠ ܟܠܗܘܢ . ܐܘ ܥܡܐ ܕܐܝܟ ܐܕܡ Strophæ 6.

Hymnus xi. De Juvenibus defunctis, fol. 35. ܕܥܠ ܥܠܝܡܐ : ܥܠܡܐ ܕܚܠܝܐ Strophæ 6.

Hymnus xii. De Puellis defunctis, f. 35. ܕܥܠ ܥܠܝܡܬܐ . ܥܠܡܐ ܗܘ ܕܚܠܝܐ Strophæ 12.

Hymnus xiii. De Pueris, f. 35. a t. ܕܥܠ ܛܠܝܐ . ܥܠܡܐ ܡܪܢ ܐܚܐ Strophæ 6.

Hymnus xiv. De Mulieribus, f. 36. ܕܥܠ ܢܫܐ . ܘܥܢܝܕܬܐ ܕܝܠܗ ܒܐܢܫܐ Strophæ 8.

Hymnus xv. De omnibus Defunctis, fol. 36. ܕܥܠ ܟܠܗܘܢ . ܐܝܟ ܐܕܡ Strophæ 6.

Hymnus xvi. De iiſdem, fol. 36. a t. ܠܒܝܬ ܩܒܘܪܐ Strophæ 4.

Hymnus xvii. De iiſdem, fol. 36. a tergo. ܥܡܐ ܥܡܐ Strophæ 3.

Hymnus xviii. De iiſdem, fol. 37. ܡܫܒܚ ܒܡܫܝܚܐ Strophæ 3.

Hymnus xix. De iiſdem, fol. 37. ܡܪܢ ܠܐ ܬܫܒܘܩ Strophæ 3.

Hymnus xx. De Clericis, fol. 37. ܬܘܒ ܡܕܪܫܐ ܕܥܠ ܟܗܢܐ ܥܠܡܐ ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܐܝܟ ܕܟܗܢܐ Strophæ 42.

Hymnus xxi. De iiſdem, fol. 38. a t. ܩܠܐ ܐܢܐ . ܐܢܬ ܐܠܗܐ Strophæ 20.

Hymnus xxii. De iiſdem, f. 39. a t. ܩܠܐ ܐܢܐ . ܐܢܬ ܡܫܝܚܐ ܒܡܠܟܘܬܐ Strophæ 6.

Hymnus xxiii. De iiſdem, fol. 39. a tergo. ܐܚܝ ܚܒܝܒܐ Strophæ 21.

Hymnus xxiv. De iiſdem, fol. 40. a t. ܒܫܠܡܐ ܐܚܝ ܢܘܚܐ Strophæ 8.

Hymnus xxv. De iiſdem, fol. 41. ܐܢܬ ܡܫܝܚܐ ܬܘܒ Strophæ 21.

Hymnus xxvi. De iiſdem, fol. 42. ܐܠܗܐ ܐܚܝ Strophæ 12.

Hymnus xxvii. De iiſdem, fol. 43. ܘܡܢ ܒܪܝܫܐ Strophæ 16.

Hymnus xxviii. De iiſdem, fol. 44. ܐܠܐ ܐܢܐ Strophæ 11.

Hymnus xxix. De iiſdem, fol. 44. a t. ܠܟ ܡܫܝܚܐ ܦܪܘܩܐ Strophæ 11.

Hymnus xxx. De iiſdem, fol. 44. a t. ܐܠܗܐ ܒܟܠ Strophæ 12.

Hymnus xxxi. De Epiſcopis ad ſepulcrum, fol. 45. ܕܥܠ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܡܢ ܥܕܬܐ . ܡܢ ܕܠܐ ܢܥܡܐ Strophæ 8.

Hymnus xxxii. De Monachis, f. 45. a t. ܕܥܠ ܕܝܪܝܐ . ܥܠܡܐ ܗܘ ܕܐܠܗܐ Strophæ 9.

Hymnus xxxiii. De iiſdem, fol. 46. ܡܪܢ ܡܫܝܚܐ Strophæ 10.

Hymnus xxxiv. De Diaconis, fol. 46. ܕܥܠ ܡܫܡܫܢܐ . ܗܘ ܡܫܝܚܐ ܡܪܢ Strophæ 8.

Hy-

Hymnus xxxv. De Fratribus, ſeu Monachis laicis, fol. 46. a t. [Syriac] Strophæ 9.

Hymnus xxxvi. De Epiſcopis, f. 47. [Syriac] Strophæ 8.

Hymnus xxxvii. De iiſdem, f. 47. a t. [Syriac] Strophæ 11.

4. *S. Ephræm Carmina* heptaſyllaba IV. De Defunctis: [Syriac] Quorum i. De Epiſcopis, incipit f. 48. a t. [Syriac] ii. De Stylitis, & Monachis perfectis, fol. 49. a t. [Syriac] iii. De iiſdem, f. 52. [Syriac] iv. De Presbyteris & Diaconis, fol. 56. [Syriac]

5. *S. Iſaac Magni* Parænesis de Presbyteris defunctis, fol. 59. [Syriac] Vide Tom. 1. Bibl. Orient. p. 233.

6. *S. Ephræm Carmen* de Filia fœderis, hoc eſt, Virgine Deo ſacra defuncta, fol. 61. [Syriac]

7. Ejuſdem *De viro, qui orphanos relinquit*, fol. 62. [Syriac]

8. Ejuſdem *De mulieribus, quæ orphanos relinquunt*, fol. 63. a tergo. [Syriac]

9. *S. Iſaaci Magni*, Parænesis de Pueris, fol. 66. a t. [Syriac] Addenda inter Parænefes de Defunctis Tom. 1. Bibl. Orient. p. 233. ubi omnia S. Iſaaci Magni ſcripta recenſuimus.

10. Ejuſdem *Parænesis* alia de Pueris, fol. 68. [Syriac]

11. Ejuſdem *De Adoleſcentibus*, fol. 69. [Syriac]

12. Ejuſdem *De communi Defunctorum*, fol. 70. [Syriac]

13. Ejuſdem *De Peregrinis*, f. 71. [Syriac]

14. Ejuſdem De omnibus Defunctis, f. 73. [Syriac] Eadem Parænesis in Cod. Nitrienſi XVII. fol. 180. S. Ephræmo tribuitur.

15. Ejuſdem De omnibus Defunctorum ordinibus, fol. 74. a tergo. [Syriac]

16. Ejuſdem De omnibus Defunctis, f. 76. [Syriac] Addenda inter Parænefes de Defunctis Tom. 1. Bibl. Orient. p. 233.

17. *S. Ephræm Syri*, Carmen de Divitibus & Optimatibus, & de unoquoque, fol. 79. a t. [Syriac]

18. Ejuſdem De omnibus Defunctorum ordinibus, fol. 81. [Syriac]

19. Ejuſdem De unoquoque, f. 82. tergo. [Syriac]

20. Ejuſdem De Mortalitate furoris, id eſt, de peſtilentia, fol. 85. [Syriac]

21. Ejuſdem De Peſte, f. 87. [Syriac]

22. Ejuſdem De Sacerdotibus & Monachis inclytis, fol. 88. a tergo. [Syriac]

23. Ejuſdem De Sacerdotibus, f. 89. a t. [Syriac]

24. *S. Iſaac Magni*, Parænesis de Pueris, fol. 90. a tergo. [Syriac]

25. *S. Jacobi* Epiſcopi Sarugenſis, Carmen dodecaſyllabum de defunctis Regibus

gibus, & Divitibus, fol. 91. a t. [illegible] Vide ſupra Cod. LXX. f. 125. a tergo, & Tom. 1. Bibl. Orient. p. 283. & ſeqq. ubi de ejuſdem Sancti vita, ac ſcriptis egimus.

26. Ejuſdem de Pueris, f. 93. [illegible]

27. Ejuſdem de Sponſis & Sponſabus, fol. 94. a t. [illegible] Addendus inter Sermones de Defunctis, Tom. 1. Bibl. Orient. p. 313.

28. Ejuſdem de Peregrinis, f. 96. [illegible]

29. Ejuſdem de Defunctis, f. 97. a t. [illegible]

30. Ejuſdem de unoquoque defuncto, f. 99. [illegible]

31. Ejuſdem de omnibus defunctis, f. 100. [illegible]

32. Ejuſdem de omnibus defunctis, f. 100. a t. [illegible]

33. Ejuſdem de Sanctimonialibus, & de Virginibus, fol. 103. [illegible]

34. Ejuſdem de Pueris, f. 106. a t. [illegible]

35. Ejuſdem de unoquoque defuncto, f. 111. [illegible] Vide Tom. 1. Bibl. Orient. p. 315. num. 66. ubi hoc ipſum Carmen *De Muliere ſeptem virorum, & de Reſurrectione mortuorum* inſcribitur.

36. Ejuſdem de unoquoque, f. 113. [illegible]

37. Ejuſdem de Sacerdotibus, f. 114. a t. [illegible]

38. *Sermones Paracletici III. de Defunctis*, abſque authoris nomine. Sermo I. de Sacerdotibus & Diaconis, f. 118. [illegible] Sermo II. de unoquoque, fol. 120. a tergo. [illegible] Sermo III. fol. 122. de unoquoque. [illegible]

39. Hymnus S. Ephræm de omnibus Defunctis, f. 123. [illegible]

40. *Lectiones e Scriptura pro defunctis Epiſcopis, Presbyteris, Diaconis & Hypodiaconis.* [illegible] Lectio I. De Geneſi, Cap. ult. fol. 123. a t. [illegible] Altera e Geneſi, ibid. [illegible] III. De Libro IV. Pentateuchi, Cap. 15. f. 124. [illegible] IV. De Lib. V. Cap. ult. f. 124. [illegible] V. De Job, Cap. 6. f. 124. a tergo. [illegible] VI. De Joſue Barnun, Cap. ult. f. 125. [illegible] VII. De Sapientia magna, Cap. 1. f. 125. [illegible] VIII. De Libro Regum, Cap. 2. f. 125. a t. [illegible] IX. De Ezechiele, Cap. 21. ibid. [illegible] X. De Daniele, Cap. 12. f. 126. [illegible] XI. De Iſaia, C. 16. f. 126. a t. [illegible] XII. De Actibus Apoſtolorum, Cap. 19. fol. 127. [illegible] XIII. De Epiſtola Pauli ad Theſſalonicenſes, f. 127. a t. [illegible] XIV. e Geneſi, de Sanctimoniali defuncta, C. 14. f. 128. [illegible] XV. Ex Job, de Pueris, f. 129. [illegible] XVI. de Epiſtola Pauli ad Corinthios, fol. 129. a tergo. [illegible]

Is Codex ſcriptus eſt anno Chriſti 823. ut hæc docet Epigraphe, quæ f. 134. ad calcem legitur: [illegible]

[illegible] *Abſolutus eſt Liber iſte de Exequiis Defunctorum Feria 5. hora xi. menſe Teſri priore*, Octobri, *die* 8. *anno centeſimo trigeſimo quinto ſupra milleſimum ab initio Regni Seleuci Nicatoris Regis Syriæ. Scripſit vero eum peccator & miſerationum indigens Theodorus*. Anno ſcilicet, Chriſti 823. quo dies 8. Octobris in feriam 5. incidit; atque adeo ex Theodori ſententia Epocha Seleuci Nicatoris Chriſtianam Vulgarem anteceſſit annis 312. uti Tom. 1. Bibl. Orient. p. 133. adnotatum eſt.

XCIII.

Codex antiquiſſimus in 8. membraneus, foliis conſtans 204. Syriacis Stronghilis literis exaratus, inter Codd. Nitrienſes olim Decimus ſeptimus; ubi continentur.

1. ܡܐܡܪ̈ܐ ܕܝܘܚܢܢ ܝܚܝܕܝܐ Johannis Monachi, ex Apamæa Cœleſyriæ urbe oriundi, de quo vide Tom. 1. Bibl. Orient. p. 430. Sermones IV. quorum primi initium deſideratur: decem enim priores chartæ ex hoc Codice exciderunt. Sermo I. *De animi paſſionibus, deque perfectione, quæ ex receſſu ab hominum frequentia, & ex cibi potuſque parcitate comparatur*. Initium fol. 1. a t. [illegible] Pleraque hujus Sermonis & ſequentium vix legi poſſunt: adeo temporis vetuſtate, Nilique cœno ſunt detrita.

Sermo II. *De recta in Divinam Chriſti diſpenſationem fide*, f. 19. a t. ܡܐܡܪܐ ܕܬܪܝܢ Initium hujus Sermonis legi nequit, ſed ex f. 21. aliqua proferam, ut cum aliis exemplaribus, ſiqua in manus aliquando inciderint, conferri poſſint: [illegible]

Sermo III. *De Timore Dei*, fol. 25. [illegible]

Sermo IV. *De animi, corporiſque continentia, & quod per tribulationes in ſpiritualem agnitionis Chriſti regionem aditus paratur*, fol. 29. [illegible]

2. *S. Ephræm Syri* ܥܠ ܥܢܝ̈ܕܐ Hymni duo de Defunctis, quos una cum aliis hujus S. Doctoris Hymnis, qui in hoc Codice occurrunt, inter editos a nobis Tom. 3. Operum ejuſdem Syr. Lat. reperias.

Porro Hymnus I. *de unoquoque defuncto*, incipit f. 69. a tergo. [illegible]

Hymnus II. *de unoquoque pariter defuncto*, fol. 72. [illegible]

3. *Johannis Monachi Apamenſis*, Sermones duo; quorum Primus, *Adhortatio ad virtutum exercitia*, f. 74. [illegible]

Sermo II. *Quomodo quis longanimitatem poſſidere queat*, f. 75. a tergo. [illegible] Deeſt finis.

4. *S. Ephræm Syri*, Hymni Parænetici XVIII. [illegible] Videlicet. Hymnus I. f. 77. [illegible] Vide Tom. 1. Bibl. Orient. p. 138. num. 1.

num. 1. ubi & reliqui conſequentes Hymni recenſentur. Hymnus II. fol. 79. a t. [illegible] Alibi hic Hymnus S. Iſaaco Magno tribuitur. Hymnus III. f. 81. [illegible] Hymnus IV. f. 82. [illegible] Hymnus V. f. 84. a t. [illegible] Initium tamen videtur a ſequenti ſtropha petendum, f. 85. [illegible] Hymnus VI. ordine Alphabetico, f. 85. a t. [illegible] Hymnus VII. f. 87. a t. [illegible] Hymnus VIII. Tono, O habitaculum temporis, f. 91. [illegible] Hymnus IX. f. 91. [illegible] Hymnus X. *De abnegatione Simonis Petri, ejuſque pœnitentia,* f. 92. [illegible] Hymnus XI. in idem argumentum, f. 94. a t. [illegible] Hymnus XII. f. 96. a t. [illegible] Hymnus XIII. f. 98. [illegible] Hymnus XIV. f. 99. [illegible] Hymnus XV. f. 100. a t. [illegible] XVI. f. 102. a t. [illegible] XVII. f. 104. [illegible] Hymnus XVIII. f. 105. [illegible]

5. *S. Iſaac Doctoris*, qui per excellentiam *Magnus* nuncupatur, *Sermo de Monachis perfectis*, ſive de perfectione Fratrum, fol. 108. [illegible]

Ejuſdem, *Sermo alter de Monachis*, f. 114. [illegible] Addendus ad Sermones ejuſdem S. Doctoris, quos Tom. 1. Bibl. Orient. a p. 214. recenſuimus.

6. *Johannis Monachi* Apamenſis, *de Myſterio œconomiæ Chriſti Domini*, f. 119. [illegible] Vide Tom. I. Bibl. Orient pag. 433. num. 9. 1.

Ejuſdem *De Mentis puritate*, f. 127. [illegible] Vide ibidem num. 9. 11.

Scala CXXXVIII. De eadem, fol. 90. a t. [illegible]

Scala CXXXIX. De *Samaritana*, f. 91. [illegible]

Scala CXL. De eadem, ibidem. [illegible]

Scala XLI. De *Eccleſia*, fol. 92. a tergo. [illegible]

Scala CXLII. De eadem, ibidem. [illegible]

Scala CXLIII. De *Annunciatione Deiparæ*, f. 92. [illegible]

Scala CXLIV. De *Johanne Baptiſta*, f. 92. a t. [illegible]

Scala CXLV. De *Deipara*, f. 93. a t. [illegible] Videtur author poſt Neſtorianam hæreſim ſcripſiſſe; Chriſtum enim in duos nequaquam dividi poſſe, adfirmat.

Sca-

Scala CXLVI. De *Sanctis*, fol. 95. [illegible] Nominatim laudantur, *Deipara*, *tres Conſeſſores Edeſſeni* (i. e. Samonas, Gurias, & Abibus) *Stephanus Protomartyr*, *Johannes Baptiſta*, *Gregorius Theologus*, *XL. Martyres Sebaſteni*, *Baſilius Magnus*, *Johannes Chryſoſtomus*, & *Petrus Apoſtolorum princeps*. Opus proinde recentioris Syri, qui hæreſim Monophyſitarum hiſce perſtringit verbis: [illegible] *Nubes lucis, atque etiam columna, quæ excæcat, & obſcurat omnes oculos hæreticorum, unius Naturæ adſertorum, Divinus Baſilius*.

Scala CXLVII. Item de *Sanctis*, f. 94. a tergo. [illegible] Nominantur *David*, *Salomon*, *Moſes*, *Simeon Petrus*, *Elias*, *Thomas*, *Daniel*, *Eſaias*, *Eliſæus*, *Ezechiel*, *Philippus Diaconus*, *Eunuchus Æthiops*, *Jeremias*, *Johannes Baptiſta*, *Matthæus*, *Maria Moſis ſoror*, *Thecla*, *Magdalena*, *Peccatrix*, *Lucas*, *Johannes Evangeliſta*, *Abel*, *Jacob*, *Joſeph*, *Melchiſedech*. Ubi, ut vides, author hujuſce Carminis Magdalenam a Peccatrice diſtinguit.

Scala CXLVIII. De *Eccleſia*, fol. 95. [illegible]

Scala CXLIX. De eadem, f. 95. a t. [illegible]

Scala CL. De eadem, ibid. [illegible]

Scala CLI. De eadem, f. 96. [illegible]

Scala CLII. De eadem, f. 96. a t. [illegible] Vix legi poteſt.

Scala CLIII. De *Deipara*, fol. 97. a t. [illegible]

Scala CLIV. De *Morte & Diabolo*, fol. 98. [illegible]

Scala CLV. De *Defunctis*, f. 98. a t. [illegible]

Scala CLVI. De *Morte & Diabolo*, ibid. [illegible]

In fine aliquot folia exciderunt.

Is Codex ad decimum tertium Chriſti ſeculum videtur referendus.

XCVI.

Codex antiq. in 8. bombycinus, foliis conſtans 178. Syriacis literis exaratus, inter Codices Orientales, ab Andrea Scandar in Vaticanam Bibliothecam inlatos, olim Vigeſimus octavus: ubi continentur.

1. Anonymi *Sermo de Judicio*, principio & fine mutilus. Incipit fol. 1. [illegible]

2. *Tabula* ſuperſtitioſa, ad cognoſcendum, utrum infirmus ſanandus ſit, an moriturus? Init. fol. 10. [illegible]

3. *De initio Epochæ Saracenorum*, quæ *Hegiræ* dicitur, fol. 10. a t. [illegible] Ubi hæc legas: [illegible] *Ab hoc anno initium ſumit, videlicet, ab anno Adami 6130. Græcorum vero 933. Chriſti autem 604.* Sed pro [illegible] *Anno 604.* legendum [illegible] *Anno 622.* Nam annus ab Orbe condito 6130. & Græcorum 933. reſpondet anno Æræ vulgari Chriſtianæ 622.

4. Ca-

4. *Canon* adverſus eos, qui in Eccleſia exſpuunt, f. 11. Eſt hujuſmodi: [illegible] *Fratres: Apoſtolicus Canon præcipit, & mandat, non licere per Chriſtum Deum, perque Sanctos Apoſtolos, & œcumenicas Synodos, viro Chriſtiano fideli, non Laico, neque Clericis, exſpuere omnino in Eccleſia, non in pavimento, neque in parietibus Eccleſiæ: quoniam hæc eſt Divino Chriſmate conſecrata. Qui vero in illis exſpuerit, ſimilis eorum efficitur, qui in faciem Chriſti exſpuerunt.* Ex more a Syris Jacobitis, aliiſque ſeverioris diſciplinæ ſtudioſis Orientalibus uſurpato, confictus hic Canon.

5. *Interogatio*, cur duas, non tres Tabulas Moſes de monte ſecum detulit: & cur illæ utrinque ſcriptæ? fol. 11. a t. [illegible]

6. Quo anno *Ignatius Bar-Vabib* ordinatus fuit Syrorum Jacobitarum Patriarcha; & quamdiu ſederit, & quando obiit? fol. 12. [illegible] *Anno Græcorum* 1064. (leg. 1604. hoc eſt, Chriſti 1293.) *ineunte menſe Canun poſteriore* (Januario) *in feſto Circumciſionis, ordinatus eſt Patriarcha Bar-Vabib, feria quinta: idemque Patriarcha ordinavit undeviginti Epiſcopos, & Maphrianum unum ad Sedem Orientis. Quumque Eccleſiæ per annos quadraginta præfuiſſet, Thronumque Patriarchalem rexiſſet, migravit ad Dominum die 19. menſis Niſan* (Aprilis) *in ſancta Paſſionis hebdomada.* Vide Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 382.

7. *Præfatio*, unacum Oratione, quam ad Incenſum, in feſto Transfigurationis Domini, Syri Jacobitæ recitare ſolent, [illegible] Incip. f. 12. a t. [illegible] In fine, f. 21. dicitur, *Johannes Epiſcopus* Præfationem iſtam ex urbe Damaſco adtuliſſe; [illegible] *Explicit, & laus Deo in æternum. Orate, quæſo, pro Mar Johanne, qui Præfationem hanc Damaſco adtulit, & pro peccatore, qui eam deſcripſit.*

8. *Gregorii*, fortaſſe Bar-Ebræi, *Canon de Sacerdotibus, & Diaconis*, f. 21. [illegible] i. e. *Presbyteri, & Diaconi, qui choreas agunt, aut cantant cantum Dæmoniorum, aut bibunt cum ebriis*, &c.

9. *Benedictio rei pollutæ*. [illegible] Init. f. 21. a t. [illegible]

10. *De Feria vi.* quæ Syris *Arubta* nuncupatur. Excerpta ex *Jacobi*, ſeu *Dionyſii Barſalibæi* Commentario in Matthæum, fol. 22. [illegible]

11. Excerpta quædam ex ejuſdem *Dionyſii Barſalibæi* Commentariis in Evangelia. Et primum *de Transfiguratione Domini*. Init. f. 22. a t. [illegible] Citantur ab eodem Dionyſio, *Severus* Patriarcha, & *Jacobus* Sarugenſis in Transfigurationem:

nem: *Athanaſius* Homil. 43. & *Chryſoſtomus* Comment. in Johannem, nec non *Euſebius*, *Cyrillus*, & *Severus*, de obitu S. Johannis Evangeliſtæ: item *Chryſoſtomus*, *Jacobus* Sarugenſis, & *S. Ephræm*, de Diabolo tentatore Chriſti: denique *Gregorius* Theologus ad Philagrium de Patientia.

12. De Vita rebuſque geſtis *Johannis Epiſcopi Mardæ*, *Daræ*, *Haran*, *Chaboræ*, *Caphartutæ*, & *Niſibis*; de quo Tom. 2. Bibl. Orient. a pag. 217. ad 230. fuſe diſſeruimus. Titulus, fol. 33. eſt hujuſmodi: [illegible] *Ope & auxilio Dei ſcribere adgredimur memoriam ſancti & præſtantiſſimi Johannis Antiſtitis Cœnobii S. Mar Ananiæ, quod Cœnobium ſumma cura ab ipſo inſtauratum fuit*. Incipit: [illegible] *Vixit autem Mar Johannes, illuſtris nomine, annos ſeptuaginta ſeptem*. Vide Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 224. v. ult. ubi poſt verſum 4. pag. 225. id eſt, poſt ea verba, [illegible] *Feria ſecunda, hora quarta diei*, in hoc noſtro Codice additur: [illegible] *Ordinavit Presbyteros, & Diaconos ſeptingentos*. Quæ verba in alio Codice, quo ibidem uſi ſumus, deſiderantur. Sequuntur in Codice, quem præ manibus habemus, alia multa de eodem Epiſcopo Johanne, quæ ſunt a nobis deſcripta Syriace & Latine in laudato Tom. 2. Bibl. Orient. a pag. 227. v. ult. ad pag. 229. v. 1. & a pag. 217. ad pag. 223. v. 24. & a pag. 225. v. 8. ad pag. 227. v. 21.

13. Excerpta ex *Nomocanone Gregorii Abulpharagii Bar-Ebræi*; ubi Citantur Canones *Apoſtolorum*, *Gregorii Theologi*, *Baſilii Magni*, *Jacobi Edeſſeni*, *Moſis Barcephæ*, & *Synodi Laodicenæ*. Init. f. 42. [illegible]

14. *S. Epiphanii Epiſcopi Cypri de Literis, & Linguis*, fol. 51. [illegible]

15. Excerpta ex *Gregorio Niſſeno*, *Athanaſio Alexandrino*, *Baſilio Magno*, *Joh. Chryſoſtomo*, *Severo*, *Evagrio*, *Jacobo Sarugenſi*, & *Cyrillo Alexandrino*, f. 51. a t. [illegible]

16. *S. Jacobi Sarugenſis*, *Maris Sapientiarum*, *Doctoris Syri*, uti in titulo habetur, Sermo metricus, De *perceptione ſanctorum Sacramentorum*, i. e. de Euchariſtia, [illegible] Incipit f. 56. a t. [illegible] Definit, f. 66. in hanc epigraphen: [illegible] *Explicit Sermo de perceptione ſanctorum Sacramentorum: qui quidem minime perfectus eſt. Illum enim a pervetuſto Codice, eoque imperfecto, deſcripſi*. Integer tamen iſthic Sermo metricus de Euchariſtia exſtat in Cod. Nitrienſi V. f. 505. Cod. Berœnſi I. & Arabico IX. f. 210. cujus initium: [illegible] Vide Tom. 1. Bibl. Orient. p. 326. num. 178.

17. Ejuſdem S. *Jacobi Sarugenſis*, *Sermo* metricus, *de Tintinnabulo*; quem cit. Tom. 1. Bibl. Orient. recenſuimus, ubi de prælaudati Jacobi Sarugenſis Epiſcopi vita, & ſcriptis egimus. [illegible] Init. fol. 66. a t. [illegible]

18. Do-

18. *Doctrina Prophetarum, Apoſtolorum, & SS. Doctorum, de Incarnatione Verbi, & de Trinitate*. f. 67. [illegible] In ſeptem Dogmata author Jacobita eam doctrinam dividit. Videlicet: 1. Deum ex Maria Virgine natum fuiſſe. 2. Ex duobus unum Emmanuelem a nobis eſſe agnoſcendum. 3. Deum paſſum eſſe & mortuum. 4. Divinitatem manſiſſe impaſſibilem & immortalem. 5. Corpus ejus paſſibile & mortale fuiſſe uſque ad ipſius reſurrectionem. 6. Quando Chriſtus Dominus mortuus fuit, animam quidem ejus a corpore fuiſſe ſeparatam; quum tamen ipſius Deitas neque ab anima, neque a corpore ſeparata ſit. 7. Sanctam Trinitatem eſſe conſubſtantialem. Hæc Syrorum Jacobitarum eſt brevis Fidei profeſſio: qua unam ex duabus Chriſti Naturam prædicant: abſque tamen confuſione, & ſine mutatione.

19. *Dionyſii Barſalibæi, Amidæ Epiſcopi, Tractatus adverſus Mahometanos*, ex ejuſdem Libro, cui titulus, *Confutatio Hæreticorum*, deſumtus: [illegible] Init. f. 68. [illegible] Hunc Dionyſii Barſalibæi Librum *Adverſus Hæreſes* laudavimus Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 170. Ubi & reliqua ejus ſcripta recenſuimus.

20. *S. Gregorii Theologi, de Miraculis Eliæ Prophetæ, Homilia*, quam e Græco in Syriacum idioma tranſtulit *Theodoſius Presbyter Edeſſenus ex Monaſterio Kennesrinenſi*, qui eam interpretationem inchoaſſe dicitur, menſe Junio, anno Græcorum 1113. (Chriſti 804.) abſolviſſe vero menſe Decembri ejuſdem anni [illegible] Initium fol. 96. [illegible]

21. Ejuſdem *S. Gregorii Theologi, de Miraculis Eliſæi*. [illegible] Init. f. 96. [illegible]

22. Ejuſdem *S. Gregorii Theologi* Carmina Jambica xvii. e Græco in Syriacum converſa a *Senorino Chididato Amidenſi, anno Græc. 976.* (Chr. 655.) Et primum de ſeipſo, fol. 97. [illegible] Initium. [illegible]

23. *Ammoes Presbyteri & Medici*, Carmen heptaſyllabum, de Reſurrectione Corporum. [illegible] Init. f. 100. [illegible]

24. *Macarii Ægyptii Abbatis*, Viſio de Animabus corpore exutis. [illegible] Initium fol. 113. a tergo. [illegible]

25. *Computus* pro Paſchate inveniendo, metro dodecaſyllabo. [illegible] Initium. fol. 118. [illegible]

26. *Davidis filii Pauli*, Carmen dodecaſyllabum. [illegible] Initium ibidem. [illegible]

27. *Jacobi Sarugenſis*, Carmen de Doctrina. [illegible] Init. ibid. [illegible]

28. *Marci Abbatis montis Tarmakæ*, Viſio de Animabus corpore exutis. [illegible] Init. f. 118. a t. [illegible] In fine, fol. 121. hæc legitur Adnotatio. [illegible] *Explicit viſio Abbatis Marci montis Tarmakæ; cujus precibus adjuvemur, necnon precibus Abbatis Serapionis, qui ad eundem Beatum Marcum acceſſit, eumque ſepelivit.*

29. *Dionyſii Barſalibæi Epiſcopi Amidæ*, Expoſitio Pſalmorum. [illegible] Initium f. 121, a tergo. [illegible] Ex hac Præfatione colligitur, fuſiora in Pſalmos Commentaria a Barſalibæo fuiſſe edita: heic autem in nonnullos dumtaxat Pſalmos expoſitionem, eamque perbrevem fieri, nimirum in *Pſalmum* I. II. III. XXXIII. LI. CXLVIII. XCVI. XCVII. XCVIII. CIII. XCI. LXXXVII. CXXXIX. CXL. LIX. XIX. Non integrum tamen Barſalibæi Commentarium ab amanuenſi in hoc Codice fuiſſe exſcriptum, patet ex Adnotatione ejuſdem, quæ f. 154. ſubjungitur, in hæc verba. [illegible] *Abſoluti ſunt iſti Pſalmi ex Commentariis S. Dionyſii, Syrorum decoris, & Metropolitæ Amidæ, qui & Barſalibi adpellatur. Cujus Oratio nobiſcum ſit. Ego vero paucos hodie Pſalmos deſcripſi, pro mea meditatione, ut ſcilicet, & ego proficiam, & aliis proſim, neque efficiar inſtar ſervi illius pigri, qui accepto talento minime ſuperlucratus eſt*. Vide Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 211, ubi Catalogum Operum Barſalibæi exhibuimus.

30. Ejuſdem *Dionyſii Barſalibæi*, De Prophetis, eorumque ætate. [illegible] Initium fol. 154. a tergo. [illegible] Ad calcem, fol. 157. hæc legas. [illegible] *Explicit iſtud Chronicon compoſitum a Mar Jacobo Barſalibi*. Eſt enim brevis Patrum Chronologia.

31. *Xenajæ Mabugenſis*, hoc eſt, *Philoxeni Hieropolitani*, & *Jacobi Edeſſeni*, Canon de Pſalmodia. [illegible] Initium f. 157. a t. [illegible]

32. *Moſis Barcephæ Epiſcopi Bethraman & Moſul*, De Baptiſmo. [illegible] Initium f. 158. [illegible] Barcephæ Opera recenſuimus Tom. 2. Bibl. Orient. a p. 128.

33. *Kalendarium* Feſtorum Mobilium, & Immobilium. [illegible] Init. ibid. [illegible]

34. *Bardeſanis Alphabetum*, f. 159. a t. [illegible] Eſt hujuſmodi. [illegible]

35. *Baſilii*, Interrogatio de Apoſtatis, & *Gregorii* Reſponſio, fol. 160. [illegible]

[illegible]

36. *Joh. Chryſoſtomi*, De Humilitate, fragmentum. [illegible] Initium f. 161. a tergo. [illegible]

37. *Ephræm Syri*, De Corruptione, fragmentum, f. 162. [illegible]

38. *Iſaac Syri*, De Dilectione, fragmentum, f. 162. a tergo. [illegible]

39. *Ephræm Syri*, De Vidua, f. 163. a t. [illegible]

40. *Cyrilli*, ex Oratione vi. Glaphyr. fragmentum, f. 164. a tergo. [illegible]

41. Ejuſdem *Sancti Cyrilli*, ex Orat. xvi. adverſus Julianum Apoſtatam, f. 165. a tergo. [illegible]

42. *Dionyſii Barſalibæi*, in Pſalmum cxxv. [illegible] Init. f. 166. [illegible]

43. Ejuſdem in Pſalmum civ. f. 166. a t. [illegible]

44. *Jacobi Sarugenſis*, De Tintinnabulo, [illegible] Initium fol. 167. [illegible]

45. *De translatione Oſſium Joſephi Patriarchæ, filii Jacobi*, in urbem Conſtantinopolim, ſub Honorio & Theodoſio Impp. Carmen, metro Ephræmitico, id eſt, Heptaſyllabo, fine mancum. [illegible] Initium fol. 168. [illegible]

Deſinit totus Codex, fol. 170. a t. in hanc librarii Adnotationem. [illegible] *Anno Græcorum* 1664. Chr. 1352. *migravit Mater mea pauper & peregrina ex hoc temporario ſeculo ærumnarum pleno, ad æternum ſeculum, regionem vitæ & deliciarum, menſe Canum priore*, Decembri, *in die Nativitatis Domini, in meridie*, &c. Quare videtur hic Codex eodem circiter anno exaratus.

XCVII.

CODEX in 8. bombycinus, foliorum 143. Syriacis quidem literis, ſed ſermone Arabico ut plurimum exaratus, inter Codices Orientales ab Andrea Scandar in Vaticanam Bibliothecam inlatos, olim Trigeſimus; ubi continentur.

JOHANNIS, cognomento EBN-MAADANI, Syrorum Jacobitarum Patriarchæ, HOMILIÆ XVIII. DE FESTIS, Arabicæ, literis Syriacis expreſſæ, & hocce titulo prænotatæ. [illegible] *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, unius Dei veri, ſcribimus Homilias Feſtorum: opus Patris Mar Johannis, Patriarchæ Syrorum, cognomento Ebn-Maadani, cujus oratio nobiſcum ſit. Amen.* Porro haſce Homilias recenſuimus Tom. 2. Bibl. Orient. p. 243. inter alia Scripta ejuſdem Johannis Patriarchæ, quem Syris Jacobitis præfuiſſe ibidem diximus, ab anno Græc. 1563. menſe Septembri, ad annum Græc. 1574.

ideſt, ab anno Chriſti 1251. ad annum 1263. Sunt autem ſequentes Homiliæ.

I. De Nativitate Domini, f. 1. [Syriac text] Initium fol. 1. [Syriac text] In fine hujus Homiliæ habentur binæ Præcationes. Prima proRege, f. 8. [Syriac text] Initium. [Syriac text] Altera pro Patriarcha, ibid. [Syriac text] Initium. [Syriac text] Heic Monophyſitam, hoc eſt, unius Naturæ aſſertorem ſe oſtendit author, quum f. 5. de Chriſto ſic loquitur. [Syriac text] *Quoniam ipſius unio Divinitatem ſimul & Humanitatem complectitur, eſtque una Subſtantia continens Dominationem* (id eſt, Deitatem) *& Humanitatem*. Ubi *Subſtantiam* pro *Hypoſtaſi*, ſeu Subſiſtentia & Perſona, perperam uſurpat.

II. De Epiphania Domini, f. 8. a tergo, [Syriac text] Initium. [Syriac text]

III. De Præſentatione Domini in Templum, f. 13. a tergo. [Syriac text] Init. [Syriac text]

IV. De Jejunio Niniviticо, & Jona Propheta, f. 21. a t. [Syriac text] Init. [Syriac text]

V. De Jejunio Quadrageſimali, f. 26. [Syriac text] Initium. [Syriac text]

VI. De Feſto Hoſannarum, f. 32. a tergo. [Syriac text] Initium. [Syriac text] In fine, ab amanuenſi recenſentur *Decem* (ut vocant Dialectici) *Prædicamenta*, metro Ephræmitico. [Syriac text]

VII. De Feria vi. Crucifixionis, f. 41. [Syriac text] Initium. [Syriac text] Inducit Chriſtum Dominum ad bonum Latronem e Cruce ſic dicentem, fol. 45. [Syriac text] *Et hodie ad Paradiſum tranſibis, donec veniam ad judicandum animas*.

VIII. De eadem Feria vi. Crucifixionis, deque bono Latrone, f. 46. [Syriac text] Init. [Syriac text]

IX. De Reſurrectione Domini, f. 48. [Syriac text] Init. [Syriac text]

X. De Aſcenſione Domini, f. 56. [Syriac text] Initium. [Syriac text]

XI. De Pentecoſte, f. 64. a t. [Syriac text] Initium. [Syriac text]

XII. De Sanctis Apoſtolis. f. 68. a t. [Syriac text] Init. [Syriac text]

XIII. De Transfiguratione Domini, quæ celebratur die 6. Auguſti, f. 76. [Syriac text] Initium. [Syriac text]

XIV. De Tranſitu Deiparæ, f. 80. [Syriac text] Initium. [Syriac text] Animam quidem Deiparæ in Cœlum fuiſſe aſſumptam, ſcribit Johannes Patriarcha: Corpus vero illius, dum ab Apoſtolis ſepeliendum in horto Gethſemani efferretur, ait, ab Angelis e feretro ad Paradiſum terreſtrem fuiſſe tranſlatum, ibique abſque ulla corruptione manſurum, uſque ad univerſalem reſurrectionem. Hæc ſunt ejus verba, f. 85. [Syriac text]

[illegible]

XV. De S. Cruce, f. 88. [illegible] Initium. [illegible]

XVI. Homilia parænetica pro quocumque die, f. 94. [illegible] Initium. [illegible]

XVII. Homilia altera parænetica, fol. 98. a t. [illegible] Initium. [illegible]

XVIII. Homilia dicenda in fine cujuslibet Humiliæ, f. 101. a t. [illegible] Initium. [illegible]

2. *Eliæ filii Haditenſis, Oratio ad Maarinenſes, qui babitant apud Niſiben*, f. 109. [illegible] Init. [illegible] Hanc Orationem, ſive Adhortationem, inter alia Eliæ Neſtorianorum Patriarchæ ſcripta recenſuimus Tom. 3. Bibl. Orient. pag. 290. num. 2. ad calcem. Præfuit autem Neſtorianis Elias ab anno Chriſti 1176. ad ann. 1190.

3. *S. Cyrilli Homilia de X. Virginibus*, fol. 114. [illegible] Init. [illegible]

4. Epigramma Syriacum, f. 123. [illegible]

5. De conſtitutione Hominis, f. 123. [illegible] Init. [illegible]

6. *Homilia de Sanctis*, ac præſertim de *S. Bebenamo Martyre*, f. 125. a t. [illegible] Init. [illegible] In fine mutila.

7. Carmen Syriacum heptaſyllabum, de conſtitutione Corporis humani, principio mutilum. Incipit, fol. 128. [illegible]

8. *Ebedjeſu Sobenſis* Carmen Syriacum dodecaſyllabum, quod ſive ad dexteram, ſive inverſo ordine ad ſiniſtram legatur, eundem ſenſum reddit, f. 130. a tergo. [illegible] Initium. [illegible] Hoc Sobenſis Carmen, unacum aliis ejuſdem ſcriptis recenſuimus Tom. 3. Bibl. Orient. pag. 328. num. 111. Porro Ebedjeſus fuit Epiſcopus anno Chr. 1285. Metropolita anno 1290. obiit anno 1318.

9. Ejuſdem *Ebedjeſu Sobenſis* Carmen Syriacum dodecaſyllabum, cujus ſinguli verſus integras Alphabeti Syriaci literas continent, nec pluras, nec paucio-res, f. 132. [illegible] Initium. [illegible] Eſt xxi. inter Carmina a nobis recenſita Tom. 3. Bibl. Orient. pag. 329.

10. *Oratio in Sponſalibus dicenda*, f. 134. [illegible] Initium. [illegible]

11. *Benedictio Menſæ*, f. 135. [illegible] Init. [illegible] Subjungitur. [illegible] *Gratiarum actio poſt ſumtum cibum*, fine mutila. Init. [illegible]

12. *Coronatio Sponſorum*. Initio manca, f. 136. [illegible]

13. *Nomina Regum*, *quos Mahir-Sapor* Perſarum Rex, ad Chriſtum adorandum miſiſſe dicitur, fol. 137. a tergo. [illegible]

Noe

14. *Noe Libaniotæ*, Syrorum Jacobitarum Patriarchæ, *Breve Chronicon*, ab Adamo ad annum Græcorum 1807. (Chr. 1496.) f. 138. [Syriac text] Initium. [Syriac text] Totum hocce Chronicon Arabice & Latine edidimus Tom. 2. Bibl. Orient. a pag. 469.

15. *Kalendarium* & Lunarium, f. 140. [Syriac text] Ubi recenſentur menſes Coptici, Ebraici, Perſici, Arabici, & Syriaci.

16. *Homilia* compoſita *a Noe Patriarcha* in urbe Moſul, anno Græcorum 1803. (Chr. 1492.) adverſus hæreticos, qui B. Virginem eſſe Deiparam negant, nec celebrant Feſtum Annunciationis, f. 142. [Syriac text] Initium. [Syriac text] Deeſt finis.

Is Codex deſcriptus eſt a prælaudato Noe Patriarcha Jacobitarum anno Chriſti 1508. uti ex tribus hiſce Adnotationibus liquet; quarum prima, f. 113. a tergo, hæc habet, [Syriac text] *Veniam conſequatur Noe miſer, qui hoſce characteres exaravit.*

Adnotatio ſecunda ejuſdem Noe, f. 123. a tergo. [Syriac text] *Explicit, quemadmodum reperi. Orate pro me imperito: Die 11. Niſan*, Aprilis, *feria iii. circa horam nonam*, *Anno Græc. 1819. in urbe Beræa* (Alepo) *Exaravii Noe peccator.*

Adnotatio tertia alterius librarii, f. 141. a tergo. [Syriac text] „ Scripſit hunc „ benedictum Librum Patriarcha Noe in urbe Alepo, in regione, cui nomen Gedaida, *id eſt*, *Nova*: ex oppido Bacupha in monte Libano, anno Græcor. „ 1816. (*Chr.* 1505.) Hæc autem eſt adnotatio Johannis Monachi Manſurenſis, Syri Orientalis, e ditione Mardinenſi, anno Græcorum 1829. (*Chr.* 1518.) „ Deus miſereatur tum ejus, qui ſcripſit, tum qui legit, poſſidet, & dicit, „ Amen. „ Fallitur Johannes Monachus: nam idem ipſe Noe Patriarcha teſtatur, hunc Codicem a ſe deſcriptum, menſe Aprili, anno Græc. 1819. uti ſupra adnotatum eſt. Porro de Noe Patriarcha Jacobitarum, ejuſque ætate & ſcriptis recole quæ diximus Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 468.

XCVIII.

Codex in 4. bombycinus, foliis conſtans 148. Syriacis literis, ſermone tamen Arabico exaratus, inter Codd. Syriacos Vaticanos olim Tertius: ubi continentur,

1. Psalterium, id eſt, *Pſalmi CL. Davidis*. Titulus fol. 1. eſt hujuſmodi. [Syriac text] *In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, ſcribere adgredimur Pſalmos David Prophetæ*. Initium. [Syriac text]

Pſal-

Pſalmus I. Beatus vir, qui non ſequitur conſilium impiorum. Arabica hæc Interpretatio e Syriaca Vulgata Verſione eſt deſumta. Ad calcem autem Pſalmorum centum & quinquaginta adponitur Pſalmus ille, qui Davidi tribuitur, hoc titulo prænotatus, f. 125. a t. [illegible] *Explicit Pſalterium, ope Dei. Hic autem Pſalmus extra numerum poſitus, eſt quem dixit David, quum adverſus gigantem Goliath pugnavit. Parvulus fui in fratribus meis*.

2. *Cantica X*. quæ apud Orientales Pſalterio ſubjungi ſolent, [illegible] I. Canticum Moſis, fol. 125. a tergo. [illegible] *Cantemus Domino*. II. Canticum Moſis, fol. 127. [illegible] *Attende, Cælum*. III. Canticum Annæ matris Samuelis Prophetæ, fol. 130. [illegible] *Exultavit cor meum in Domino*. IV. Canticum Habacuc Prophetæ, fol. 130. a t. [illegible] *Domine audivi auditum tuum*. V. Canticum Iſaiæ Prophetæ, f. 132. [illegible] *A nocte deſideravit anima mea te, Deus*. VI. Canticum Jonæ Prophetæ, fol. 133. [illegible] *Clamavi ad Dominum in mœrore meo*. VII. Canticum Trium Puerorum, fol. 133. a t. [illegible] *Benedictus Dominus Deus Patrum noſtrorum*. VIII. Canticum item Trium Puerorum, f. 135. [illegible] *Benedicite Dominum omnia opera Domini*. IX. Canticum Dominæ noſtræ Virginis Deiparæ Mariæ, f. 136. [illegible] *Magnificat anima mea Dominum*. X. Canticum Zachariæ patris S. Johannis Baptiſtæ, f. 136. a t. [illegible] *Benedictus Dominus Deus Iſrael*.

3. *Oratio Dominica*, f. 137. [illegible] *Pater noſter, qui es in Cælis*.

4. *Symbolum Fidei Orthodoxæ*, fol. 137. a t. [illegible] *Credimus in unum Deum*. De Spiritu Sancto additur, *Filioque*, ſic; [illegible] *Qui ex Patre Filioque procedit*.

5. *Philoxeni Precatio*: *quam* (ut nugatur Librarius). *ſiquis ſepties in die recitaverit, veniam peccatorum ſuorum omnium conſequetur*, fol. 138. a tergo. [illegible] Initium. [illegible] *Laus tibi Deus*.

6. Altera *Philoxeni Precatio*, f. 143. [illegible] Initium. [illegible] *Deus, opem tuam imploro*. A Syris Jacobitis Precationes iſtas, ſub Philoxeni, id eſt, impii illius Xenajæ, nomine, mutuati ſunt bona fide imperiti Maronitæ.

7. Tres aliæ Precationes, quarum Prima, f. 145. a t. [illegible] Altera, f. 146. a t. [illegible] Tertia ſub ementito Davidis nomine, f. 147. a t. [illegible]

Is Codex ſcriptus eſt Romæ an. Chr. 1569. uti hæ binæ Adnotationes docent, quæ ad ejuſdem calcem leguntur. Earum prima, fol. 138. eſt hujuſmodi: [illegible]

[Syriac text]
„ Explicit, ope Dei altiſſimi, hic benedictus Pſalmorum Liber, exa-
„ ratus manu viliſſimi ſervorum Dei, pauperis, & peregrini in ædibus S. Petri, in
„ Eccleſia Romana, Pontificum humillimi, Georgii, nomine tenus Metropolitæ
„ Damaſci, & Epiſcopi Maronitarum Cypri; anno Chriſti 1569. die 16. menſis Ta-
„ muz (*Julii*) Lectores omnes, qui librum hunc legerint, rogo, ut memo-
„ riam faciant librarii ejuſque parentum: ſicuti enim pro aliis preces fundunt,
„ ita & ipſi conſequuntur. Laus Deo, & miſericordiæ ejus ſuper nos fiant.
„ Amen. „ Adnotatio altera, f. 148. [Syriac text]
„ Explicit Romæ, manu humilis Georgii Salomonis, nomine tenus Archiepi-
„ ſcopi Damaſci, & Epiſcopi Cypri pro Maronitis. Fratres omnes, Patreſque,
„ qui haſce Precationes legerint, rogantur, ut memoriam faciant ipſius, ejuſ-
„ que parentum: & ſicuti pro aliis preces fundunt, ita & ipſi conſequuntur. Amen. „

Pertinuit olim hic Codex ad *Thomam Holdeuinum*, quemadmodum initio & in fine adnotatur. Altera etiam manu, initio Codicis, nonnulla parvi momenti adjecta reperias: veluti, [Syriac text] *Gloria in excelſis Deo*: [Syriac text] *Sanctus Deus*, [Syriac text] *Miſerere mei Deus*: [Syriac text] *Pater noſter, qui es in Cœlis*, & Alphabetum Syro-Arabicum.

XCIX.

Codex in 4. bombycinus, conſtans foliis 83. partim Syriacis, partim Arabicis literis & ſermone exaratus, inter Codd. Syriacos Vaticanos olim Centeſimus quinquageſimus: quo continentur.

1. Professio Fidei Catholicæ Romanæ, facta a *Melchiſedech Sacerdote ex Meſopotamia*, tempore Clementis VIII. anno Chr. 1598. fol. 1. [Syriac text] Initium, [Syriac text] *Corde Credo*. Ubi notandum, Melchiſedechum hunc, Syrum e Meſopotamia Sacerdotem, Syriaci ſermonis valde imperitum fuiſſe, & in iſta Fidei Catholicæ Profeſſione, multa contra regulas Grammaticæ, necnon contra rectam ipſius Profeſſionis ſignificationem peccaſſe. Exemplo ſit, Titulus ejuſdem Profeſſionis: ubi pro, *Fides Orthodoxa emittenda ab Orientalibus ad Communionem Eccleſiæ Romanæ adcedentibus*, ſic habet Syriace: [Syriac text] Sic etiam pro: *Et Spiritum Sanctum procedentem ex Patre Filioque, non tamquam ex duobus Principiis, aut duabus Spirationibus, ſed ex utroque, tamquam ex uno Principio & una Spiratione*: Melchiſedechus Syriace reddit: [Syriac text] Et multa alia hujuſmodi, nullo ſenſu. Porro Melchiſedechus, fol. 8. a tergo, manu propria ſubſcribit, in hæc verba. [Syriac text] *Scripſit in urbe Roma, diebus Mar Papæ Clementis VIII. Anno a Nativitate Domini noſtri 1598. peccator Melchiſedech ex caſtro*

ſtro Cephæ e Meſopotamia, nomine, non re Presbyter, etiam Amen. Vide quæ de iſtius Melchiſedechi Presbyteri Syri Fide adnotavimus Tom. 1. Bibl. Orient. pag. 542.

2. *Profeſſio Fidei*, facta ab *Ebedjeſu Chaldæorum Patriarcha*, tempore Pii Papæ IV. anno Chr. 1562. propria ipſius manu Syriace exarata. Initium fol. 9. [illegible] [illegible] [illegible] *Ego Ebedjeſu, filius Johannis, de domo Maronis, ex urbe Gazarta apud Tigrim fluvium, olim Monachus Sancti Mar Acha & Mar Johannis, electus Primas & Patriarcha Civitatis Amidæ in regionibus Orientis, ſeu in Aſſyria*. Ad calcem, f. 20. ſubſcribit in hunc modum. [illegible] [illegible] [illegible] *Ego humilis Ebdjeſu manu propria ſcripſi exemplar ejus* (nempe Fidei) *& ſcribendam curavi hanc Fidem: quæ ſcripta eſt in magna civitate Romæ apud S. Petrum, Anno 1562. Incarnationis Domini noſtri Chriſti. Ei autem, qui tempora & momenta tranſire facit, gloria perpetua in ſeculum ſeculorum, Amen*. Recole adnotata a nobis Tom. 1. Bibl. Orient. a pag. 536. ad 542. de hoc Ebedjeſu Patriarcha Chaldæorum, deque iſta ipſius Fidei Profeſſione; ubi oſtendimus, Latinas voces Syrum hominem non intellexiſſe, neque Syriacis vocibus, ad explicandas res Fidei Catholicæ aptis, inſtructum fuiſſe.

3. *Officium*, juxta Ritum Chaldæorum, pro quatuor hebdomadibus, quas *Annunciationis* adpellant, quæ videlicet Nativitatem Domini antecedunt, f. 21. a tergo. [illegible] [illegible] *Ope Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſcribere adgredimur Circulum totius anni juxta Ritum Cœnobii ſuperioris SS. Gabrielis & Abrahami. Domine adjuva me*. Ita fert titulus, perinde ac ſi Librarius Officium per anni circulum deſcribendum ſuſcepiſſet. Verum non niſi pro quatuor antedictis hebdomadibus, iiſque haud integris, id præſtitit. Quæ autem ex noſtro Codice recenſebimus Officia, conferri poſſunt cum Codice LXXXIII. ſupra deſcripto a fol. 1. ad fol. 13. Præmittitur itaque hæc Rubrica. [illegible] [illegible] *Primum oportet, ut notum faciamus, quod, ſi in Dominica initium Canun prioris, Decembris, inciderit, in eadem Dominica celebretur*, Officium primum Annunciationis, cujus primus Cantus incipit: *Deus verbum*. I. Dominica I. Annunciationis, f. 21. a t. [illegible] Initium. [illegible] II. Dominica II. Annunciationis, f. 27. a t. [illegible] Initium. [illegible] III. Dominica III. Annunciationis, fol. 31. a t. [illegible] Initium. [illegible] IV. Dominica IV. Annunciationis, f. 35. a tergo. [illegible] Initium [illegible] Deeſt finis. Eſt autem exaratum hoc Officium manu, ut videtur, Joſephi Indiarum Epiſcopi, quemadmodum ex forma characteris colligitur.

4. *Liturgia* Coptica, Arabice converſa, & Arabicis literis exarata, a f. 41. ad 57. Initium. [illegible] *Oratio ad Veſtimenta Altaris. Domine Deus omnipotens, qui univerſorum cogitationes noſti*. Vide apud Renaudotium Tom. 1. Liturg. Orient. a pag. 1. Notandum, f. 52. a tergo, in Commemoratione Sanctorum Patrum, hoſce recen-

 ſeri:

Digitized by Google

ſeri: nimirum; poſt Deiparam, Johannem Baptiſtam, Stephanum Protomartyrem, & Marcum Evangeliſtam, [Syriac text] *Et Sanctum Patriarcham Severum, & S. Cyrillum, & S. Baſilium, & S. Gregorium, & Patrem noſtrum juſtum magnum Abbatem Antonium, & tres Macarios*. Subjunguntur, *Abbas Johannes, Abbas Peſoes, Patres Romæi*, ideſt, Maximus & Dometius, *Martyres undequinquaginta, & Abbas Moſes*. Ex his *Severus*, & tertius ille *Macarius*, hæretici fuere: inter ſuſpectos autem habentur *Fratres Romæi*, & *Martyres* XLIX. Horum nomina recurrunt in eadem Liturgia, fol. 57. a tergo.

5. Benedictiones & Precationes diverſæ, juxta Ritum Eccleſiæ Alexandrinæ Coptitarum: e Coptico in Arabicum ſermonem translatæ: videlicet. I. *Benedictio Panis* in fine Liturgiæ, f. 58. [Syriac text] *Benedictio Menſæ*, ibid. [Syriac text] III. *Oratio ad Incenſum*, veſpere, & mane. f. 58. a t. [Syriac text] IV. *Oratio pro Pace*, f. 59. [Syriac text] V. Altera pro Pace, authore *Severo Patriarcha*, f. 59. a tergo. [Syriac text] VI. Altera e Liturgia *Jacobi*, ibid. VII. *Oratio ad reparandum Calicem*, id eſt, ad conſecrandum in eo Sanguinem Domini, ſi contigerit illum quocumque modo effundi. Hic autem Ritus deſumtus eſt ex Cod. Bibliothecæ Monaſterii S. Macarii Abbatis, quod ſitum eſt in deſerto *Scete*, ſeu *Nitriæ*; ut ibid. legitur in hæc verba: [Syriac text] Initium. [Syriac text] VIII. *Oratio Fractionis*, videlicet, Euchariſtici Panis in Corpus Chriſti jam converſi, fol. 60. a t. [Syriac text] IX. Aliæ quatuor Orationes Fractionis, fol. 61. a t. X. *Oratio poſt ſumtum Cibum*, f. 62. [Syriac text] XI. Altera *Oratio benedictionis menſæ* poſt ſumtum cibum. f. 62. a t. [Syriac text] XII. *Benedictio Aquæ*, f. 63. [Syriac text] XIII. *Oratio pro iter agente*, f. 63. [Syriac text] XIV. *Benedictio Olei*, f. 63. a t. [Syriac text] XV. *Exorciſmus contra morſum feræ venenatæ*, f. 64. [Syriac text] XVI. *Benedictiones* quinque, recitandæ ad populum poſt Cantica, Moſis ſcil. & aliorum, fol. 64. [Syriac text] XVII. *Benedictio* recitanda in Quadrageſima. [Syriac text] XVIII. *Benedictio* dicenda in hebdomada Paſſionis. Ibid. [Syriac text]

6. Fragmentum Dictionarii Arabici. Initium f. 66. [Syriac text]

7. Fragmentum Grammaticæ Arabicæ. Init. f. 76. [Syriac text]

C.

CODex antiq. in fol. membraneus, foliis 137. conſtans, Syriacis rotundis literis eleganter exaratus, inter Codices Ecchellenſes olim Decimus ſextus. Ibi continentur.

1. JOHANNIS METROPOLITÆ DARENSIS, Syri Jacobitæ, *Tractatus varii*: hocce titulo prænotati: [Syriac text] *Virtute & ope Trinitatis, Patris & Filii & Spiritus Sancti, ſcribere adgredimur Libros Johannis Metropolitæ Daræ urbis*. De hoc authore, ejuſque ætate & ſcriptis mentionem faciunt *Abraham Ecchellenſis* Not. in *Catalogum Ebedjeſu* pag. 132. & in Indi-

Indice Scriptorum, qui *Eutychio Vindicato* ſubjungitur, verbo: *Johannes Epiſcopus Darenſis*: necnon *Fauſtus Naironus in Evoplia Fidei Catholicæ*, pag. 114. & *Johannes Morinus* Not. in Syrorum Ordinationes, num. 22. pag. 422. *Gulielmus* denique *Caveus* Hiſt. Liter. Tom. 1. pag. 131. qui tamen egregie falluntur, dum *Johannem* hunc *Darenſem*, vel ſeculo quarto, vel inter quintum & ſextum, aut inter ſextum & ſeptimum ſeculum vixiſſe ſcribunt: nos autem Tom. 2. Bibl. Orient. ubi omnia ejuſdem ſcripta, quæ ad nos pervenerunt, recenſuimus, pag. 219. & 347. luculento Gregorii Abulpharagii teſtimonio demonſtravimus, eum anno Chriſti 837. in vivis fuiſſe, quo anno Dionyſius Jacobitarum Patriarcha ſuum Chronicon eidem nuncupavit. Hunc autem in ordinem prælaudati Johannis Darenſis Tractatus, qui in hoc Codice exhibentur, ſunt digeſti.

Johannis Darenſis Epiſcopi, de Reſurrectione humanorum corporum, Libri Quatuor. [illegible] Liber I. in Capita XI. diviſus. Quomodo corpora humana reſurgent. [illegible] fol. 1. Initium. [illegible] Caput 1. Ethnicorum opinio. [illegible] Initium. [illegible] fol. 1.

Cap. 2. De eorum Hereſiarcharum multitudine, quorum facta eſt mentio. [illegible] Initium. [illegible] fol. 3. Recenſentur ac refelluntur errores *Simonis Magi, Origenis, Bardeſanis, Manetis, Marcionis, Menandri, Carpocratis, Magorum, Valentini, Tatiani, Samaritanorum, Nicolai Diaconi, Gnoſticorum, Hymenæi, Johannis Philoponi Grammatici*.

Cap. 3. Confutatio errorum hujuſmodi. [illegible] Initium. [illegible] fol. 4. a tergo. Sex objectiones proponit, & ſolvit.

Cap. 4. Demonſtratur veritas noſtri Dogmatis: hoc eſt, quod mortui reſurgent, & quod ea ipſa corpora, quæ per mortem corrumpuntur, perque animæ ſeparationem ab hac compoſitione ſolvuntur, iterum reſurgent, & animæ ad illa revertentur, ut futuram retributionem accipiant [illegible] Initium. [illegible] fol. 6.

Cap. 5. Oſtenditur, hoc ipſum corpus, quod moritur, reſurrecturum eſſe; & hoc, quod corrumpitur, fore renovandum; non aliud, uti errantes illi ajunt. [illegible] Initium. [illegible] fol. 8.

Cap. 6. Reſpondetur objectionibus ſupra propoſitis, quibus adverſarii demonſtrare conantur, non fore reſurrectionem. [illegible] Initium. [illegible] fol. 9. a tergo. Profert verba S. Jacobi (utique, Sarugenſis) ex Sermone, de noviſſimo die; cujus initium [illegible] *Cum doctrina*. [illegible] fol. 10. a tergo.

Cap. 7. Adverſus eos, qui dicunt: Quoniam corpus a feris eſt devoratum, fieri nequit, ut illud reſurgat. [illegible]

[illegible] Init. [illegible] Ex eodem S. Jacobi Sermone. [illegible] fol. 11. a tergo.

Cap. 8. Adverſus eos, qui dicunt: Quoniam incenſum eſt corpus, perque flammam natura ejus eſt immutata, fieri nequit, ut illud iterum renovetur. [illegible] Initium. [illegible] Ex ejuſdem S. Jacobi Sermone: [illegible] fol. 12.

Cap. 9. Objectio adverſariorum, qua oſtendere contendunt; quum a feris, aut volucribus corpus devoratur, illud in eas converti, a quibus devoratum fuit. [illegible] Init. [illegible] f. 12.

Cap. 10. Adverſus eos, qui dicunt; Poſtquam corpus reſolutum eſt, inque elementa, ex quibus componitur, redactum, fieri nequit, ut iterum componatur, uniatur, & reſurgat. [illegible] Initium. [illegible] f. 13. a tergo.

Cap. 11. Solutio objectionum, quibus adverſarii oſtendere conantur: quum ad elementa communia reſolvuntur elementa illa, quibus corpus noſtrum componitur; nos autem quum ex illis enutrimur; quonam pacto alter alterius non adpellamur corporum voratores? [illegible] Intium. [illegible] f. 14. a f. In fine, f. 15. hæc legas. [illegible] *Explicit Liber 1. de Reſurrectione corporum.*

Liber II. ejuſdem *Johannis Darenſis*, conſtans Capp. XV. Cap. 1. Oſtenditur: eos ipſos, qui mortuos eſſe reſurrecturos, & corpora reſuſcitanda, confitentur, in varias ſciſſos eſſe hac de re ſententias. [illegible] Initium. [illegible] fol. 15. a tergo.

Cap. 2. Objectio eorum, qui dicunt, corpora ſpiritualia & aerea eſſe reſurrectura: Pauli Apoſtoli teſtimonium producentes, qui ait: Tametſi Chriſtum in carne novimus, verum illum amodo non cognoſcimus: noſtra igitur etiam corpora, inquiunt, quæ in ſimilitudinem corporis Chriſti futura ſunt. [illegible] Initium. [illegible] fol. 15. a tergo.

Cap. 3. De illis, qui dicunt: Craſſis ac vere ſenſibilibus corporibus homines fore reſurrecturos. [illegible] Initium. [illegible]

Caput 4. Oſtenditur, non craſſum aut ſenſibile corpus eſſe reſurrecturum. [illegible] Initium. [illegible] f. 17. a tergo.

Cap. 5. Adverſus eos, qui dicunt, rotunda ac ſphærica eſſe reſurrectura corpora. [illegible] Init. [illegible] f. 18. Hunc Origenis errorem pluribus refellit.

Cap. 6.

Cap. 6. Obječtio eorum, qui ſphæricum eſſe reſurrečturum corpus adfirmant: [illegible] Nimirum Pauli verbis id contendunt oſtendere, ſcribentis: *Præterit figura hujus mundi*. Initium. [illegible] fol. 21. a tergo.

Cap. 7. Oſtenditur: una eademque ſtatura ac menſura univerſos homines in futuro ſeculo eſſe reſurrecturos: & quænam hæc ſit? [illegible] Initium. [illegible] fol. 23.

Cap. 8. Oſtenditur: quanam ſtatura, & menſura reſurrecturi ſint homnes? [illegible] Initium. [illegible] fol. 244. In ea, inquit, ſtatura homines reſurgent, in qua primus homo Adam eſt creatus.

Cap. 9. Quæritur, an reſurgent corpora cum ſuis internis externiſque membris atque ſenſibus: & an ſervato maſculorum feminarumque ſexu? [illegible] Initium. [illegible] fol. 27. a tergo.

Cap. 10. De ſexu: oſtenditur autem, ſervato maſculorum & feminarum ſexu, homines eſſe reſurrecturos. [illegible] Initium. [illegible] f. 28. a t. Duo teſtimonia profert Darenſis: Primum, Severi Patriarchæ Antiocheni Monophyſitæ, quem Sanctum Monophiſta ipſe vocat. Alterum, S. Jacobi Batnarum Epiſcopi. Et de Severo quidem hæc ſcribit, fol. 29. [illegible] *Sancti Severi ex Epiſtola ad Solonem Epiſcopum Seleuciæ Iſauriæ*. De Sancto autem Jacobo, ibid. [illegible] *Jacobi Batnarum*, in Sermone de die noviſſimo, ſive de conſummatione ſeculi, cujus initium: *Cum doctrina*. Incipit: [illegible] Et addit f. 29. a t. [illegible] *Atque ita ait & Sanctus Severus, membra ſcilicet corporis, quæ heic habebat, reſurrectura eſſe. Idipſum adfirmat & Jacobus Edeſſenus in poſtremo Sermone de Opere ſex dierum. Verum Jacobus Batnenſis negat, ſexum maſculorum feminarumque permanſurum: ſic enim ait in Sermone de die noviſſimo, cujus initium: Reſurrectio mortuorum vocat me, ut de ipſa diſſeram. Non erit ibi ſexus maris & feminæ: quoniam ad uſum paſſionum non revertetur ibi natura, &c. Quamquam in altero Sermone adfirmat, quod mater filium, & filius matrem agnoſcet*. Ubi tamen Jacobus Sarugenſis non ſexum negat, ſed illius uſum.

Cap. 11. An Capilli in reſurrectione ſint reſurrecturi. [illegible] Init. [illegible] fol. 3..

Cap. 12. An homines cum membrorum ſuorum paſſionibus, ira, puta, & concupiſcentia, ſint in die reſurrectionis reſurrecturi. [illegible]

[Syriac] Initium. [Syriac]

Cap. 13. Oſtenditur, quod in Reſurrectione homines neque manducabunt, neque bibent: ſed neque nubent, neque nubentur, [Syriac] Initium. [Syriac] f. 31. a t. Citat *Severum*, f. 32. [Syriac] *Sancti Mar Severi ex Epiſtola ad Cæſarium*. Initium. [Syriac]

Cap. 14. Veterum ſententia circa reſurrectionem corporum, ejuſque modum, ex Philoxeni Commentario in Matthæum. [Syriac] Initium [Syriac] f. 34. Vide Tom. 2. Bibl. Orient. pag. 23. ubi hunc Philoxeni locum laudavimus.

Cap. 15. Epilogus eorum, quæ in antecedenti Capite dicta ſunt. [Syriac] Incipit. [Syriac] f. 35. a t. Deſinit in hæc verba, fol. 36. [Syriac] *Explicit Liber ſecundus de Reſurrectione corporum humanorum*.

Liber III. ejuſdem *Johannis Metropolitæ Daræ civitatis*: quo ſtatuitur Chriſtianorum dogma de reſurrectione corporum: & quæ Libro primo dicta ſunt, ſummatim perſtringuntur. Cap. 1. Oſtenditur, unum eſſe Creatorem. [Syriac] Initium. [Syriac] fol. 36.

Cap. 2. Quum unus ſit Deus, undenam contraria eveniunt? [Syriac] Initium. [Syriac] fol. 36.

Cap. 3. De Homine. [Syriac] Initium. [Syriac] fol. 36. a tergo.

Cap. 4. De illis, qui de reſurrectione corporum dubitaverunt: & quam ob cauſſam? [Syriac] Initium. [Syriac] fol. 36. a tergo.

Cap. 5. Breviter oſtenditur: propterea quod corpus reſolutum eſt, corruptum, diſperſum, a feris devoratum, incenſum, & cum elementis commiſtum; non proinde fieri non poſſe, ut in die noviſſimo reſurgat & reſuſcitetur. [Syriac] Initium. [Syriac] fol. 37.

Cap. 6. Collectio teſtimoniorum ex Prophetis, Apoſtolis & Evangelio, quibus oſtenditur corporis reſurrectio: & quod hoc ipſum, quod moritur, reſurget. Modus inſuper reſurrectionis indicatur, [Syriac] Initium. [Syriac] f. 38.

Cap. 7. Demonſtratur mortuorum reſurrectio, ejuſque modus, juxta dictum B. Pauli, qui Reſurrectionis modum tripliciter confirmat. 1. Ex Reſurrectione Salvatoris noſtri. 2. Ex myſterio noſtri Baptiſmi. 3. Ex paſſione ac tribulatione, quam ipſe ſubiit una cum Apoſtolis ipſius ſociis. [Syriac]

Digitized by Google

[Syriac text] f. 40. [Syriac text] Init. [Syriac text]

Cap. 8. ex eadem Epiſtola B. Pauli, demonſtratur mortuorum reſurrectio, ejuſque modus & qualitas: ubi idem Apoſtolus infideles quidem arguit, fideles autem confirmat. [Syriac text] Incipit. [Syriac text] f. 43. Deſinit in hanc epigraphen, fol. 46. a tergo. [Syriac text] *Explicit Liber III. de Reſurrectione corporum.*

Liber IV. ejuſdem *Johannis Metropolitæ Daræ*. Cap. 1. De renovatione hujus ſeculi, eorumque, quæ eo continentur: & quale ſit futurum ſeculum, quod in Scripturis prædicatur. [Syriac text] Initium. [Syriac text] fol. 46. a t. Citat *Methodium ex Sermone de Reſurrectione & adverſus Origenem*. [Syriac text] fol. 48. Ubi in margine nomen Methodii ſic Græce ſcribitur ΜΕΘΟΔΕΟΣ: pro [illegible].

Cap. 2. Item de iis, quæ ad reſurrectionem corporum, ejuſque qualitatem ſpectant: & de diverſis, quas complures habuere circa illam opinionibus: deque eadem re Quæſtio. [Syriac text] Initium. [Syriac text] fol. 48. a tergo.

Cap. 3. Ex Sermone S. Jacobi de Die noviſſimo, cujus initium: *Cum Doctrina*. Agitur de hujus ſeculi conſummatione, deque futuro ſeculo: & quod ibi non erit miſericordia alterius erga alterum: & ubinam ſit gehenna: & quidnam mundo obveniet: & quomodo terra corpora tradet: & quomodo corpora abſque alis volabunt, adinſtar Solis, & Lunæ, quæ in aere volant: & quod Ezechiel vidit viſionem, non rem: & quomodo os ad os veniet: & quo pacto corpora ictu oculi colligentur. [Syriac text] Initium. [Syriac text] fol. 50. a tergo.

Cap. 4. De Reſurrectione, deque iis, quæ ad illam pertinent: quæque ex lectione ipſius Capitis, necnon ex Epiſtola ad Theſſalonicenſes plane intelliguntur. [Syriac text] Initium. [Syriac text] fol. 52. Citatur *Severus ex Epiſtola ad Anaſtaſiam Diaconiſſam*. [Syriac text] Incipit fol. 53. a t. [Syriac text]

Cap. 5. Quænam ſit reſurrectio & reſuſcitatio: & quod hæc continget in die noviſſimo, juxta verba Apoſtolorum, & Prophetarum, & Chriſti univerſorum Domini. [Syriac text] f. 54. [Syriac] Init. [Syriac text]

Cap. 6.

Cap. 6. De Judicio, & examine, quæ fient poſt reſurrectionem. [illegible] Initium. [illegible] fol. 54. a tergo.

Cap. 7. Adverſus imperitos quoſdam, qui dicunt, non eſſe Gehennam: & quod ad terrorem incutiendum tantummodo poſitæ ſint comminationes in Prophetis & Scripturis. [illegible] Initium. [illegible] f. 55. Laudat *Gregorium* (utique Theologum) *in Sermone de Grandine*. [illegible] fol. 57.

Cap. 8. Ubinam erit Salvatoris noſtri in die noviſſimo apparitio, & quo momento? [illegible] Initium. [illegible] fol. 57.

Cap. 9. Quod alii alios videbunt, cognoſcentque & in judicio, & poſt judicium: juſti nempe juſtos, & peccatores alios peccatores. Sed & peccatores videbunt juſtos, & conſanguinei ſuos conſanguineos, patres filios; & filii patres ſuos: [illegible] Initium. [illegible] fol. 57. a tergo. Laudantur 1. *Severus* in Hypomneſtico [illegible] 2. *S. Ephræm* in Hymnis de Paradiſo. [illegible] Init. [illegible] 3. *S. Jacobus*. [illegible] f. 58. [illegible] Initium. [illegible] ad f. 60. 4. Idem *S. Jacobus*. [illegible] Init. [illegible] f. 60.

Cap. 10. Qua in re differt hoc ſeculum a futuro ſeculo: & qua in re conveniunt? Oſtenditur inſuper, quod in futuro ſeculo non erit cibus, neque potus, aut conjugium. Præterea, quod utrumque ſeculum in eo convenit, quod ſit corporeum, compoſitum, nempe animæ unitum; differt autem in eo, quod in hoc quidem ſeculo corporibus ineſt certamen elementorum unacum generatione, corruptione, conceptione, nativitate, vita, & morte; in illo vero non adeſt reſolutio, additio, aut diminutio, non conceptio aut nativitas, ſed vita corruptione carens. [illegible] Initium. [illegible] f. 60. a t.

Cap. 11. Oſtenditur, Regnum eſſe & Gehennam: & quodnam ſit Regnum, & quæ Gehenna? [illegible] Initium. [illegible] fol. 61.

Cap. 12. De bonorum & malorum retributione, quæ in die Judicii ab juſto Judice unicuique tradetur pro meritis: quæ retributio Regni & Gehennæ nomine adpellatur. [illegible] Initium. [illegible] fol. 63. a tergo.

Cap. 13. Quodnam ſit Regnum Dei, & quodnam Regnum Cœlorum, juxta

juxta mentem ſacrorum Librorum. [illegible] Init. [illegible] f. 64.

Cap. 14. Quod futurum quidem ſeculum eſt perfectum, præiens vero imperfectum: & quare in hoc ſeculo primum poſiti ſumus, & quod creaturæ omnes tum heic, tum ibi, Creatoris ope indigent, neque illum aut heic, aut ibi, quemadmodum ſe habet, vident. [illegible] Initium. [illegible] fol. 65.

Cap. 15. Quod in futuro ſeculo ad Sanctorum gloriam non opus erit exteriore habitu. [illegible] Initium. [illegible] f. 65. a t. Citatur *S. Jacobus Batnarum* [illegible] fol. 65. a tergo. Item *S. Ephræm* in Hymnis. [illegible] fol. 66.

Cap. 16. In illud: *Cum Chriſto regnabunt Sancti*. [illegible] Init. [illegible] f. 66.

Cap. 17. De ſcientia Sanctorum in futuro ſeculo. [illegible] Initium. [illegible] fol. 66. a tergo.

Cap. 18. Quod Sancti in futuro ſeculo non habebunt memoriam, aut curam, ſeu ſolicitudinem eorum, quæ ſunt in hoc mundo; alter autem alterum cognoſcent homines, inſtar Angelorum. [illegible] Initium. [illegible] fol. 66. a tergo.

Cap. 19. Quod ibi (hoc eſt in futuro ſeculo) omnes creaturæ indigent ope Dei: quia ex ipſo ſemper accipiunt voluptatem, eique gratias agunt: & alia exercent juſtitiæ opera, quum ipſe mentem Sanctorum illuminat cognitione Divinorum Myſteriorum: & quod vident eum, & gaudent cum eo, quum tamen non ejus naturam videant, ſed quam adſumere dignatus eſt, humanitatem. [illegible] Initium. [illegible] f. 67. Communis hic eſt Syrorum Jacobitarum, & Armenorum error: quod ſcilicet, Beati eſſentiam Dei non videant. Vide Galanum in Conciliatione Eccleſiæ Armenæ cum Romana, Tom. 3. a pag. 157. At in Concilio Florentino Seſs. ult. Patres docent: *Definimus, Beatorum animas intueri clare ipſum Deum Trinum & Unum, ſicuti eſt; pro meritorum tamen diverſitate alium alio perfectius.*

Cap. 20. Neque Regni, neque Gehennæ finem eſſe. [illegible] Initium: [illegible] fol. 68. a tergo.

Cap. 21. Quod non erit finis beatitudini Sanctorum, neque tormentis impiorum. Præmiſſis autem iis, quæ nonnulli circa hæc ſunt opinati, ſtatuitur rectum Eccleſiæ dogma. [illegible] Initium. [illegible] fol. 69. a tergo. Citatur, *Diodorus Tarſenſis in Libro de Oeconomia*. [illegible]

